(1)

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΝΕΙΛΩΟΥ ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΑ.

HORAPOLLINIS NILOI HIEROGLYPHICA.

EDIDIT,

DIVERSORUM CODICUM RECENTER COLLATORUM, PRIORUMQUE EDITIONUM VARIAS LECTIONES ET VERSIONEM LATINAM, SUBJUNXIT,

ADNOTATIONEM, ITEM HIEROGLYPHICORUM IMAGINES ET INDICES, ADJECIT,

CONRADUS LEEMANS.

AMSTELODAMI,
APUD J. MULLER ET SOCIOS.

MDCCCXXXV.

LUGDUNI BATAVORUM, EX TYPOGRAPHEO J. G. LA LAU.

PARENTIBUS.

PRAECEPTORIBUS.

AMICIS.

sacrum.

PRAEFATIO.

Ex quo tempore patriae Museum antiquarium, emtis monumentis Aegyptiacis, a V. N. ANASTASIO *collectis, adeo ditatum erat, ut primum locum inter reliqua tenere recte statui posset, in antiquitatis Aegyptiacae studium mihi in primis incumbendum putavi. Quae studiorum meorum ratio praecipua causa fuit, quam ob rem, quum tempus instaret, quo mihi, libello conscripto, legitimus* doctoratus *gradus comparandus esset, consilium susceperim edendi* Hieroglyphica HORAPOLLINIS, *cujus scriptoris, post Pauwium A. Saec. praec. 27. nulla probabilis editio apparuerat. Idque eo melius nunc factum iri sperabam, quoniam recentissimis* CHAMPOLLIONIS, *aliorumque Virorum Doctissimorum laboribus patuerat, scriptorem illum ad interpretationem hieroglyphicorum esse utilissimum. Qualem autem rationem in ea re peragenda secutus sim, paucis exponam.*

Trium novorum Codicum lectionibus operi accedentibus, quorum duorum jam editae erant a Cl. BACHMANNO *in* Anecdotis, *tertium autem Codicem mihi Parisiis conferendum curavi, haud abs re visum est, si ipse* HORAPOLLINIS *textus iterum typis exprimeretur, addito apparatu critico, in quo Codicum et Edd. priorum diversae lectiones notarentur. Versionem etiam adjungendam putavi, ut iis quoque consuleretur, qui Graeca minus intelligentes, antiquitati Aegyptiacae tamen operam darent; quam versionem, ut potui maxime, Grae-*

cis respondentem feci; ubi autem a Merceri interpretatione, quae a multis citatur, valde differebat, in apparatu critico illud indicavi. In conscribenda adnotatione, quam insigni V. Cl. C. B. HASII *benevolentia, ipsius et V. Cl.* LETRONNII *observationibus in quaedam* HORAPOLLINIS *loca, ditare potui, duplex consilium secutus sum: alterum, ut librum utilem quoque redderem literarum cultoribus, qui tamen antiquitatis Aegyptiacae studio non tenerentur; alterum, ut priorum editorum explicationibus adlatis, refutatis vel correctis, qui hanc editionem sibi comparasset, reliquis carere posset. Hieroglyphicorum porro explicationes, apud alios scriptores servatas, sive cum* HORAPOLLINIS *interpretatione convenirent, sive ab ea differrent, locis suis addidi. Veterum scriptorum loca citans, ipsa saepius eorum verba adscripsi, quoniam non omnibus ipsi scriptores semper et ubique ad manus esse possunt; utque ita, praesertim in Lib. II. lectores ipsi judicare possent, quam veri simile sit, plurima ejus capita ex historiae naturalis scriptoribus esse compilata. Quae porro* HORAPOLLINIS *hieroglyphica monumentis confirmarentur, eorum imagines in tabulis depingendas curavi. Quarum numerus insigniter increvit, ex quo Doctissimus mihique amicissimus Fr.* SALVOLINIUS, *cui* CHAMPOLLIONIS *monumentorum Aegypti interpretandorum rationem, ab ipso auctore, Parisiis accipere contigerat, Musei Lugduno Batavi visendi gratia, initio anni praecedentis hic commoratus, omnia hieroglyphica mihi indicavit, quae* CHAMPOLLION, *post secundam editionem Libri* de Hierogl. Vet. Aeg. *et in primis post iter in Aegyptum, prioribus addiderat. Qua re, uti et multis aliis, quae ex* CHAMPOLLIONIS *doctrina scriptisque ineditis adhuc mecum communicavit,*

—

quantum de me bene meritus sit SALVOLINIUS, *dicere vix possum. — Praeterea tales quoque imagines addendas putavi, quae facerent ad meliorem adnotationum mearum intellectum. Posterioribus vero his colores non induxi; quos in reliquorum hieroglyphicorum imaginibus, ex optimis monumentis desumtos, neque tamen in omnibus eosdem inveniri monendum est. Attamen, quantum potui, eos elegi, quorum usus maxime constans esse videbatur. Singulorum porro hieroglyphicorum, quorum explicationes proferuntur, demonstrationem non adjunxi, quoniam ut ea recte fiat, universe plurium monumentorum, et majoris scripturae Aegyptiacae cognitio requiritur. Quapropter ea potius in posteriora tempora servanda visa est, quando* CHAMPOLLIONIS *opere* de Grammaticis Hieroglyphicis *edito, hujus auctoritate uti possimus. Illud tamen sibi persuasum habere poterunt lectores, hieroglyphica illa, in monumentorum Aegyptiacorum inscriptionibus, ea significatione, qualem indicavi, inventum iri. Virorum denique doctissimorum diversas rationes* HORAPOLLINIS *explicandi, singulis capitibus addidi, ita ut lectoribus fere ubique judicium relinqueretur, qualem rationem sibi potissimum sequendam ducerent. In quibus omnibus viri docti hunc meum laborem aequo animo dijudicent quaeso, utpote juvenis, in aditu adhuc literarum versantis, et sibi in illorum indulgentia unicum fere praesidium esse existimantis.*

Et jam opusculum hoc meum qualecumque VOBIS *dedicari sinatis* PARENTES CARISSIMI! *qui inde a prima mea aetate, nulli labori, nullis sumtibus pepercistis, ut filio omnia suppeditarentur, quibus utilem se civem in republica literarum praestare posset; quique tot tantis-*

cujusque scriptorum fragmenta servata sunt apud Josephum, Eusebium et Syncellum; Post C. Saec. I. Diodorus Siculus, in primis Lib. I. Strabo *Geogr.* Lib. XVII; Saec. II. Plutarchus, praecipue in lib. *de Iside et de Osiride;* Saec. III. Philostratus, in *Vita Apollonii*, Porphyrius; Saec. IV. Jamblichus, et fortasse libri Hermetici apud Stobaeum, Cosme, ex cujus *Aegyptiacis* quaedam servavit Scholiast. Apollonii; ex Latinis: Pomponius Mela, Plinius, alii. Quorum multos laudatos vide apud *Zoëgam de Obelisc.* pag. 426, seqq. Wyttenb. ad Plutarch. *de Is. et Os.* Adn. Vol. II. P. I. pag. 81. B. Creuzerum in Lib. *de Symbol. et Mythol. Vet. Pop.* (*) T. I. pag. 240-243. Beckium *Hist. Univ.* (†) Tom. I. pag. 280.

De sacris Aegyptiorum signis elementisque, veterum scriptorum loca inveniuntur: apud Herod. II. 36. Plat. *de Legg.* VII. pag. 819. *Phaedr.* pag. 274, 275. Diod. Sic. I. 55. III. 3. Philonem in *vita Moysis.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 10. pag. 354. F, cap. 32. pag. 363. F, cap. 36. pag. 365. B, cap. 51. pag. 371. E. *Sympos* II. IX. Quaest. III. cap. 2. pag. 738. E. Heliod. *Aethiop.* II. pag. 116. et IV. pag. 174. (*Ed. Commel.* anni 1596.) Porphyr. apud Euseb. *Praep. Euang.* I. cap. 10. pag. 35, seqq. Jamblich. *de Myst.* Sect. VIII. cap. 5. cui add. Sect. I. cap. 5. Clem. Alexandr. *Strom.* I. 85. VI. 4. Cassiodorum *Chron. ad Theod. Reg.* Rufin. *Eccl.* Lib. II. cap. 26, 29. Origenem *Ep. ad Rom.* Tom. IV. pag. 495. (*ed. Paris.*) Socratem *Hist. Eccl.* Lib. V. cap. 7. Cyrillum *adv. Julianum* Lib. IX. Cosmam Indicopl. *Cosmograph.* pag. 161. (vid. Montfaucon. *Collect. nov. Patr.*

(*) Fr. Creuzer's *Symbolik und mythologie der alten Völker, besonders der Griechen.* Ed. 2[da].

(†) Beck's *Anleitung zur genauern Kenniss der algemeinen Welt- und Völkergeschichte.* Ed. 2[da].

T. II.) Ammianum Marcell. XVII. pag. 99. (*Lindenbr.*) et XXII. cap. 15. pag. 250. Macrobium *Saturn.* I. cap. 21. med. Abeneph. Arab. apud Kircherum *Obel. Pamph.* pag. 124. cap. 11. quorum locorum maximam partem citavit Cl. Seyffarth in *Rudim. Hierogl.* pag. 12. nota 36.

Praeterea hic memoranda quoque sunt Artemidori et Achmetis *Oneirocritica;* quae fortasse nonnulla continent, quibus hieroglyphicorum explicatio adjuvetur; ubi enim somnia interpretantur Oneirocritae, saepissime significationes symbolicas iis tribuunt, et veri simile est, quando additur interpretationi *κατ' Αἰγυπτίους*, tales explicationes desumtas fuisse ab hieroglyphicorum quorumdam symbolicorum significationibus; quam ob rem passim, ubi Horapollinis hieroglyphicum, cum interpretatione quadam somnii, apud Artemidorum vel Achmetem servata conveniebat, aut etiam, quando diversam quidem alteruter horum, at probabilem tamen explicationem exhibebat, loco suo adnotavi. Attamen non diffiteor, me in perlegendis Artemidori et Achmetis libris ab exspectatione, quam de eorum utilitate ad hieroglyphicorum explicationem susceperam, multum decidisse: nam si duas vel tres interpretationes, *draconis* (Artemid. II. 13. Achm. 283. adnot. nostr. pag. 123), *cynocephali* (Artemid. II. 12, ubi ad *Lunam* refertur hoc animal. cf. adn. nostr. pag. 197.), et fortasse quoque *crocodili* (Artemid. III. 11. adnot. nostr. pag. 296.) excipias, reliquae conveniunt tantum cum iis Horapollinis hieroglyphicis, quae continentur parte ab hoc vel a Philippo ex historiae naturalis scriptoribus potius, quam ex vera hieroglyphicorum doctrina conscripta, vel quae monumentis nondum confirmantur, neque facile puto, confirmabuntur; quaeque ab Oneirocritis ex similibus fontibus fortasse collectae sunt. Ad has referri posse videntur explicationes quae sequuntur:

manus actiones, *opificia* significantis (Artemid. I. 14, 44. Horapollo II. 119. adnot. nostr. pag. 402.), *mulae sterilitatem* (Artemid. II. 12. Horap. II. 42. adn. pag. 338.), *pinnae nuptias* (Artemid. II. 14. Horap. II. 107. adn. pag. 392), *cygni virum musicum* (Artemid. II. 20. Horap. II. 39. adn. pag. 337.), *pelecani virum amentem* (Artemid. II. 20. Horap. I. 54.), *talpae hominem coecum* (Artem. III. 65. Horap. II. 63. adn. pag. 356.), *elephantis regem* (Artemid. II. 12. Achmet. cap. 271. Horap. II. 85. 86. adn. pag. 371, seq.), *leonis morbum* (Artemid. II. 12. III. 67. Horap. II. 38. adn. pag. 336.), *leonis pericula ex igne* (Artemid. II. 12. Horap. II. 75. adn. pag. 364.), *vespertilionis mulierem lactantem* (Artemid. III. 66. Horapoll. II. 53. adn. pag. 345.), *scorpii inimicum* (Achmet. cap. 162. Horap. II. 35. adn. pag. 333.) Contra, ubi nonnullorum hieroglyphicorum significationes, Graecis quoque scriptoribus satis cognitas, *accipitris deum*, vel *Solem* (Horap. I. 6. adn. pag. 147.), *vulturis matrem* (I. 11. adn. pag. 171.), *scarabaei virum* (I. 10. adn. pag. 165.), *leonis protomes fortitudinem* indicantis (I. 18. adn. pag. 218, seq.), *ibidis Mercurium* significantis (I. 36. adn. pag. 246.), *piscis odium* (I. 44. adn. 261.), aliorumque, apud Artemidorum et Achmetem quoque inventum iri jure exspectemus, earum omnium nullam in usum suum adhibuerunt Oneirocritae. Quod adtinet ad Achmetis explicationes, quas *κατ' Αἰγυπτίους* datas esse ait, magnam iis fidem habendam esse non putamus; sed Aegyptiorum nomine Achmet majorem suo libro auctoritatem comparare voluisse videtur, quoniam ad eos studia artium occultarum, et arcanorum interpretationum praecipue referebantur ab Arabibus. Ex toto ejus opere unius tantum *draconis* explicatio (cap. 283.) ad inscriptiones hieroglyphicas accommodari possit.

Dedita opera de hieroglyphicis plures veterum egerunt: Lindenbrogius ad Amm. Marc. pag. 99. citat Chaeremonem, Hermatelem et Hermapionem. Chaeremonem scripsisse *Hieroglyphica* testatur Suidas, duobus locis (*); ex ejus libris excerpta quaedam se vidisse suspicatur Erasmus in *Adag. Festina lente* (†). De Hermapione cf. Ammian. Marcell. XVII. 4. (§). Hermatelem cognoscimus et Tertulliano *de Spectaculis* cap. 8. Praeter hos, Democritum de hieroglyphicis Aegyptiorum commentarios scripsisse ferunt, quorum jacturam eo magis dolemus, quandoquidem philosophus ille satis longum tempus in Aegypto degisse, ibique a sacerdotibus doctrinarum, quas hi tenebant, cognitionem

---

(*) In voce Ἱερογλυφικά· ἱερογλυφικὰ ἔγραψεν ὁ Χαιρήμων· et in Χαιρήμων· — καὶ ἕτερος Χαιρήμων, γράψας ἱερογλυφικά. Add. et. Euseb. *Praep. Euang.* V. cap. 10.

(†) Pag. 241. b. (*Ed.* anni 1646.): »Scripsit his de rebus Plutarchus »in Commentario de Osiride, et Chaeremon apud Graecos, testimonio »Suidae: cujus ex libris excerpta suspicor ea, quae nos nuper conspeximus hujus generis monimenta, in quibus etiam haec inerat pictura: »primo loco *circulus*, deinde *ancora*, quam mediam (ut dixi) *delphinus* obtorto corpore circumplectitur. *Circulus*, ut indicabat interpretamentum adscriptum, quoniam nullo finitur termino, *sempiternum* »innuit *tempus*. *Ancora*, quoniam navem remoratur et alligat, sistitque, *tarditatem* indicat. *Delphinus*, quod hoc nullum aliud animal »celerius, aut impetu perniciore, *velocitatem* exprimit; quae si scite »connectas, efficient hujusmodi sententiam: ἀεὶ σπεῦδε βραδέως, i. e. »*semper festina lente*.'' Ex isto exemplo autem, quod citavit Erasmus, facile conjicimus, aut revera excerpta ex Chaeremonis *Hieroglyphicis* eum non vidisse, aut de Aegyptiorum sacra scriptura Chaeremonem in iis non egisse. — Caeterum *Delphinus ancorae implexus* cernitur in multis Titi Vespasiani et Domitiani nummis, in quibus a nonnullis de *imperio maritimo* accipitur. Cf. *Thes. Morell.* XII. *Impp.* Titi, tab. V. 39, VI. 55, 64, VIII. 84. Domitian. tab. IX. 25, 36, 39, X. 5. Add. Gorlaei *Dactylioth.* P. I. 181.

(§) Ubi obelisci Aegyptiaci inscriptionis hieroglyphicae, ab Hermapione Graece versae, fragmenta quaedam servantur.

accepisse dicitur. Apud Diog. Laert. IX. cap. 7. segm. 49. memoratur Democriti *ὑπόμνημα περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων*, et alterum: *περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων* (*). Utrumque vero opus interiit, atque omnium, qui hoc argumentum tractarunt, unius Horapollinis libri duo *de Hieroglyphicis Aegyptiorum* ad nos pervenerunt; de quibus jam paullo accuratius erit agendum.

Quis fuerit Horapollo ille, valde dubitatur inter viros doctos, quorum alii ejusdem nomen a nonnullis scriptoribus proferri existimant, alii ullam ejus mentionem apud veteres scriptores fieri negant, reliqui totum nomen fictum esse statuunt.

Quod ad nomen ipsum, Aegyptiis solitum erat, ut vocarentur deorum suorum nominibus. Cff. Lucian. *Pro Imagg.* §. 27. (†) Champoll. *de Hierogl. Vet. Aegypt.*

(*) Menagius ad hunc Diog. Laert. locum laudavit Euseb. *Praep. Euang.* X. 4. *Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται.* et Clem. Alex. *Strom.* I. *Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους Ἠθικοὺς πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι.* et Reinesium *Var. Lect.* I. 22. qui Babylonem intelligit Aegypti oppidum, quoniam *ἱερὰ γράμματα*, quae Eusebius *ἠθικοὺς λόγους* dixerit, in solis Aegyptiorum sacris nominentur. Cff. quoque Kühnii adnot. ad Diog. Laert. l. l. et Jomard in *Dissert.* quae invenitur in textu *Descriptionis Aegypti* (Antiq. Mem. Tomo IX. pag. 531, 532. et Tomo VII. cap. 12. pag. 401, seq.) — Democritum adiisse Aegyptios, ibique eorum sapientiae operam dedisse, praeter Aelianum, *Var. Hist.* IV. 20, Hesychium Milesium, Clementem Alexandrinum, Eusebium, Suidam, in voce, prodit quoque Diod. Sic. I. 98. *Wessel.* pag. 110; ex quo loco discimus, eum per quinquennium in ea regione fuisse commoratum. Cf. Menagius ad Diog. Laert. IX. cap. 7. segm. 33.

(†) *Τὰς προσηγορίας αὐτὰς πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι, καὶ Ἡφαιστίωνες, κ. τ. λ. — ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαιμονέστατοί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν εἰς κόρον ἐπιχρωμένους. σχεδὸν γοῦν τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν.*

pag. 179-181 (*). Ita saepissime in contractibus Aegyptiacis legitur nomen *Hori*. Cf. *Tab. Prino. Pap. Graeo. et Pemot.* quam Cl. Reuvens addidit *Epistolis ad Letronnium* (†). Horum Graeci interpretati sunt Apollinem (Herod. II. 144, fin. 156, fin. adnot. nostr. ad Horap. I. 17. pag. 218); itaque fieri potest ut scriptor Aegyptius *Hieroglyphicorum*, aut saltem partis ejus libri, quam ex Aegyptiaca lingua Philippus vertit, apud suos ipse quoque Horus dictus fuerit, cui nomini Graeci interpretationem addiderint. Atque sic fortasse Horapollinis nomen originem accepit, quod a multis minus recte Horus Apollo scribitur, duabus vocibus (§); ea enim ratio, adnotantibus Hoesch. Caus. de Pauw et Harlesio (ad Fabric. *Bibl. Graec.* Vol. I. Lib. I. pag. 98.) nonnullis codicibus, Eustathii, Photii, Suidae auctoritate, ipsaque linguae analogia, et exemplis aliorum nominum etiam ex duobus compositorum improbatur. Talia memorantur vb. c. Hermanubis, apud Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 61. pag. 375. E. Serapammon et Heraclammon, apud Vopiscum, Serapammon et Potammon, apud Athanas. *Ep. ad Solit. Vit. degentes*, Psenosiris et Pelammion, apud eundem, in *Apolog. pro Fuga*. Tom. I. pag. 705. Hermammon, in *Hist. Euseb.* Lib. VII. cap. 9. Cronammon, apud Paul. Alexandr. Garapammon, (leg. fortasse Sarapammon), apud Pausan. I. *Eliac.* cap. 21. pag. 433. Apammon et Hermanubis, apud Gregor. in *Carm. de Vita sua*. Phoebammon, apud Photium in *Bibl.* Cod. CCLXXIX, fin. et apud Suidam, in v. Phoebammon et Nilammon, apud Sozomen. VIII, 19. et in Synesii atque Isidori Pelusiotae *Epistolis*.

(*) *Précis du Système Hiéroglyphique des Anciens Égyptiens.* Ed. 2.

(†) *Lettres à Mr. Letronne, sur les Papyrus Bilingues et Grecs, du Musée d'Antiquités de l'Université de Leide.*

(§) Ita vb. c. Edd. Ald. Merc. aliorumque, MSS. quoque nonnulla.

Hermapion, qui interpretatus est inscriptionem hieroglyphicam obelisci Aegyptiaci. Cff. Valesius ad Amm. Marc. XIX. cap. 12. Fabric. in *Bibl. Gr.* l. c. pag. 100. et 101. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 180. ubi citantur: Horammon, Heraclammon, Herammon, Sarapammon, Suchammon (*).

Horapollinis nomen invenitur apud Suidam, Stephanum Byzantinum, Photium et Eustathium, neque, quod sciam, alibi memoratur. Suidas in voce *Ὡραπόλλων*, haec habet: *Ὡραπόλλων Φαινεβύθεως κώμης τοῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικός. διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ ἐν Αἰγύπτῳ. εἶτα ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐπὶ Θεοδοσίου· ἔγραψε Τεμενικά· Ὑπόμνημα Σοφοκλέους, Ἀλκαίου, εἰς Ὅμηρον. λαμπρὸς μὲν ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἄνθρωπος, καὶ τῶν πάλαι λογιμωτάτων γραμματικῶν, οὐδέν τι μεῖον κλέος ἀπενεγκάμενος.* deinde alius nominatur Horapollo, *Αἰγύπτιος ἐπὶ Ζήνωνος βασιλέως.* Priorem memorat Stephanus Byzantin. *de Urbibus*, in v. *Φενεβῆθις: καὶ Φενεβηθίτης, οὕτω γὰρ Ὡραπόλλων ὁ φιλόσοφος ἐχρηματίζετο*; ita enim legendum pro *ὥρα πολλῶν*, quod olim editum fuerat, recte statuerunt viri docti, nonnullis minus bene corrigentibus *Ὦρος ἐθνικῶν*, qui memoratur apud eundem Stephan. Byzantin. in *Νικίου κώμη* et *Ταύα*. — Photius in *Biblioth*. Cod. CCLXXIX, sub. fin. pag. 536. *Ed Bekkeri*: *Ἔτι δὲ καὶ Ὡραπόλλω-*

(†) Add. Osoreris, vel Osoroeris, (quod nomen ex Osor, sive Osiris et Poeris compositum putat Champoll. Op. cit. pag. 171.) Osorapis vel Osoroapis, Osormnevis vel Osoromnevis, in quibus prior compositi pars formam Aegyptiacam retinuit, plane ut Hor, in Horapollo, posterior terminationem Graecam accepit. Nomina haec ex papyris Musei Lugd. Bat. citantur a Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium.* Ep. III. 16, 26, 50. et in *Tab. Princ. Pap.* cet. Art. 11, 14, 21—24, 30—32. Cf. quoque Kosegarten *de Prisca Aeg. Litt.* Comm. I. pag. 28. seqq.

νος γραμματικοῦ περὶ τῶν πατρίων Ἀλεξανδρείας· συντίθησι δὲ καὶ αὐτὸς δράματα τῷ ὁμοίῳ τύπῳ. Tandem Horapollinis cujusdam mentionem facit Eustathius in Hom. *Od. Δ.* οὐκ ἀπέοικε δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲ ὁ Ὡραπόλλων, ἀνὴρ λόγιος, οὗ ἡ σύνθεσις ἐκ τοῦ Ὧρος καὶ Ἀπόλλων, ἃ καὶ ἄμφω ἐπιθετά εἰσι Φοίβου.

Cuinam autem horum Horapollinum *Hieroglyphica* sint tribuenda, an vero alii ab his diverso, certo statui posse non videtur. Hoeschelius in adnot. putavit, scriptorem *Hieroglyphicorum* eundem fuisse, atque illum, de quo egit Suidas, libros autem hos duos partem fuisse conjicit Τεμενικῶν, quae hic conscripserit; quam sententiam haud improbandam censet Ideler in *Quaest. Hist. de Obs. Astron. Vet.* pag. 104. (*); quod autem Aegyptiorum lingua opus scriptum dicitur, id posteriori tempore additum censet, ut ita major libro auctoritas compararetur. — Caussinus in adn. neque ad Horapollinem illum Phaenebethitem, neque ad Horum Alexandrinum, quem Suidas in v. Ὧρος, multa ad Grammatica pertinentia scripsisse testatur, *Hieroglyphica* referenda putat; quia scriptor horum librorum *Niliacus* vocetur; quoniam Aegyptiaca lingua scripsisse feratur, et Suidas, qui tam accurate utriusque scriptoris opera enumerat, ut ne tractatum quidem de ει *dipthongo* omittat, nullam mentionem hujus operis *Hieroglyphicorum* faciat. Cum Caussino facit Morhofius *Polyh.* I. 4. 2. §. 1. — Hoeschelii sententiam partim amplectitur de Pauw, neque tamen quum ad Τεμενικὰ pertinere non potuisse hos libros judicet, inde sequi dicit, ut, qui illa scripserit, non etiam alia lingua quaedam scribere potuerit, praesertim,

(*) *Historische Untersuchungen über die Astronomischen Beobachtungen der Alten.* von L. Ideler.

quum Horapollo ille, etsi Graeco sermone in suis operibus usus fuisse videatur, Aegyptiorum linguam, quandoquidem in ea regione natus fuerit, bene novisset. — Vossius in *Aristarch. sive de Art. Gramm.* I. 41. dubitavit, utrum alius fuerit Hieroglyphicorum scriptor, an vero, prouti statuit de Pauw, Aegyptiace quoque nonnulla ediderit scriptor illa *Τεμενικῶν*, vel denique falsum sit, quod inscriptio praefert, opus a Philippo ex Aegyptia lingua redditum esse. — Fabricius *Biblioth. Graec.* Vol. I. Lib. I. cap. 13. §. 4. *Hieroglyphica* refert ad Horum illum antiquissimum, Isidis filium; quod quam absurdum sit, facile intelligitur. — Harlesius in adnot. ad. Fabric. *Biblioth. Graec.* l. c. pag. 98, seq. et in *Introduct.* in *Hist. Ling. Graec.*, Meiners in Op. *de Hist. Cult. Popul. Antiq.* (*) cap. X. pag. 194. seqq., Bruckerus *Hist. Crit. Philos.* Tom. I. pag. 271, seq. (*Ed. Sec.*) statuunt, quae hodie feruntur Horapollinis *Hieroglyphica*, non ab eo scriptore fuisse composita, sed ab homine nec sapientiae Aegyptiacae, nec linguae Graecae satis perito, profecta videri. Aegyptiorum sermone ea scripta esse non potuisse Meiners conjicit ex eo, quod plures explicationes etymologicae addantur, quae ex lingua Graeca sint petitae; tum quod multa dicantur atque Aegyptiis tribuantur, quae hi prorsus ignoraverint. Cf. Meiners Op. cit. pag. 198, seq.

Quidquid sit, nulla harum sententiarum argumentis idoneis confirmari posse videtur; neque, silentibus scriptoribus, in quaestione illa de vero *Hieroglyphicorum* scriptore, ejusque aetate, certa quaedam lux nobis oritur. Illud tamen, ex ipso libro, adhibitis iis, quae in studiis an-

(*) Meiners *Versuch über die Religionsgeschichte der ältesten Völker, besonders der Egyptier.*

tiquitatis Aegyptiae, virorum doctissimorum laboribus sunt cognita, patet, etiamsi liber re vera ab homine Aegyptio profectus non fuisset, multa tamen in eo inveniri, quae ipsis monumentis confirmantur, atque adeo ab Aegyptio homine recte scribi potuerunt. Neque huic sententiae obstare puto rationes, quas Meiners, ut contrarium efficeret, adtulit; nam quod dicit, l. c. pag. 195. se inscriptioni libri primi fidem habere non posse, sola Aldini MSti auctoritate, et quod interpres ille Philippus aliunde non sit cognitus; non solum Aldi MStum, verum Codd. quoque Aug. Pariss. et reliqui omnes, quorum inscriptiones novimus, in eo cum Aldo conveniunt, quod opus ex Aegyptiaca lingua versum dicant. Quod vero multae originationes Graecae in eo inveniuntur, animadvertendum, aut fieri potuisse, prouti statuit de Pauw in praefat. ut Philippus eas de suo addiderit; aut nihil impedire, quominus Aegyptius, qui scripserit iis temporibus, quibus lingua Graeca in Aegypto ab omnibus fere intelligebatur, etsi vernacula librum suum composuerit, quaedam ex alia lingua explicuerit. Neque obstat versus Homeri, qui laudatur II. cap. 101. neque dictio Homerica II. cap. 5. *πολέμου στόμα;* hunc enim poëtam, quippe iis temporibus in Aegypto notissimum recte citare potuit Horapollo, praecipue quum et aliunde, vb. c. ex Aelian. *de Nat. Anim.* V. 39. (quem locum citavit de Pauw in praefat.) satis constet, Aegyptios certe nonnullos, tempore Aeliani, Homerum testem adhibere solitos fuisse, ut sententias suas probarent (*); quin etiam plures servantur

---

(*) Aelian. l. c. *καὶ γάρ τοι καὶ τὸν ἥλιον θεῶν ὄντα φιλοπονώτατον κατὰ τὸ, ἢ ἄνω τῆς γῆς ὁρᾶσθαι, ἢ τὴν κάτω πορείαν ἰέναι μὴ ἡσυχάζοντα· Ὅμηρόν τε μάρτυρα Αἰγύπτιοι ἐπάγονται λέγοντα· „Ἠέλιόντ' ἀκάμαντα."*

papyri, Homeri poëmatum fragmenta continentes (*). — Atque praeterea posterioribus temporibus, Gnostici, in primis qui Marcum sequebantur, etiam de rebus sanctissimis Graece sunt philosophati; ita vb. c. Horus mystice confunditur, vel cum Ὅρος, *terminus*, vel cum Ὥρα. Cff. Matter *Hist. Gnostic.* II. pag. 134. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronn.* Ep. I. pag. 21. seq. Correct. et Add. pag. 159, seq. — Objicit porro Meiners, pag. 199. deorum, dearumve nomina memorari, et notas explicari, quae spectent Graecos, quorumque notitiam Aegyptii veteres non habuerint, veluti Martis, Veneris, Junonis, cet. Sed praeterquam quod eadem responsio, quae supra, etiam huc pertinet, dicendum Aegyptios sub aliis nominibus simillimos deos habuisse, quod abunde ex ipsis monumentis probavit Champoll., et de multis jam antea docuerat Jablonskius. Neque tamen diffitemur, multa in *Hieroglyphicorum* libris explicari, quae ad tempora seriora pertinent, neque omnia ejusdem esse ponderis atque momenti. Quod vero Meiners etiam ex iis probari putat, Aegyptiorum lingua opus scribi non potuisse, vereor ne nimium quam par est, huic argumento tribuerit.

De auctoritate libri atque de utilitate, quam sacrarum Aegyptiorum literarum explicationi adferre possit, diverse senserunt eruditi. Meiners l. c. pag. 102., Harles ad Fabric. et in *Introd. in Hist. Ling. Gr.* ll. cc. statuunt, scrip-

---

(*) Vb. c. in Mus. Car. X. Parisiis. Cf. Champoll. in *Bulletin Scientifique* par le Baron de Férussac. *Hist.* Tom. V. pag. 376, seq. n°. 14. et Cl. Reuvens in fine *Tab. Princ. Papyr. Gr. et Demotic.* additae *Epp. ad Letronnium.* — Alium Codicem in insula Elephantina emit G. Bankes, continentem Iliados Rhapsodiae ultimae partem maximam; cujus codicis diversae lectiones editae sunt in libro Anglico, *Philological Museum.* n°. 1. pag. 177. seqq. *Cambridge* 1831.

torem *Hieroglyphicorum:* »non praecepisse de scriptura »hieroglyphica ipsius jam tempore obsoleta, nec explicatu »facili, sed quae suo tempore fuerint nota symbola, et »symbolica deorum, rerumque sacrarum adtributa aut amu»letis inscripta, ea illustrare adnisum esse." Minorem quoque auctoritatem operi tribuere videntur F. A. Wolff, et Wyttenbachius (*) — His vero temporibus, quibus major lux oborta est in antiquitate Aegyptiaca, quibus magna monumentorum copia in praecipuis regionum Europearum Museis servatur, et virorum doctorum, monumenta Aegyptiaca non ex descriptionibus, picturisve, quas homines imperiti confecerant, sed saepe ea in ipso quoque loco, ubi exstructa fuerant, spectantium peregrinationibus et laboribus, aditus in interiorem Aegypti antiquae, morumque et institutorum, atque literarum ejus regionis cognitionem patefactus esse videtur, fere una est eaque constans erudito-

(*) Wolff in Op. *Vorlesungen über die Geschichte der Griechische Literatur, ausgegeben von* Güntler. Vol. II. pag. 409. scriptorem vocat: »*hominem imperitum Saec. V. aut VI.*" ipsumque librum continere ait: »*Aegyptiorum hieroglyphicorum esplicationem pravam ab vete»rum Aegyptiorum certe mente alienam.*" Wyttenb. in *Dict. ined. de Hist. Philos.* Aet. I. Sect. 3. §. 8.: »Duo tamen" inquit »nobis com»memoranda sunt Graeci libri, qui ad Aegyptios referuntur. Alter est »Hermetis ejus, quem nominavimus, cuique Trismegisti nomen additum »est, in quo pauca eaque obscura sunt philosophiae Aegyptiacae vesti»gia, omnia plena philosophiae Alexandrinae ineptae illius ex Saec. IV. »vel V., quo hunc librum Graeculus Christianus composuisse videtur. »Alter est Horapollinis liber *de Hieroglyphicis*, qui a simili fraude »Graeculi profectus est, quum compilator ineptus, adsumto divino Ho»rapollinis nomine scriptiunculae suae famam conciliare studeret". In quo loco nescio quomodo Vir Cl. Horapollinis nomen *divinum* habere potuerit, quum ita Grammaticum vocatum fuisse satis constet, ut supra vidimus. Postea tamen auctoritatem paullo majorem huic scriptori tribuisse videtur idem vir Cl. in adnot. ad Plutarch. in primis *de Is. et Os.*

rum sententia, Horapollinis libris plurima contineri, quae conferant ad cognoscenda ea, quorum explicationem inscriptio operis promittit; itaque in tantis tenebris, librum esse quantivis pretii. Cf. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 347, seqq. (*). — Neque tamen diffitemur multa ines-

---

(*) Ipsa V. Doct. verba hic addam: » Les notions les plus étendues » que l'antiquité nous ait transmises sur les caractères *tropiques* des » Égyptiens, sont renfermées dans le célèbre ouvrage d'Horapollon, in- » titulé *ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΑ*, traduit de l'égyptien en grec par un certain » Philippe. — On a jusqu'ici considéré cet ouvrage comme devant jeter » une grande lumière sur la marche et les principes de l'*écriture hiéro- » glyphique* proprement dite; et cependant l'étude de cet auteur n'a » donné naissance qu'à de vaines théories, et l'examen des inscriptions » égyptiennes, son livre à la main, n'a produit que de bien faibles » résultats. Cela ne prouverait-il pas que la plupart des signes décrits » et expliqués par Horapollon ne faisaient point exclusivement partie de » ce que nous appelons l'*écriture hiéroglyphique*, et tenaient primor- » dialement à quelque autre système de représentation de la pensée? — » Je n'ai reconnu, en effet, jusqu'ici, dans les *textes hiéroglyphiques*, » que trente seulement des *soixante-dix objets physiques* indiqués par » Horapollon, dans son livre premier, comme signes symboliques de cer- » taines idées; et sur ces *trente* caractères, il en est *treize* seulement, » savoir, *le croissant de la lune renversé*, *le scarabée*, *le vautour*, » *les parties antérieures du lion*, *les trois vases*, *le lièvre*, *l'ibis*, » *l'encrier*, *le roseau*, *le taureau*, *l'ois-chenalopex*, *la tête de cou- » coupha* et *l'abeille*, qui paraissent réellement avoir, dans ces textes, » le sens qu' Horapollon leur attribue. — Mais la plupart des images » symboliques indiquées dans tout le livre I.er d'Horapollon et dans la » partie du II.e qui semble la plus authentique, se retrouvent dans des » tableaux sculptés ou peints, soit sur les murs des temples et des pa- » lais, sur les parois des tombeaux, soit dans les manuscrits, sur les » enveloppes et cercueils des momies, sur les amulettes, &c., peintures » et tableaux sculptés qui ne retracent poit des scènes de la vie publique » ou privée, ni des cérémonies religieuses, mais qui sont des composi- » tions extraordinaires, où des êtres fantastiques, soit même des êtres » réels qui n'ont entre eux aucune relation dans la nature, sont cepen-

se, de quibus jure dubitari possit, utrum re vera ad veterum Aegyptiorum hieroglyphica pertinuerint, multa quoque, quae ad Gnosticorum scholas referenda videantur (cff. adnot. nostr. pag. 161, seq. 311, seq. 325, seq.), quaeve originem suam debeant Romanorum temporumque posteriorum superstitioni (cff. adnot. nostr. pag. 178. 321.), nonnulla quoque, quae a scriptore minus recte fuerint intellecta (cff. adn. nostr. pag. 146, 227, 236, 239, 287, 293, 304.); quae vero, et sunt ea haud pauca, nondum ex monumentis confirmantur, vel ulteriori explicatione indigent, fortasse pluribus hanc rem tractantibus, temporumque progressu, majorem lucem nanciscentur, et planiora fient. — Illud tamen ex ipsa libri lectione patet, symbolicas, quae dicuntur, hieroglyphicorum significationes tantum ab Horapolline explicari, quum nullam mentionem faciat signorum phoneticorum; praeterea majorem auctoritatem libro priori, quam posteriori esse tribuendam, omnibus fere, quae monumentis confirmantur, ad librum illum priorem pertinentibus; quam ob rem doct.

» dant unis, rapprochés et mis en action. Ces bas-reliefs, purement » *allégoriques* ou *symboliques*, qui abondent sur les constructions égyp» tiennes, furent particulièrement désignés par les anciens sous le nom » d'*anaglyphes*, que nous adopterons désormais. — Cette distinction » établie, il est aisé de voir que l'ouvrage d'Horapollon se rapporte bien » plus spécialement à l'explication des images dont se composaient les » *anaglyphes*, qu'aux élémens ou caractères de l'*écriture hiéroglyphique* » proprement dite: le titre si vague de ce livre, *Ἱερογλυφικὰ* [*sculptures* » *sacrées* ou *gravures sacrées*], est la seule cause de la méprise." Observandum autem est Champollionem, postquam haec scripsisset, multo plurium Horapollinis hieroglyphicorum confirmationem in monumentis invenisse, maximam partem constituentium eorum, quae in tab. nostr. depingenda curavimus. Cf. Index III.

scripsit *de Mysteriis Aegyptiorum*, et scriptor *librorum Hermeticorum*, quorum fragmenta inveniuntur apud Stobaeum. Ad idem genus quoque pertinent papyri bilingues Aegyptiorum et Graecorum sermone conscripti, thaumaturgorum maxime doctrinas illustrantes, qui in Museo Lugduno Batavo servantur, et quos ad priorem partem saeculi P. C. III. esse referendos, Cl. Reuvens magna cum veri similitudine conjecit, in *Epp. ad Letronnium*, Ep. I. pag. 27. et in Append. pag. 151. Jamblichus vixit Saec. III. exeunte, et scripta Hermetica fortasse ad idem fere tempus recte referri poterunt. Nihil igitur obstare videtur, quominus Hieroglyphicorum libri, aut certe magna pars eorum, quaeque monumentorum inscriptionibus confirmantur, adscribantur Horapollini illi Grammatico, qui sub Theodosio, Saec. IV, exeunte, Constantinopoli docuit, atque antea Alexandriae hieroglyphicorum explicandorum rationem, qualis tunc nonnullis cognita fuerit, edoctus esse potuit. Rerum Gnosticarum quoque mentio, qualem in Horapollinis libris fieri, supra indicavimus, pag. XV. huic sententiae favere videtur.

Hieroglyphica autem haec, ut ex inscriptione discimus,

---

in the Arabic language by Ahmed-ben-Abubekr ben Wahshih. London 1806. Cf. quoque Klaproth in *Ep. de Invent. Hierogl. Acrolog.* ubi secundum suam Horapollinis hieroglyphicorum explicandorum rationem, nonnulla quoque Arabis illius explicari contendit. Sic per *accipitrem*, cui *dei* significationem recte ab Horapolline tribui monumenta docuerunt, *deum omnia nutrientem* indicatum fuisse ait. Cf. adn. nostr. pag. 147. atque in eo cum Horapolline consentit, quod per *columbam* significatam fuisse *injustitiam* docet. Cf. adn. nostr. pag. 286. Contrariam sententiam jam antea protulerat Vir Cl. Sylvestre de Sacy in *Horreo Encyclop.* (*Magasin Encyclopédique*) Tom. VI. pag. 145-175, ubi amplam hujus operis ab Hammero editi recensionem exhibuit, librum ad hieroglyphicorum explicationem nihil utile continere statuens. Cf. quoque Cl. Reuvens in libro *antiquario* (Westendorp en Reuvens *Antiquiteiten*) Vol. III. P. 1. pag. 21.

ex Aegyptiorum lingua in Graecam vertit Philippus, de quo, praeter nomen, nihil cognitum. Ex ipsa vero oratione et scribendi genere, facile apparet, eum scripsisse temporibus posterioribus, quando lingua Graeca, multis vocibus barbaris introductis, et verbis saepe a prima significatione ad alias minus usitatas detortis, inquinata ac corrupta fuit. Saepe enim verbis utitur poëticis et obsoletis, qualia in primis leguntur II. 57. ubi de Phoenice agit. Saepe quoque pravam exhibet verborum structuram: ita vb. c. I. 32. dicitur: τῆς πρὸς γυναῖκας συνουσίας, καὶ πρὸς τέκνα γενέσεως, pro: τῶν γυναικῶν συνουσίας, καὶ τέκνων γενέσεως. I. 6. εἰς ἧττάν ἔρχεται, pro ἡττᾶται. II. 66. *homo, qui haereditatem filio reliquit*, dicitur; ἄνθρωπος κληρονομηθεὶς ὑπὸ τέκνου. Tempora verborum prave mutantur, vb. c. I. 34, fine, ὀνομασθήσεται in fut. pro praesenti aut imperfecto; eodem modo cap. 35, fin. περὶ οὗ μικρὸν ἔμπροσθεν ὁ λόγος ἀποδοθήσεταί σοι παρ' ἡμῶν. Ad verba quae significatione minus usitatâ ponuntur, pertinent: Οὐρανία pro *coelo*. I. 11; πειθήνιος pro eo, *qui obedit*. I. 62; ἀπρόϊτος pro eo, *qui domum non egreditur* II. 64; ἄστατος pro *instabili*. ibid. cap. 69; περιοδεύεται pro θεραπεύεται. cap. 93. Ad verba, posteriori aetate ex linguis peregrinis, et barbarie increscente in linguam Graecam inducta, referenda sunt: βαΐς. I. 3. pro *ramo palmae; πάτρων*, II. 51. pro *patrono; σιάνειν* pro διατίθεσθαι. II. 73; κατ' ὄρδινον, pro ἐναλλάξ. ibid. cap. 94. aliaque, de quibus cff. Meiners, Op. cit. pag. 196, seq. Harles. ad Fabric. *Bibl. Gr.* l. c. pag. 99. et Caussin. in praefat. Quod vero Caussinus, eumque secutus Harlesius his addunt τρίπα I. 16, fine, una nititur illius conjectura, nullo Codice adhuc firmata. Neque huc referendum, quod volebat Meiners, λεῖψον, quod

Hoesch. et de Pauw ediderunt, II. 34. quoniam hoc errori typographico tribuendum videtur, codicibus reliquis et editionibus λεῖψιν habentibus. — Neque tamen ex his sequitur, veram esse eorum opinionem, qui Philippum illum Horapollinis interpretem, Saec. XV. vixisse putant, quae sententia fuit abbatis Rivii, ut monet Requier in fine praefationis, quam praemisit versioni suae Gallicae *Hieroglyphicorum* (*). — De Pauw in praefatione ad editionem Horapollinis, quaestionem instituit, utrum libera fuerit Philippi versio et periphrastica, an adstricta et verbotenus adumbrata. Statuit autem omnia a Philippo esse addita, quae originationes Graecas spectant, vb. c. I. 17. *ἥλιος δὲ ὁ Ὧρος, ἀπὸ τοῦ τῶν ὡρῶν κρατεῖν*; II. 100. *ἐκείνη* (sc. *κάμηλος*) *γὰρ μόνη τῶν ἄλλων ζώων τὸν μηρὸν κάμπτει, διὸ καὶ κάμηλος λέγεται*; ibid. cap. 108. *καὶ καλεῖται πιννοφύλαξ ἀπο-*

(*) Rivius ille dissertationem scripserat, in qua probare conabatur, *Hieroglyphica* Horapollini non esse adtribuenda, sed Philippo ipsi, qui vixisset Saec. XV. Dissertationem eam inspicere mihi non licuit, neque ejus mentionem inveni inter reliqua Rivii scripta. Fieri potest, ut numquam typis expressa fuerit; sed et reliqua ejus opera extra Galliam sunt rara, quandoquidem paucissima tantum eorum exemplaria edenda curabat. Fortasse quaedam de libro illo invenientur in Opere: *Chronique Littéraire des Ouvrages Imprimés et Manuscrits de l'Abbé Rive.* cet. Eleutheropol. l'an 2. quod tamen ipsum in Bibliotheca Academiae Lugd. Bat. non adest, neque mihi comparare potui. Sunt autem verba Requieri haec: » J'ai modifié le titre de l'ouvrage d'après la dissertation » aussi savante que lumineuse, qui m'a été communiquée par son auteur, » M. l'abbé Rive, au goût et à l'érudition du quel la Bibliothèque de » M. le Duc de la Valière est redevable de ses nombreuses richesses. On » voit, par ce Traité aussi étendu que profond, que ce n'est point à » un Horus-Apollo, qu'il faut attribuer la collection de ces Hiéroglyphes, » mais que c'est au même Philippe, qui dit les avoir traduits de la » langue Égyptienne, et qui vivoit, selon toutes les apparences, dans » le 15e. siècle."

λευθέως τῷ ὀνόματι; quibus locis addi possit cap. 11, med. Lib. I. *ὅριον δέ, διότι πολέμου μέλλοντος τελειοῦσθαι, τὸν τόπον ὁρίζει, ἐν ᾧ μέλλει ὁ πόλεμος γίγνεσθαι.* Sed ut supra jam indicavimus, pag. XI, seq. necesse non est ut haec Philippo adscribantur, quandoquidem Horapollo, etsi in Aegypto natus, et Aegyptiorum lingua opus suum conscribens, sermonem tamen Graecorum, qui inde a Ptolemaeorum tempore in Aegypto viguerat, probe intelligere potuit; praecipue quum, sacris Christianorum in Aegypto receptis, magna copia verborum Graecorum in antiquam regionis istius linguam introducta fuerit, ita ut tandem ipsae Graecarum literarum formae receptae sint, quibus aliae septem addebantur, ex antiquis Aegyptiorum signis, ut videtur, servatae; atque ita ortae Coptica lingua et scribendi ratio; quod tamen ante Saec. III. aerae nostrae accidisse non videtur. Cff. Quatremère *de Ling. et Lit. Aeg.* (*) pag. 19. et Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium* Ep. I. pag. 62. — Neque tamen putamus totum opus ab Horapolline esse profectum, quum credibile non videatur, eundem hominem, qui multorum hieroglyphicorum tam bonas interpretationes tradat, iis simul tot ineptas explicationes immiscuisse, quales in primis in Lib. II. continentur. Itaque 30 fortasse prioribus hujus libri capitibus, et duobus posterioribus Horapollini relictis, reliqua a Philippo ex historiae naturalis scriptoribus compilata, atque Horapollinis operi addita esse videntur. Sic quae vb. c. II. 43. dicuntur, ita conveniunt cum iis, quae apud Plinium *Hist. Nat.* VIII. 45. leguntur, ut exinde fere Graece versa putaverim. Cf. adn. nostr. pag. 339. — Inde a cap. 31.—100. signifi-

---

(*) *Recherches Critiques et Historiques sur la Langue et la Littérature de l'Égypte.* par Et. Quatremère.

cationes explicantur *animalium terrestrium et plantarum*; cap. 101. et 102. *amphibiorum*, et a cap. 103-114. *piscium, aliorumque animalium in aqua degentium*. Praeterea multa in secundo libro dicuntur contraria iis, quae in primo leguntur, vb. c. de *columbarum felle*. Cff. I. 57. et II. 48. adn. nostr. pag. 342. Quae autem verba ad postremam demum Graecae linguae aetatem referenda sunt, omnia fere pertinent ad partem illam, quam a Philippo compilatam esse conjicimus.

Mercerus in adnot. ad cap. 1. dixit, titulos capitum non ipsius esse Philippi, sed a diligenti postea lectore adjecta; idque patere ex MSto Cod. in quo ad marginem adscribantur. Vellem addidisset quoque, num eadem manu tituli illi scripti essent; nam illud non abhorrere a more posterioris aetatis Graecorum, ut eo modo argumentum capitis vel paragraphi uniuscujusque praemittatur, patet ex papyro Chemico n°. 66. Musei Lugduno Batavi, in quo singulis capitibus tituli, eâdem manu atque reliqua, sunt superscripti. Pertinet autem MStum illud, ut ex literarum formis conjicitur, ad tempora Constantinorum. Cf. Cl. Reuvens in *Epist. ad Letronnium* Ep. III. pag. 65. Art. XI. in *Tab. Pap. Gr. et Dem.* pag. 4. Art. 40. et in Addend. pag. 162, 163. Attamen in Horapollinis opere Merceri conjectura veritatem aliquam habere videtur; nam, praeterquam quod in libro posteriori, praecipue in extrema parte, capitum tituli plures sunt mutili, imo et plane omittuntur, Cod. Paris. A. titulos habet, diversa prorsus ratione expressos.

Antequam ad reliqua transimus, commemoranda quoque hic est nova ratio, qua Horapollinis *Hieroglyphica* accipienda, atque ad interpretandas monumentorum Aegyptiacorum inscriptiones adhibenda putavit Vir Nobilissimus

de Goulianof, quamque rationem, quodammodo amplificatam et ad multa Horapollinis capita accommodatam edidit Vir Nob. J. Klaproth in *Ep. de Inventis Hieroglyphicis Acrologicis* (*). Conjecerat de Goulianof idem signum, pro diversis vocibus, in sacra Aegyptiorum scriptura usurpatum fuisse, quae omnes inciperent ab eadem litera, quam signum illud indicaret; ita ut vb. c. voces *deus*, *dominus*, *domus*, *digitus*, *discus*, aliaeque a litera *d* incipientes promiscue eodem hieroglyphico indicari potuerint; eaque signa vocavit *Acrologica*. Huic doctrinae sese opposuit Champollion in *Ephemeridibus Scientiarum*, partem Antiquariam et philologicam continentibus, editis a Nobil. de Férussac (†) ubi operis a Klaprothio editi, censuram exhibuit. Hic, iterum epistola edita Champollionis censurae respondit; sed, ut videtur, ea iis majori quam par erat acerbitate, ab utraque parte acta est, neque postea iterum quaestio illa tractata fuisse videtur, nisi quod in opere nuperrime edito (**). Klaprothius interdum mentionem fecit hieroglyphicorum acrologicorum. — De Goulianof, anno 1827. ipse librum edidit Gallice, *de Hieroglyphicis Horapollinis* (††). Libro in tres sectiones diviso, prima sectione agit de hieroglyphicis ex παρονομασίᾳ explicandis, qua plures voces eumdem aut fere eundem sensum efficientes, eodem signo exprimi potuerint, ita, vb. c. *stella* indicaverit quoque *tempus*, quoniam hoc

(*) *Lettre sur la Découverte des Hiéroglyphes Acrologiques, adressée a Mr. le Chévalier de Goulianof.* Paris. 1827. 8°.

(†) *Bulletin des Sciences.* Hist. Tom. VII. n°. 4. pag. 289. suiv. 1827.

(**) *Examen Critique des Travaux de feu M. Champollion sur les Hiéroglyphes* par Mr. J. Klaproth. Paris 1832. 8°.

(††) *Essai sur les Hiéroglyphes d'Horapollon et quelques mots sur la Cabale.* par M. le Chévalier de *Goulianof.* Paris 1827. 4°.

Codex Graecus Membranaceus in 4 minori, Saeculi XV; optime servatus et scriptus. Constat foliis scriptis 128. (Bandini *Catal.* Vol. III. pag. 234).

IV. Plutei ejusdem 81. Codex 20. praeter Aristotelis *Moralia* ad Eudemum, quae 99. priores paginas implent, et *Definitiones* Platonis, quae inde a pag. 123, usque ad 128. extant, continet, inde a pag. 100–123. Horapollinis Niloi *Hieroglyphica*, libris duobus; ut in Cod. 15. hujus Plutei.

Codex est Graecus Membranaceus, in 4. majori, Saec. XV. nitidissimus, cum emblemate in fronte Philelphianae domus, ac literis librorum initialibus minio et auro affabre depictis. Constat foliis scriptis 128. (Bandini *Catal.* ibid. pag. 234).

BIBLIOTHECA VENETA DIVI MARCI.

V. Codex 391. cum Philostrati Senioris *Vitis Sophistarum*, *Vita Apollonii Tyanensis*, libris VIII, et Cebetis Thebani *Tabula*, complectitur quoque Horapollinis *Hieroglyphica*.

Codex est Chartaceus, Saeculi circiter XV. constat foliis 156. (cf. Laurentii Theupoli. *Graeca Divi Marci Bibliotheca* pag. 194).

BIBLIOTHECA VATICANA, ROMAE.

VI. Harpocration. Ori Apollinis *Hieroglyphica*, *quae extulit ille Aegyptia lingua*, *transtulit autem Philippus in Graecam linguam*.

Cf. Montfaucon *Biblioth. Bibliothecarum* Tom. I. pag. 6. C.

Fortasse hic est codex, quem sese contulisse ait Pierius Valerianus *Hierogl.* Lib. XLVII. cap. 25; et cujus meminit. de Bast, in *Epist. Critica ad Boissonadium* pag: 83. — addito numero 871.

GALLIA.

BIBLIOTHECA REGIA PARISIENSIS.

VII. Codex 192. qui praeter multa alia complectitur: *Ὡραπόλλωνος Νειλώου Ἱερογλυφικά, ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτίᾳ φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον.* inde a fol. 121. r°.—144. v°.

Codex est Saeculi XIV. magnamque copiam lectionum diversarum adtulit; eum quoque contulit Cl. Bachmannus, et diversas lectiones, simul cum iis Cod. Bibl. Reg. 2832. edidit in *Anecdotis* Vol. II. pag. 406-417. — Montfaucon, ubi hunc Cod. memoravit, *Bibl. Coislin. Paris.* (1715. *f.*) pag. 244. seq. non viderat » farraginem » rerum consarcinatarum" quam indicat post fol. 116. versum, continere Horapollinis Opus. — Eum Cod. praeeunte Cl. Bachmanno, litera A., sequentem, litera B. indicavimus.

VIII. Codex 2832. continet MSS. octo, quorum primum: Theocriti *Idyllia cum Scholiis*, et ultimum: Plethonis *Chaldaicorum Dogmatum Expositionem*. Sexto loco sunt: *Ὡραπόλλωνος Νειλώου Ἱερογλυφικά, ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτίᾳ φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον.*

Codex est Chartaceus; priores partes esse possunt Saeculi XIV; sed pars illa, qua Horapollinis *Hieroglyphica* continentur, est Saec. XVI. ineuntis. Scriptura ejus videtur esse hominis Graeci, exarata junco. Cf. *Catal. MSS. Bibl. Reg. Paris.* Vol. II. pag. 558. Ejus lectiones descripsit et in *Anecdotis*, quae supra citavimus, edidit Cl. Bachmannus.

IX. Cod. 2992. quo continentur MSS. 20. Primum: Isocratis *Oratio adv. Demonicum*; ultimum est: *Hymnus* Sancti Clementis. Undecimo loco exstant: *Ὥρου Ἀπόλλωνος Νειλώου Ἱερογλυφικά· ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτία φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος, εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον.* Inde a f°. 214. r°. usque ad 239. versum.

Codex est Graecus Bombycinus Saeculi XVI. junco exaratus a Graeco, veluti Cod. Paris. 2832. — Hujus Codicis, quem litera C. indicavimus diversas lectiones Parisiis describendas curavimus, atque editioni nostrae addidimus. Majorem autem antiquitatem ei tribuit Doct. Landois, qui Saeculo XIV. descriptum conjicit. — Caeterum cf. *Catal. Bibl. Reg. Paris.* l. c. pag. 587.

BIBLIOTHECA CARDINALIS RADULPHI.

X. Cod. 49. *Ὥρου*, Ori *Hieroglyphica*. — *Magica eloquia Magorum, cum expositione* Plethonis.

Cf. Montfaucon *Biblioth. Bibliothec.* pag. 772. D.

BIBLIOTHECA LUGDUNENSIS.

XI. Cod. 102. continet: *Polyhistorem Symbolicum* et Hori Apollinis *Hieroglyphica.*

Codex est membranaceus, in 4°. Cf. Gust. Haenelius in *Catal. Librorum MSS. qui in Biblioth. Galliae, Helvetiae, Hispaniae, Lusitaniae, Belgii, Britanniae Magnae asservantur.* pag. 192.

GERMANIA.

BIBLIOTHECA AUGUSTANA.

XII. Cod. 100. continens: Nemesii Emeseni Episcopi librum *de Natura hominis*, Procli Diadochi quaedam, Ptolemaei *τετράβιβλον*, et alia, Porphyrii *in Ptolemaeum*, *Ὡραπόλλωνος Νειλώου Ἱερογλυφικά, ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτίᾳ φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον.*

Codicem hunc contulit Hoeschelius; calamo diligenter est exaratus, multasque lectiones praeclaras adtulit. Cff. Hoeschelius in adnot. ad Horapollinem, et in dedicatione operis, Reiserus in *Catalogo Manuscriptorum Bibliothecae Augustanae* pag. 78. et Montfaucon in *Biblioth. Bibliothecarum.* Tom. I. pag. 594. A.

BIBLIOTHECA CAESAREA, VINDOBONAE.

XIII. Codex 498. Hori Apollinis *Hieroglyphica ex Aegyptiaco et Graeco in Latinum translata sermonem, multisque imaginibus exornata.*

Codex est Chartaceus, in 4°. versionem tantum Latinam continet. In principio cernitur Imperator Maximilianus I. elegantissime depictus, tamquam de rege Galliae triumphans. Cff. Lambecii *Commentarii de Bibliotheca. Caesarea. Vindobonensi.* Tom. II. pag. 934.

Praeter hos, alius quoque codicis mentio fit, quem in suum usum adhibuit Mercerus, est autem:

XIV. Codex Morellianus: *Ὥρου Ἀπόλλωνος Νειλιακοῦ ἱερογλυφικά.* cet.

Codicem hunc a Guilielmo Morellio accepit Mercerus. Continebat autem, ut ex praefatione videmus, maximam tantum partem libri primi *Hieroglyphicorum*, et capitum tituli non praepositi erant, sed ad marginem adscripti. Ubi autem codex ille nunc lateat, ignoratur.

EDITIONES.

I. Princeps est Aldina hoc titulo: *Vita et Fabellae* Aesopi, *Fabellae* Gabriae, Phurnutus seu Curnutus, Palaephatus, Heraclides Ponticus, Ori Apollinis Niliaci *Hieroglyphica*, *Collectio proverbiorum* Tarrhaei et Didymi, item eorum, quae apud Suidam aliosque habentur per ordinem literarum. Etiam ex Aphthonio, Philostrato, Hermogene, Gellio quaedam; in F°. Venet. apud Aldum, mense Octobri. 1505.

De libris ab Aldorum familia editis, deque praestantia eorum, dedita opera scripsit Aug. Renouard; attamen hanc Horapollinis editionem plurimis locis mutilam et imperfectam esse, non ita Aldi viri diligentissimi negligentia, sed exemplarium vitio, quae rarissime reperiuntur, indicavit. J. Pierius Valerianus, in *Ep. ad Urbanum Bolzanium*, inserta ejus *Hieroglyphicis*. Lib. XXXIII. pag. 283. C. et 284. D.

II. Orus Apollo Niliacus *de Hieroglyphicis notis*, Bernardino Trebatio Vicentino interprete. Augustae Vindelicorum 1515. Versionem hanc Conradus Peutingerus Joanni Frobenio excudendam concesit, apud quem prodiit, Basil. 1518. in 4°.

Mercerus in Ep. Nuncupatoria ad Joannem Sangelasium Uticensium Episcopum, quam editioni suae praemisit: »Taceo" inquit »quae a »Bernardino quodam Vincentino multa non satis feliciter versa sunt, »pleraque etiam praetermissa, quod forte codici, in quem inciderat »adscribendum fuerit." Utilis tamen est, quod ex ea de Codicis lectione quem secutus fuit Trebatius, quodammodo judicari possit; quod vero caute faciendum, nam ipse Trebatius in praef. ad Peutingerum testatur: »sibi non fuisse animum ita religiose vertere ut verbum »verbo redderet."

Deinde eadem versio prodiit apud Rob. Stephanum. Paris. 1530. in 8°.

Cum Augustini Niphi libris II. *de Auguriis*. Basil. 1534. in 8°.

Postea. Lugduni. 1542. in 8°.

III. Hori Apollinis Niliaci *Hieroglyphica*, hoc est de sacris Aegyptiorum literis libelli II. de Graeco in Latinum sermonem a Phil. Phasianino nunc primum translati. Bononiae apud Hieron. Platonidem. 1517. in 4°.

Phasianino Codicem haud malum fuisse dicit Hoeschelius in dedicatione editionis suae; sed de Pauw et Trebatii, et Phasianini versiones ineptissimas vocat (in Praefatione); hunc autem non secutum esse libros antiquos, verum ingeniolum suum judicat.

IV. Ori Apollinis Niliaci *Hieroglyphica*, Graece et Latine, Bernardino Trebatio Vincentino interprete. Paris. 1521. in 8°. Excudit Petrus Vidouaeus Artium magister, impensis honesti viri Conradi Resch, Bibliopolae Parisiensis., sub scuto Basiliensi.

Haec editio sequitur Aldinam, quibusdam mutatis. Cf. de ea S. F. G. Hoffmanni *Lexic. Bibliogr.* Lips. 1838. Tom. II.

V. Ori Apollinis Niliaci *Hieroglyphica*, Graece et seorsim latine, Jo. Mercero Uticensi interprete, cum ejus observationibus. Excudit Christianus Wechelius. Paris. 1548. in 4°.

Videtur Mercerus in editione illa priori secutus fuisse textum Graecum editionis, quam IV. memoravimus; nam praeterquam quod libro II. cap. 88. ταφῆς edidit, pro τροφῆς, quod in Aldina et reliquis legitur (veluti observavit de Pauw in praefatione), in adnot. ad cap. 59. libr. I. »antequam" inquit »in *Venetianum* exemplar incidissem, »quoniam in exemplari nostro legebatur κάριστον legendum credebam »κρύπτιστον" cet. (Cf. Fabricii *Bibl. Gr.* Harlesii Vol. I. pag. 102).

Iterum, prodiit hoc opus: Ori Apollinis *de Sacris Notis et Sculpturis* Libri duo, Graece cum versione Latina et observationibus *J. Merceri*; apud Jacobum Kerver. Excudit G. Morellius Jacobo Kerver. Paris. 1551. in 8°.

Hanc editionem secundum Codicem Manuscriptum; quem a Morellio acceperat, primum tantum librum, neque eum totum continentem, correxit, ita tamen, ut, ubi diversa lectio occurreret, eam, quae potior videretur, secutus fuerit, adjecta interim margini vetusti Co-

dicis lectione, ut ipse testatur in Praefatione.[1] Adnotationes autem, quas adjecit Mercerus, plurimae pertinent ad librum I. De versione vero editioni Merceri addita, dubitari nequit, quin ab ipso fuerit composita, dicit enim in eadem Ep. Nuncupatoria, quam supra laudavimus: »Orum ipsum αὐτόγραφον, multo tamen, quam antea »emendatiorem, et eundem a nobis latinitate donatum, scholiisque »illustratum tuae consecrem humanitati," et in adnot. ad cap. 14. libri I, καὶ ἐγγράφει »Potest hoc referri vel ad cynocephalum, ut »nos vertimus, vel ad sacerdotem" cet.; qua propter miror, fuisse nonnullos, et inter eos Abbatem Rivium (in commentatione de qua supra diximus), qui statuerint, versionem illam falso tribui J. Mercero.

VI. Ori Apollonis Niliaci *de Sacris Aegyptiorum Notis Aegyptiace expressis.* Libri duo, iconibus illustrati et aucti. Parisiis apud Galeotum a Prato, et Joannem Ruellium. 1574. in 8°.

Versionem tantum continet Latinam et Gallicam; Latina expressa est secundum eam, quam Trebatius composuerat. — Interpretationem Gallicam curavisse videtur Joannes Martinus, ut adnotavit aliquis in 1. pagina editionis quae in Bibl. Lugd. Bat. servatur. Joannes ille Martinus scriba fuit Cardinalis de Lenoncour, et praeter alia opera, verterat quoque libros octo *Architecturae* Vitruvii Pollionis (editos Parisiis apud Hierosme de Marnef. l'an 1572) et *Hieroglyphica* Ori Apollinis. Cf. *Bibliotheca* Fr. a Cruce pag. 242, 243. (*).

VII. Horapollinis *Hieroglyphica* a Davide Hoeschelio, fide Codicis Augustani MS. correcta, suppleta, illustrata, Graece Latine, cum observationibus Jo. Merceri, et notis Hoeschelii.[1] Augustae Vindelicorum. 1595. 4°.

Iterum nonnullis mutatis prodiit 1605. in 4°.

Hoeschelius passim secutum se exemplar Aldinum (quoniam nullum aliud ad manum esset, et suis demum ad finem perductis, acceperit Gallicam editionem, a Fr. Sylburgio) nisi ubi aperte mendosum constaret; lacunas porro e Manuscripto nonnullas explevisse, et vitia quaedam correxisse, partim conjectura, partim ex Phasianini interpretatione, testatur in dedicatione, quam supra citavimus. Versionem Merceri ex priori ejus editione adjecit; quam tamen hic

(*) *La Bibliothèque du Sieur de la Croix du Maine.* a Paris 1584.

quam paulo mutasset ex Codice Morelliano, Hoeschelius ipse quoque, postquam hujus Codicis lectiones vidit, hic illic versionem ad marginem adnotando correxit; in Graeco textu Aldinae tantum lectiones diversas adnotavit, neglectis Morellianis, quae cum Augustano in plerisque conveniebant. (Cf. de Pauw in Praefat.)

VIII. Apollo Horus Niliacus. *Selecta sive Sacrae Notae Aegyptiorum et Insculptae Imagines*, Graece et Latine. Romae apud Zarmetum 1597. in 12°. (Conf. *Catal. Bibl. Reg. Lond.* Vol. IV.)

Hori Apollinis *Selecta Hieroglyphica* additis conjecturis emendationibusque in margine, Graece et Latine, edente Julio Franceschino. Romae. 1599. 12°.

Ejusdem fortasse est editoris, atque alia editio, quam Romae excusam esse, ex Merceri aliisque versionibus conflatam, anno 1606. in 12°. memorat Morhofius *Polyh. Liter.* Vol. I. cap. 2. §. 1. med.

IX. Joannis Pierii *Hieroglyphica;* accesserunt loco auctarii *Hieroglyphicorum Collectanea*, ex veteribus et recentioribus auctoribus descripta, et in sex libros digesta. Horapollinis item *Hieroglyphicorum* libri duo, ex postrema Davidis Hoeschelii correctione, praeterea ejusdem Pierii *Declamatiuncula pro Barba Sacerdotum*, et reliqua *Opuscula* sive *Poëmata omnia*. Editio novissima, adnotationibus ad marginem ac indicibus necessariis adornata, emendata et locupletata. Francofurti ad Moenum. Sumtibus Antonii Hierati. 1614. in 4°.

Ibidem sumtibus Chr. Kirchneri. anno 1678. in 4°.

Jo. Pierii Valeriani Bellunensis *Hieroglyphica*, *sive de Sacris Aegyptiorum aliarumque Gentium Literis* commentariorum Libri LVIII.; accedunt *Duo Hieroglyphicorum* libri Coelii Augustani Curionis. Ejusdem Pierii *Pro sacerdotum Barbis Declamatio*, et *Poëmata varia*, cum diversis *Hieroglyphicis collectaneis*, Hori Apollinis *Hierogly-*

phicorum Libri II. item *Hieroglyphicorum Emblematumque Medicorum* δωδεκάκρουνος; Auct. Ludov. a Casanova. Lugduni. 1626. Folio.

Commentarii, quos adjecit Pierius pertinent tantum ad librum I. Textum Graecum et versionem latinam expressit Merceri, lectionum diversitate ad marginem adnotata.

Hieroglyphica Pierii, in quibus Horapollo saepe citatur atque emendatur, prodierunt quoque Basileae 1556. in folio; iterum 1575. a Coelio Augustino illustrata per Lud. Guarin. in fol. — Cum aliis operibus et adnotationibus ad marginem, Lugd. 1610. in 8°. Gallice versa, Lugduni. 1615. f°. et Italice quoque Venetiis 1625. (Cf. Morhofii *Polyh.* l. c. pag. 725. et Fabric. *Bibl. Gr.* Harlesii l. c. pag. 103.)

X. *De Symbolica Aegyptiorum Sapientia*, auctore P. Nicolao Caussino Trecensi, e societate Jesu. Paris. sumtibus Romani de Beauvais. 1618. in 4°. Coloniae. 1631. in 8°. (Conf. Morhofii *Polyh. Lit.* l. c. pag. 724, in fine.) et postea Paris. 1634. in 8°. Iterum prodiit, 1647. in 4°.

(Conf. *Catalogus Bibl. Barberin.* pag. 547.) In hoc opere Horapollinis *Hieroglyphica* edidit secundum editionem Hoeschelii, ita tamen ut obscoena omiserit; addidit porro versionem Merceri, et adnotationes utilissimas.

XI. Horapollinis *Hieroglyphica* Graece et Latine, cum integris observationibus et notis Joann. Merceri, et David. Hoeschelii, et selectis Nicolai Caussini, curante Joanne Cornelio de Pauw, qui suas etiam observationes addidit. Trajecti ad Rhenum, apud Melch. Leonard. Charlois. 1727. 4°.

Textum Graecum, quem secundum editionem Hoeschelii, curavit de Pauw, et cui addidit versionem Merceri, sequuntur diversae lectiones editionis Aldinae, Merceri, Codicis Morelliani et Augustani; tum adnotationes Merceri, quas magno lectoris incommodo, ad paginas, reliquas vero omnes ad capita ordinavit; deinde Hoeschelii adnotationes, tum Caussini eae, quae ad rem aliquanto propius pertinent; quibus adjunxit tandem suas quoque observationes. Nullum tamen novum Codicem consuluit; et quamvis multa utilissima, et acumen atque ingenium editoris testantia, adnotationibus Pauwii contineantur, in multis tamen nimis audacter, et nimia festinatione

egit, saepe quoque de viris doctissimis acerbius quam par erat locutus; quam ob rem reprehenditur in *Actis Eruditorum Lipsiensibus*, anni 1727. pag. 505. seq., ubi censura editionis ejus exstat. — Amplius vero, sed acerbius quoque, recensetur a Cl. D'Orville in *Critica Vanno*, *in Inanes Joannis Cornelii Pavonis Paleas*. Amstelaedami apud Janss-Waesbergios. 1737. pag. 543. seq. cap. XI. Sed nimio, ut videtur, Cl. D'Orville odio adversus Pauwium ductus fuit, quam ut sine cautione omnia quae de eo dixerit admittamus. — Clericus quoque in *Bibliotheca Veteri et Nova* (*), Tom. XXVII. pag. 115. sqq. censuram, sive potius analysin edidit editionis Pauwii; in qua eum maxime laudavit; quam vero addidit ἐπίκρισιν de Aegyptiorum Hieroglyphicis, melius fortasse omisisset.

Atque hae quidem sunt editiones, quarum mentionem inveni; plurimae nominantur in Fabricii *Bibl. Gr.* ed. Harlesio ll. cc. — Ad versiones etiam pertinent:

Heyden Weldt, und irer Götter anfangklicher ursprung. cet. aus viler glerter Männer schriften zusammengetragen. Diodori des Siciliers sech Bücher cet. Dictys des Candioten *Wharhaffte Beschreibung vom Trojanischen Krieg.* cet. Hori, eins vor dreytausend jaren in Aegypten Künigs und Priesters *Gebildte Waarzeichen*, durch wölliche vor erfundenen Buchstaben, alle heymlicheyt der geystlichen und Weldtgelerten zu verston geben, auch anzeigt werden. *Planeten Tafeln.* cet. Als mit entworffnen Bildungen gar lustig durchziert: Durch Joh. Herold beschrieben, und inns teutsch zusammen gebracht. Getruckt zu Basel durch Henrichum Petri. im Mertzen. 1554. F°.

Cf. Goetzii *Memor. Bibl. Dresd.* Vol. II. fasc. V. pag. 405. Fabricius Harlesii pag. 104. Schweigerus in *Enchiridio Bibliographiae Classicae* (†) et *Hoffmann.* l. l.

(*) *Bibliothèque Anc. et Moderne.*

(†) *Handbuch der Class. Bibliographie.*

Oro Apolline Niliaco, *delli segni Hieroglyphici*, cioè delle significazioni di Scolture sacre appresso gli Egittii. Tradotto in lingua volgare per M. Pietro Vasolli da Fivizzano. in Venegia, appresso Gabriel Giolito de Ferrari. 1548. 8°.

Vid. Paitoni *Bibliotheca Scriptorum Veterum Editorum* (*) Tom. III. pag. 42. Dedicationem autem Vasolli scripsit et signavit anno 1547, qua propter in nonnullis catalogis hic liber A_0. 1547. editus legitur. Cf. Crevenna *Catalogi* Vol. IV. pag. 224. Fabricius *Bibl. Gr.* l. c. pag. 104.

Les Sculptures ou Gravures Sacrées, traduites du Latin en Francais, avec des figures en bois. Paris 1543. 8°. et ibidem 1553. 12°.

Cf. Schweigerus in opere, quod laudavimus.

Fortasse hanc versionem edidit Gothofredus Thory sive Tory Bituricensis (Geufroy Thory ou Tory de Bourges en Berry); qui composuit librum inscriptum: *Le Champ fleury contenant l'art et science de la proportion des lettres attiques ou antiques et vulgairement appellées lettres Romaines proportionnées selon le corps et visage humain; imprimé a Paris par luy mesme l'an 1529 in 4°. et depuis in 8°.* eundemque *Hieroglyphica* Ori Apollinis vertisse, discimus ex *Bibliotheca* dom. a Cruce, quam supra citavimus, pag. 125.

Hieroglyphes dits d'Horapolle, ouvrage traduit du Grec. par M. Requier. Amsterdam et Paris. 1779. 12°. et iterum 1782. 12°. titulo novo.

Continet hoc opus versionem Gallicam Hieroglyphicorum, omissis minus honestis. Adnotationes vel ex Pauwii editione sunt translatae, vel spectant historiam naturalem. In calce libri, Requier addidit capita nonnulla Horapollinis Graece, ad suam mentem ope duorum Codicum Bibliothecae Regiae Parisiensis 2832. et 2992. restituta. Singulis his capitibus adjunxit interpretationem verbalem suam, et Latinam Merceri, praeterea observationes criticas de locis a Pauwio inutiliter reprehensis in versione latina Merceri, et de vitiis, ab eodem in ea non animadversis. Sunt autem capita haec: Libri I. 1, 3, 6, 7, 8, 14, 16, 20, 25, 35.

(*) Paitoni *Bibliotheca degli Autori Antichi Volgarizzati.*

Latine quoque vertisse se Hori *Hieroglyphica* ait Caelius Calcagninus, *Epistolicarum Quaestionum* Libro II. Ep. ad filium. pag. 18. in qua epistola compendium dedit totius operis. Versio autem haec numquam edita fuisse videtur, etsi Calcagnini *de Rebus Aegyptiacis Commentatio*, inter alia ipsius scripta edita est, Basileae. 1544. F°. (Cf. Fabricii *Bibl. Gr.* l. c. pag. 102.) (*).

(*) His demum impressis mihi innotuit Fr. Ritschelii, Prof. Vratislaviensis *de Oro et Orione* commentatio, Vratislaviae 1834. edita; quem librum alioquin citassem, ad pag. IX. — Neque ad pag. XXIII., ubi de Klaprothi et Goulianoff *hieroglyphicis acrologicis* agitur, omittenda fuerant quae leguntur in praefatione operis, cui titulus: *Aperçu sur les Hiéroglyphes d'Égypte, et les progrès faits jusqu'à présent, dans leurs déchiffrement, par M. Brown, traduit de l'Anglais.* Paris et Leipsig. 1827. pag. VIII, seq. » L'auteur Anglais a cru ne pas devoir » parler de la découverte des *hiéroglyphes acrologiques* annoncés par le » *chevalier Goulianof*, découverte, que nous ne connoissons, en effet, » que par la lettre adressée par M. Klaproth à ce savant. Le ton iro» nique qui règne dans cet écrit nous fait croire que l'auteur a plutôt » voulu plaisanter son correspondant, que montrer une franche adhe» sion à ce système burlesque, qui ne repose que sur les explications » hiéroglyphiques données par Horus Apollon, tandis que jusqu'à présent, » on n'a rien découvert sur les monumens qui en constate la réalité, » ou qui ressemble à une acrologie. Que penser d'ailleurs d'un système » d'écriture d'après lequel ou pourrait désigner un *dieu* par un *diable*, » et exprimer l'idée de *nature* par un *nain*, un *nez*, ou une *nèfle*."

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΝΕΙΛΩΟΥ
ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΑ

ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτίᾳ φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

α΄. Πῶς αἰῶνα σημαίνουσι.

Αἰῶνα σημαίνοντες, ἥλιον καὶ σελήνην γράφουσι, διὰ τὸ αἰώνια εἶναι στοιχεῖα· αἰῶνα δ' ἑτέρως γράψαι βουλόμενοι, ὄφιν ζωγραφοῦσιν, ἔχοντα τὴν οὐρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ] Codd. Laurent. Med. 8 et 27, Vaticanus, Paris. C, Radulphianus, Lugdunensis, Morellianus, Latinus Vindobon. et Paris. A in margine, legunt *ΩΡΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ*, et sic quoque editores, praeter Hoesch. Caus. et de Pauw. Vid. prooem.

ΝΕΙΛΩΟΥ] Cod. Morell. *ΝΕΙΛΙΑΚΟΥ*.

Αἰγυπτίᾳ φωνῇ] Cod. Paris. C. *Αἰγυπτία φωνῆ* sine ι subscripto.

Cap. I, in tit. pro *σημαίνουσι*, Cod. Paris. C et Aldus, *σημαίνει*. Par. A. titulum sic exhibet: *Αἰων, ἐν ᾧ καὶ περὶ βασιλίσκου.*

HORAPOLLINIS NILOI
HIEROGLYPHICA,

QUAE PRODIDIT QUIDEM IPSE AEGYPTIO SERMONE, VERTIT VERO PHILIPPUS IN GRAECAM LINGUAM.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I. *Quomodo aevum significent.*

Aevum significantes solem et lunam pingunt, quod aeterna sint elementa. Aevum vero aliter pingere volentes serpentem pingunt, haben-

κρυπτομένην, ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι Οὐραῖον, ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ βασιλίσκον, ὅνπερ χρυσοῦν ποιοῦντες, θεοῖς περιτιθέασιν· αἰῶνα δὲ λέγουσιν Αἰγύπτιοι διὰ τοῦδε τοῦ ζώου δηλοῦσθαι, ἐπειδὴ τριῶν γενῶν ὀφέων καθεστώτων, τὰ μὲν λοιπὰ θνητὰ ὑπάρχει, τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον· ὃ καὶ προσφυσῆσαν ἑτέρῳ παντὶ ζώῳ, δίχα καὶ τοῦ δακεῖν, ἀναιρεῖ· ὅθεν ἐπειδὴ δοκεῖ ζωῆς καὶ θανάτου κυριεύειν, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιτιθέασιν.

β'. *Πῶς κόσμον.*

Κόσμον βουλόμενοι γράψαι, ὄφιν ζωγραφοῦσι τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐρὰν, ἐστιγμένον φολίσι ποικίλαις· διὰ μὲν τῶν

Cap. I. *Οὐραῖον*] Cod. Morell. *οὐβαῖον.*
χρυσοῦν ποιοῦντες] Ald. *χρυσὸν ποιοῦντες.*
περιτιθέασιν] de Pauw et Requier corrigunt *παρατιθέασιν.* Merc. vertit, *circumponunt.*
δηλοῦσθαι] abest in Codd. Pariss. A et B.
τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον] de Pauw et Requier corrigunt, *μόνον οὐκ ἀθάνατον.*
δίχα καὶ τοῦ δακεῖν] Ald. *καὶ* omittit.
Cap. II. titulum Cod. Par. A. sic habet: *κόσμος ἐν ᾧ περὶ ὄφεως.*

tem caudam sub reliquo corpore tectam, quem vocant Aegyptii URAEUM, quod Graece significat Basiliscum, quem aureum facientes diis imponunt; aevum vero dicunt Aegyptii hoc animali indicari, quoniam, quum tria genera serpentium sint, reliqua mortalia sint, hoc vero solum immortale, quod etiam afflans alteri cuicumque animali, sine morsu occidat; unde, quoniam videtur vitae et necis potestatem habere, propterea ipsum capiti Deorum imponunt.

Caput II. *Quomodo mundum.*

Mundum volentes scribere, serpentem pingunt suam comedentem caudam, distinctum squamis variis; per squamas quidem aenigmatice signi-

φολίδων αἰνιττόμενοι τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἀστέρας· βαρύτατον δὲ τὸ ζῶον, καθάπερ καὶ ἡ γῆ, λειότατον δὲ, ὥςπερ ὕδωρ· καθ᾽ ἕκαστον δὲ ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς, ἀποδύεται· καθ᾽ ὃ καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ ἐνιαύσιος χρόνος ἐναλλαγὴν ποιούμενος, νεάζει· τὸ δὲ ὡς τροφῇ χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι σημαίνει, τὸ πάντα ὅσα ἐκ τῆς θείας προνοίας ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται, ταῦτα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὑτὰ λαμβάνειν·

γ΄. Πῶς ἐνιαυτόν.

Ἐνιαυτὸν δὲ βουλόμενοι δηλῶσαι, Ἶσιν, τουτέστι γυναῖκα, ζωγραφοῦσιν· τῷ δὲ αὐτῷ καὶ τὴν θεὸν σημαίνουσιν. Ἶσις δὲ παρ᾽ αὐτοῖς ἐστὶν ἀστὴρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις,

γῆρας ἀφεὶς] Ald. γῆρα ἀφεὶς.
καθ᾽ ὃ καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ] Codd. Pariss. A, B. καὶ ὁ καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ.
εἰς αὐτὰ] Codices et editiones εἰς αὐτόν; de Pauw corrigit, εἰς αὐτὸ vel εἰς αὑτά.

Cap. III, in titulo, Cod. Paris. A. ἐνιαυτὸς ἐν ᾧ περὶ Ἴσιδος.
ἐνιαυτὸν δὲ.] In Cod. Morell. abest δέ.
ζωγραφοῦσιν· τῷ δὲ αὐτῷ καὶ] Paris. C. ζωγραφοῦσι· τῶ δὲ αὐτῶ καὶ, omisso ι subscripto.
καλούμενος] Paris. A. καλούμενον.

ficantes stellas in mundo; gravisimum autem est animal, veluti et terra, et maxime lubricum, veluti aqua. Quovis autem anno senium demittens exuit; veluti et in mundo annuum tempus, immutatione facta, renovatur. Quod vero, veluti cibo, suo utatur corpore, significat hoc, omnia, quae ex divina providentia in mundo gignantur, ea rursus et imminutionem in se ipsa accipere.

Caput III. *Quomodo annum.*

Annum autem volentes indicare, Isin, id est mulierem pingunt; eodem autem modo Deam significant. Isis autem apud ipsos est sidus, Aegyptiace dictum sothis, Graece vero Astrocyon, quod et videtur

Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροκύων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ὁτὲ μὲν μείζων, ὁτὲ δὲ ἥσσων ἀνατέλλων, καὶ ὁτὲ μὲν λαμπρότερος, ὁτὲ δὲ, οὐχ οὕτως· ἔτι δὲ καὶ διότι, κατὰ τὴν τούτου τοῦ ἄστρου ἀνατολὴν, σημειούμεθα περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι, διόπερ οὐκ ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν Ἶσιν λέγουσιν· καὶ ἑτέρως δὲ ἐνιαυτὸν γράφοντες, φοίνικα ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ δένδρον τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων κατὰ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης, μίαν βάϊν γεννᾷν, ὡς ἐν δώδεκα βάϊσιν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι.

δ'. Πῶς μῆνα.

Μῆνα δὲ γράφοντες, βάϊν ζωγραφοῦσιν, ἢ σελήνην ἐπε-

Ἀστροκύων] Cod. Paris. C. Ald. *Ἀστρομύων;* fortasse legend. *Ἄστρον κυνὸς* vel *ἄστρον*, vel *κύων*. Vid. adnotatio.

ἀνατέλλων] fortasse legend. *ἐπιτέλλων*, nisi de toto signo canis accipere velimus; vid. adnot.

ὁτὲ δὲ ἥσσων] Cod. Paris. C. omittit *δέ*.

ὁτὲ δὲ, οὐχ οὕτως] Codd. Pariss. A. B, Morell. *ἐσθ' ὅτε οὐχ οὕτως*.

Pro *ἀνατολὴν* fortasse legend. *ἐπιτολὴν*, cf. adnotatio ad *ἀνατέλλων*.

πάντων τῶν-μελλόντων τελεῖσθαι] Merc. *quae toto anno peragenda sunt.*

λέγουσιν· καὶ ἑτέρως] Cod. Paris. C. *λέγουσι*.

διὰ τὸ δένδρον τοῦτο] Cod. Paris. C. *διὰ τό. τὸ δένδρον τοῦτο.*

τὴν ἀνατολὴν] Codd. Pariss. A, B. articulum omittunt.

Βάϊσιν[ita Cod. Paris. C. et Ald. probante de Pauw; reliqui *Βάεσιν*.

Cap. IV, in tit. Cod. Paris. A. *Μὴν ἐν ᾧ περὶ σελήνης.*

regnare inter reliqua sidera, nunc majus, nunc minus exoriens, et interdum fulgentius, interdum non ita. Praeterea et quia in hujus sideris exortu, observamus de omnibus quae toto anno accidant, propterea non sine ratione annum Isin appellant. Et aliter quoque annum scribentes, palmam pingunt, quod arbor haec sola ex reliquis, ad [*singulos*] lunae exortus, unum ramum procreet, ita ut duodecim ramorum productione annus perficiatur.

CAPUT IV. *Quomodo mensem.*

Mensem autem scribentes, ramum palmae pingunt, aut lunam deor-

ἐστραμμένην εἰς τὸ κάτω· βάϊν μὲν, τῆς προειρημένης ἐπὶ τοῦ φοίνικος αἰτίας χάριν· σελήνην δὲ ἐπεστραμμένην εἰς τὸ κάτω, ἐπειδή φασιν, ἐν τῇ ἀνατολῇ πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν, πρὸς τὸ ἄνω τοῖς κέρασιν ἐσχηματίσθαι· ἐν δὲ τῇ ἀποκρούσει, τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν πληρώσασαν, εἰς τὸ κάτω τοῖς κέρασι νεύειν.

ε΄. Πῶς τὸ ἐνιστάμενον ἔτος.

Ἔτος τὸ ἐνιστάμενον γράφοντες, τέταρτον ἀρούρας γράφουσιν· ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα πηχῶν ἑκατόν· βουλόμενοί τε ἔτος εἰπεῖν, τέταρτον λέγουσιν, ἐπειδή φασι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς Σώθεως, μέχρι τῆς

ἐν τῇ ἀνατολῇ] fortasse legendum, ἐν τῇ αὐξήσει, vid. adnotatio.
πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν,]. sic Codd. Paris. A, Morell. et Aug. sed Paris. B, C. et editiones: πεντεκαίδεκα μοῖραι ὑπάρχουσι. Lectionem hic receptam, in adnotationibus probarunt Mercerus, Hoeschelius et de Pauw.
ἐσχηματίσθαι] Cod. Paris. A. ἐσχημάτισται, sed in marg. ἐσχηματίσθαι.
Cap. V, in titulo, Paris. A. Ἔτος, καὶ ὅτι μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα.
κατὰ τὴν ἀνατολὴν] fortasse legendum, κατὰ τῆς ἀνατολῆς, cf. adnot. Codd. Parr. A, B. omisso articulo, κατὰ ἀνατολήν.

sum conversam. Ramum quidem palmae, ob causam supra jam in palma dictam; lunam vero deorsum conversam, quoniam dicunt in exortu quando quindecim sit partium, sursum erectis cornibus apparere; decrescentem vero, quando numerum triginta dierum compleat, deorsum cornibus vergi.

Caput V. *Quomodo annum instantem.*

Annum instantem scribentes quartam [*partem*] arvi pingunt. Est autem mensura terrae arvum [ἡ ἄρουρα] cubitorum centum; et volentes annum dicere, quadrantem dicunt; quoniam dicunt ab [*uno*] exortu astri Sotheos, usque ad alterum exortum, quartam [*partem*] diei

ἄλλης ἀνατολῆς, τέταρτον ἡμέρας προςτίθεσθαι, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ Θεοῦ, τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, καὶ τετάρτου· ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδος περισσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι, τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει.

ς'. Τί δηλοῦσιν ἱέρακα γράφοντες.

Θεὸν βουλόμενοι σημῆναι, ἢ ὕψος, ἢ ταπείνωσιν, ἢ ὑπεροχήν, ἢ αἷμα, ἢ νίκην [ἢ Ἄρεα, ἢ Ἀφροδίτην] ἱέρακα ζωγραφοῦσι· Θεὸν μέν, διὰ τὸ πολύγονον εἶναι τὸ ζῶον, καὶ πολυχρόνιον· ἔτι γε μήν, ἐπεὶ καὶ δοκεῖ εἴδωλον ἡλίου ὑπάρχειν, παρὰ πάντα τὰ πετεινὰ πρὸς τὰς αὐτοῦ ἀκτῖνας ὀξυ-

προςτίθεσθαι] Ald. προτίθεσθαι.
τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, καὶ τετάρτου·] voces καὶ τετάρτου codices non habent, sed restituit Salmas: ad Solinum pag. 389. vid. adnot. Merc. vertit: *Enim vero dei Solis inquam annus trecentis sexaginta quinque diebus absolvitur.*
τὰ γὰρ] ita Codd. Parr. A, B, C. et Ald. Merc. Pierius; Reliqui vero τὰ δέ.
Cap. VI, in tit. Cod. Paris. A. Θεός· τὰ δι' ἱέρακος δηλούμενα.
[ἢ Ἄρεα, ἢ Ἀφροδίτην,] Mercerus haec verba in editione, cujus textum est secutus, non invenisse videtur, neque ea habent versiones Latinae; fortasse ex capite 8 errore huc sunt translata. Vid. adnot.

addi, ut sit annus Dei [*Solis*], trecentorum sexaginta quinque dierum, et quartae partis [*diei*]; quapropter et quovis quadriennio supervacuum diem computant Aegyptii, nam quatuor quadrantes diem efficiunt.

Caput VI. *Quid significent accipitrem pingentes.*

Deum volentes indicare, aut sublimitatem, aut humilitatem, aut praestantiam, aut sanguinem, aut victoriam, [aut Martem, aut Venerem] accipitrem pingunt. Deum quidem, quoniam foecundum sit illud animal atque longaevum; et praeterea quoniam et videatur simulacrum Solis esse;

ωποῦν· ἀφ᾽ οὗ καὶ οἱ ἰατροὶ πρὸς ἴασιν ὀφθαλμῶν τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ χρῶνται· ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον ὡς κύριον ὄντα ὁράσεως, ἔσθ᾽ ὅτε ἱερακόμορφον ζωγραφοῦσιν· ὕψος δὲ, ἐπεὶ τὰ μὲν ἕτερα ζῶα εἰς ὕψος πέτεσθαι προαιρούμενα, πλαγίως περιφέρεται, ἀδυνατοῦντα κατευθὺ χωρεῖν, μόνος δὲ ἱέραξ εἰς ὕψος κατευθὺ πέτεται· ταπείνωσιν δὲ, ἐπεὶ τὰ ἕτερα ζῶα οὐ κατὰ κάθετον πρὸς τοῦτο χωρεῖ, πλαγίως δὲ καταφέρεται, ἱέραξ δὲ κατευθὺ ἐπὶ τὸ ταπεινὸν τρέπεται· ὑπεροχὴν δὲ, ἐπειδὴ δοκεῖ πάντων τῶν πετεινῶν διαφέρειν· αἷμα δὲ, ἐπειδή φασι τοῦτο τὸ ζῶον, ὕδωρ μὴ πίνειν ἀλλὰ αἷμα· νίκην δὲ, ἐπειδὴ δοκεῖ τοῦτο τὸ ζῶον, πᾶν νικᾷν πετεινόν· ἐπειδὰν γὰρ ὑπὸ ἰσχυροτέρου ζώου καταδυναστεύηται, τὸ τηνι-

καὶ οἱ ἰατροὶ] Cod. Paris. A. omittit καί.
περιφέρεται] sic Codd. Aug. Pariss. A, B, C, Hoesch. et de Pauw; Ald. et reliqui, φέρεται; Cod. Morell. περιγράφεται.
ταπείνωσιν δὲ] Cod. Par. C. et Ald. ταπείνωσις δέ.
πρὸς τοῦτο χωρεῖ] Cod. Paris. C. et Aldus: χωρεῖ πρὸς τοῦτο, et sic Pierius et Caussinus.
ἐπειδή φασι] Cod. Morell. ἐπειδὴ δοκεῖ.
ἀλλὰ αἷμα] Cod. Paris C. ἀλλ᾽ αἷμα.

prae omnibus volucribus in ejus radios intentis oculis prospiciens; unde et medici ad sanationes oculorum hieracia herba utuntur; quapropter et Solem, ut dominum visus, nonnumquam accipitris forma pingunt; sublimitatem quidem, quoniam caetera animalia in sublime volare quum velint, oblique circumferantur, neque possint recta via [*in altum*] tendere; solus vero accipiter, in sublime recta via volet; humilitatem vero, quoniam reliqua animalia, non ad perpendiculum veluti hoc tendant, sed oblique deorsum ferantur, accipiter vero recta via, ad humilia vertatur; praestantiam vero, quoniam videatur omnibus avibus praestare; sanguinem vero, quod dicant hoc animal aquam non bibere sed sanguinem; victoriam vero, quoniam videatur hoc animal omnes vincere volucres; quando enim a robustiori animali opprimitur, tunc se

καῦτα ἑαυτὸν ὑπτιώσας ἐν τῷ ἀέρι, ὡς τοὺς μὲν ὄνυχας αὐτοῦ ἐν τῷ ἄνω ἐσχηματίσθαι, τὰ δὲ πτερὰ καὶ τὰ ὀπίσθια εἰς τὰ κάτω, τὴν μάχην ποιεῖται· οὕτω γὰρ τὸ ἀντιμαχόμενον αὐτῷ ζῶον, τὸ αὐτὸ ποιῆσαι ἀδυνατοῦν, εἰς ἧτταν ἔρχεται.

ζ'. Πῶς δηλοῦσι ψυχήν.

Ἔτι γε μὴν καὶ ἀντὶ ψυχῆς ὁ ἱέραξ τάσσεται, ἐκ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας· καλεῖται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ, βαιήθ· τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα διαιρεθὲν, ψυχὴν σημαίνει καὶ καρδίαν· ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαΐ, ψυχὴ, τὸ δὲ ἠθ, καρδία· ἡ δὲ καρδία κατ' Αἰγυπτίους ψυχῆς περίβολος, ὥςτε σημαίνειν τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνόματος, ψυχὴν ἐγκαρδίαν·

ἐν τῷ ἄνω] de Pauw corrigend. putat ἐς τὸ ἄνω.
εἰς τὰ κάτω] Aldus, Mercerus, Pierius habent εἰς τὸ κάτω.
τὸ ἀντιμαχώμενον] Aldus, Mercerus et Pierius articulum omittunt.
Cap. VII, in tit. Cod. Paris. A. Ψυχή.
σύνθεσιν] sic Codd. Aug. Morell. Paris. B; sed Paris. A. τὴν θέσιν. Paris. C et Aldus συνηθείαν.

ipsum resupinans in aere, ita ut unguibus sursum vertatur, alis vero et partibus posterioribus deorsum, pugnam instituit; sic enim adversans ipsi animal, idem facere quum non possit, ad cladem pervenit.

Caput VII. *Quomodo significent animum.*

Praeterea etiam pro animo accipiter ponitur ex nominis interpretatione; vocatur enim apud Aegyptios accipiter baieth, hoc vero nomen dissolutum significat animum et cor: est enim bai animus, eth vero cor; cor autem secundum Aegyptios est animi septum, ita ut significet compositio nominis, animum in corde. Unde etiam accipiter, propterea

ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ ἱέραξ διὰ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν, ὕδωρ οὐ πίνει τὸ καθόλου, ἀλλ᾽ αἷμα, ᾧ καὶ ἡ ψυχὴ τρέφεται.

η'. *Πῶς Ἄρεα καὶ Ἀφροδίτην.*

Ἄρεα δὲ γράφοντες καὶ Ἀφροδίτην, δύο ἱέρακας ζωγραφοῦσιν· ὧν τὸν ἄρσενα εἰκάζουσιν Ἄρεϊ, τὴν δὲ θήλειαν, Ἀφροδίτῃ· ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα θηλυκὰ ζῶα πρὸς πᾶσαν μίξιν τῷ ἀνδρὶ οὐχ ὑπακούει, καθάπερ ἱέραξ· τριακοντάκις γὰρ τῆς ἡμέρας βασανιζομένη, ἐπειδὴ ἀναχωρήσῃ, φωνηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἄρσενος, πάλιν ὑπακούει· διὸ καὶ πᾶσαν θήλειαν τῷ

ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ ἱέραξ διὰ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν.] Sic Cod. Morell. Merc. Pierius, et Causs. Aldus *ὁ ἱέραξ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθὲς* etc. Hoesch. ex Cod. Aug. *ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ ἱέραξ διὰ τὸ καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν*, et ita quoque Pariss. A, B; sed C. *ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ ἱέραξ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθῆ.*

ᾧ καὶ ἡ ψυχὴ] Cod. Morell. et Aldus *ὡς καὶ*, sed Merc. conjicit *ᾧ καὶ*, quod habent Pierius, Hoesch. Causs. de Pauw, et confirmarunt Codd. Pariss. A, B, C.

Cap. VIII, in titulo Cod. Paris A. *Ἄρης ἢ Ἀφροδίτη.*

Ἄρεα δὲ γράφοντες] priorem hanc partem Causs. in Ed. omisit, incipiens a secunda, omissis etiam *ἑτέρως δέ.*

μίξιν τῷ ἀνδρὶ] Cod. Paris. C. *μίξιν τοῦ ἀνδρός.*

ἀναχωρήσῃ] Cod. Paris C. *ἀναχωρηθεῖσα.*

quod cum animo conveniat, aquam non bibit omnino, sed sanguinem, quo et animus nutritur.

Caput VIII. *Quomodo Martem et Venerem.*

Martem vero scribentes et Venerem, duos accipitres pingunt quorum marem adsimulant Marti, foeminam Veneri; quoniam reliqua foeminina animalia ad omnem congressum mari non obediant, veluti accipiter, trigesies enim die compressa, postquam recesserit, vocata a mare, iterum obedit; propterea etiam omnem foeminam marito obedientem

ἀνδρὶ πειθομένην, Αἰγύπτιοι Ἀφροδίτην καλοῦσι, τὴν δὲ μὴ πειθομένην, οὐχ οὕτω προςαγορεύουσι· διὰ τοῦτο καὶ ἡλίῳ τὸν ἱέρακα ἀνέθεσαν· παραπλησίως γὰρ τῷ ἡλίῳ τὸν τριάκοντα ἀριθμὸν ἐν τῷ πλησιασμῷ τῆς θηλείας ἀποδίδωσιν.

Ἑτέρως δὲ τὸν Ἄρεα καὶ τὴν Ἀφροδίτην γράφοντες, δύο κορώνας ζωγραφοῦσιν, ὡς ἄνδρα καὶ γυναῖκα, ἐπεὶ τοῦτο τὸ ζῶον, δύο ὠὰ γεννᾷ, ἀφ᾽ ὧν ἄῤῥεν καὶ θῆλυ γεννᾶσθαι δεῖ· ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ, ὅπερ σπανίως γίνεται, δύο ἀρσενικὰ, ἢ δύο θηλυκὰ, τὰ ἀρσενικὰ τὰς θηλείας γαμήσαντα, οὐ μίσγεται ἑτέρᾳ κορώνῃ, οὐδὲ μὴν ἡ θήλεια ἑτέρᾳ κορώνῃ μέχρι θανάτου, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀποζυγέντα διατελεῖ· διὸ καὶ μιᾷ κορώνῃ συναντήσαντες, οἰωνίζονται οἱ ἄνθρωποι, ὡς χηρεύοντι συνηντηκότες ζώῳ· τῆς δὲ τοιαύτης αὐτῶν ὁμονοίας χάριν, μέχρι νῦν οἱ Ἕλληνες ἐν

δύο ὠὰ γεννᾷ] Cod. Paris. C. γεννᾶ, sine ι subscripto.
ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ] de Pauw legendum putat: ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ οὐκ etc. Cod. Paris. C. γεννήση sine ι subscripto.
ἡ θήλεια ἑτέρᾳ κορώνῃ] Ald. probantibus de Pauw, Pierio et Causs. ἡ θήλεια κορώνῃ ἑτέρᾳ. Paris. C. ἑτέρᾳ κορώνη, omisso ι sub η.
τὰ ἀποζυγέντα] Cod. Paris. Regius, secundum Requier, p. 306, omittit τά.
οἱ Ἕλληνες] Cod. Morell. οἱ omittit.
ἐκκορὶ. κορὶ. κορώνῃ] Cod. Aug. et Edd. ἐκκορὶ, κορὶ κορώνην. Codd. Morell. Paris A et B. κορώνη. Par. C. ἐκκορὶ, κορὶ. κορώνη λέγουσιν ἀγνο-

Aegyptii Venerem vocant, inobedientem vero non ita cognominant; ideo etiam soli accipitrem consecrarunt: eodem enim modo atque sol, tricenarium numerum in coitu foeminae implet.

Aliter vero Martem et Venerem scribentes duas cornices pingunt, marem et foeminam, quoniam hoc animal duo ova parit, ex quibus marem et foeminam nasci oportet; quando vero peperit, quod raro fit, duo mascula, aut duo foeminea, mares cum foeminis connubio juncti, non sese conjungunt cum alia cornice, neque quidem foemina cum alia cornice usque ad mortem, sed soli disjuncti degunt. Ideo et uni cornici quando occurrerint, augurium capiunt homines, quippe viduam vitam agenti obviam facti animali; et ob hanc ipsorum concordiam,

τοῖς γάμοις· ἐκκορί. κορί. κορώνη. λέγουσιν ἀγνοοῦντες.

θ'. Πῶς γάμον.

Γάμον δὲ δηλοῦντες, δύο κορώνας πάλιν ζωγραφοῦσι, τοῦ λεχθέντος χάριν.

ι'. Πῶς μονογενές.

Μονογενὲς δὲ δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα, κάνθαρον ζωγραφοῦσι· μονογενὲς μὲν ὅτι αὐτογενές ἐστι τὸ ζῶον, ὑπὸ θηλείας μὴ κυοφορούμενον· μόνη γὰρ γένεσις αὐτοῦ, τοιαύτη ἐστίν· ἐπειδὰν ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βοὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν

οῦντες. Causs. legend. putat: ἐκκόρει κόρη κορώνην. de Pauw: ἐκκόρει κόρε κορώνην. Merc. vertit: *Graeci — in nuptiis ignorantes verbum illud usurpare solent ἐκκορί, nimirum κορί cornicem appellantes.*
ἀγνοοῦντες] de Pauw mutandum putat εὐνοοῦντες.

Cap. IX, in tit. Cod. Paris. A. Γάμος.

Cap. X, in tit. Cod. Paris. A. Μονογενές.

μόνη γὰρ γένεσις αὐτοῦ τοιαύτηδ' ἐστίν] Ald. Merc. Causs. Pier. μόνου γάρ.
ὁ ἄρσην] Cod. Paris. C et Ald. ὁ ἄρσεν.
ὀπισθίων] Ald. ὀπιστίων.

hucusque Graeci in nuptiis: ecco ri. cori. corone. dicunt ignorantes.

Caput IX. *Quomodo Nuptias.*

Nuptias vero significantes duas cornices iterum pingunt, ob ea quae dicta sunt.

Caput X. *Quomodo ab uno genitum.*

Ab uno genitum vero significantes, aut generationem, aut patrem, aut mundum, aut virum, scarabaeum pingunt. Ab uno genitum quidem quod per se signatur animal, a foemina non in utero gestatum, nam generatio ejus ex uno [*parente*], talis est: quando mas vult prolem procreare, bovis fimum nactus, format pilae similem, instar mundi, figuram, quam ex posteriori-

κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει, ἵνα ἀποδῷ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα· αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀπηλιώτου εἰς λίβα φέρεται, ὁ δὲ τῶν ἀστέρων δρόμος, ἀπὸ λιβὸς εἰς ἀπηλιώτην· ταύτην οὖν τὴν σφαῖραν κατορύξας, εἰς γῆν κατατίθεται ἐπὶ ἡμέρας εικοσιοκτὼ, ἐν ὅσαις καὶ ἡ σελήνη ἡμέραις τὰ δώδεκα ζώδια κυκλεύει, ὑφ᾽ ἣν ἀπομένον, ζωογονεῖται τὸ τῶν κανθάρων γένος, τῇ ἐννάτῃ δὲ καὶ εἰκόστῃ ἡμέρᾳ ἀνοίξας τὴν σφαῖραν, εἰς ὕδωρ βάλλει (ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν νομίζει σύνοδον εἶναι σελήνης καὶ ἡλίου, ἔτι τε καὶ γένεσιν κόσμου) ἧς ἀνοιγομένης ἐν τῷ ὕδατι, ζῶα ἐξέρχεται, τουτέστιν οἱ κάνθαροι· γένεσιν δὲ, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν· πατέρα δὲ, ὅτι ἐκ μόνου πατρὸς τὴν γένεσιν ἔχει ὁ κάνθαρος· κόσμον δὲ; ἐπειδὴ κοσμοειδῆ τὴν γένεσιν ποιεῖται· ἄνδρα δὲ, ἐπειδὴ θηλυκὸν γένος αὐ-

ἐν ὅσαις καὶ ἡ σελήνη ἡμέραις] Cod. Paris. C. *καὶ ἡ σελήνης ἡμέρα*.
τῇ ἐννάτῃ δὲ καὶ εἰκόστῃ] Codd. Morell. et Aug. *τῇ ἐννάτῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ*, vitiosam lectionem correxit Merc. ejusque correctionem confirmarunt Codd. Pariss. A, B et C.
ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν] Ald. *ταύτῃ γὰρ τὴν ἡμέραν*, quod etiam mutavit Merc.
γένεσιν δὲ] Paris. C. *γένεσις δὲ*, Aldus. *γενέσεως δέ*.
ἔχει ὁ κάνθαρος] Paris. C. *κάνθαρης*.

bus partibus volvens ab ortu ad occasum, ipse versus ortum spectat ut efficiat mundi figuram; ipse enim [*mundus*] a subsolano ad Africum fertur, astrorum vero cursus ab Africo ad subsolanum: hanc igitur pilam defodiens, in terram deponit in dies viginti et octo, in quibus etiam luna diebus duodecim signa Zodiaci ambit, sub qua permanens, generatur scarabaeorum genus; nono vero et vigesimo die aperiens pilam in aquam projicit (hunc enim diem putat conjunctionis esse lunae et solis, et praeterea generationis mundi) qua aperta in aqua, animalia exeunt, nempe scarabaei; generationem vero, ob ante dictam causam; patrem vero, quod ex solo patre originem habeat scarabaeus; mundum vero, quoniam mundo similem generationem faciat; virum vero, quia

τοῖς οὐ γίνεται· εἰσὶ δὲ καὶ κανθάρων ἰδέαι τρεῖς· πρώτη μὲν, αἰλουρόμορφος, καὶ ἀκτινωτὴ, ἥνπερ καὶ ἡλίῳ ἀνέθεσαν διὰ τὸ σύμβολον· φασὶ γὰρ τὸν ἄῤῥενα αἴλουρον, συμμεταβάλλειν τὰς κόρας τοῖς τοῦ ἡλίου δρόμοις· ὑπεκτείνονται μὲν γὰρ κατὰ πρωῒ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἀνατολὴν, στρογγυλοειδεῖς δὲ γίγνονται κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, ἀμαυρότεραι δὲ φαίνονται, δύνειν μέλλοντος τοῦ ἡλίου, ὅθεν καὶ τὸ ἐν Ἡλίου πόλει ξόανον τοῦ θεοῦ αἰλουρόμορφον ὑπάρχει· ἔχει δὲ πᾶς κάνθαρος καὶ δακτύλους τριάκοντα, διὰ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν τοῦ μηνὸς, ἐν αἷς ὁ ἥλιος ἀνατέλλων, τὸν ἑαυτοῦ ποιεῖται δρόμον· δευτέρα δὲ γενεὰ, ἡ δίκερως καὶ ταυροειδὴς, ἥτις καὶ τῇ Σελήνῃ καθιερώθη, ἀφ' οὗ καὶ τὸν οὐράνιον ταῦρον, ὕψωμα τῆς θεοῦ ταύτης

στρογγυλοειδεῖς δὲ γίγνονται] Paris. C et Ald. στρογγυλοειδὴς δὲ γίνεται.

ἔχει δὲ πᾶς κάνθαρος] de Pauw corrigendum putat: ἔχει δὲ πᾶς οὗτος κάνθαρος, aut ἔχει δὲ οὗτος κάνθαρος. Cod. Paris. C, ut supra, κάνθαρης.

διὰ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν] Sic Cod. Par. C, Ald. Merc. Causs. Pierius. Reliqui vero ex Cod. Morell. διὰ τὴν τριακονταήμερον, quod habent quoque Pariss. A, B.

ἡ δίκερως] Ald. ἡ δίκερα.

τὸν οὐράνιον ταῦρον] ita Codd. praeter Par. C. τὸν οὐρανὸν, habentem. Aldus et reliqui, τὸν ἐν οὐρανῷ ταῦρον.

foemineum genus ipsis non nascatur. Sunt vero et scarabaeorum species tres: prima quidem felis formam habens, et radiata, quam et soli dicarunt ob symbolum; dicunt enim marem felem commutare pupillas secundum solis cursum: nam extenduntur quidem mane ad Dei ortum, rotundae vero fiunt medio die, minores vero videntur sole occasuro; quam ob rem etiam Heliopoli statua Dei felis formam habet; habet autem quivis scarabaeus etiam digitos triginta, propter triginta dies mensis, quibus sol exoriens suum cursum perficit; secunda vero species, bicornis est, et tauri formam habens, quae etiam lunae consecrata est, unde etiam coelestem taurum, elevationem Deae hujus esse dicunt filii

λέγουσιν εἶναι παῖδες Αἰγυπτίων· τρίτη δὲ, ἡ μονοκερὼς καὶ ἰδιόμορφος, ἣν Ἑρμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν, καθὰ καὶ ἶβις τὸ ὄρνεον.

ια'. Τί γῦπα γράφοντες δηλοῦσι.

Μητέρα δὲ γράφοντες, ἢ βλέψιν, ἢ ὅριον, ἢ πρόγνωσιν, ἢ ἐνιαυτὸν, ἢ οὐρανίαν, ἢ ἐλεήμονα, ἢ Ἀθηνᾶν, ἢ Ἥραν, ἢ δραχμὰς δύο, γῦπα ζωγραφοῦσι· μητέρα μὲν, ἐπειδὴ ἄῤῥεν ἐν τούτῳ τῷ γένει τῶν ζώων οὐχ ὑπάρχει· ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν γίνεται τρόπῳ τοιῷδε· ὅταν ὀργώσῃ πρὸς σύλληψιν ἡ γὺψ, τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν ἄνεμον, ὑπὸ τούτου ὀχεύεται ἐπὶ ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς οὔτε

ἰδιόμορφος] Cuperus *in Harpocr.* et de Pauw corrigend. putant ἰβιόμορφος.
Ἑρμῇ] Paris. C. Ἑρμεῖ.

Cap. XI, in tit. Cod. Paris. A, Μητήρ· ἐν ᾧ καὶ περὶ γυπῶν γενέσεως· ὅσα διὰ γυπός.
ὅταν ὀργάσῃ] Ita Codd. Pariss. A et B; sed C. Ald. Merc. (in prima ed.) et Pier. ὀργύσῃ. Pierius aliam etiam memoravit lectionem ὀργάζῃ. Codd. Morell. et Aug. ὀργώσῃ habentes, sequuntur editores.
πρὸς βορέαν ἄνεμον] Ald. ἄνελκον, de Pauw conjicit: πρὸς βορέαν ἀνέλκουσα ὑπὸ, cet.
ἐπὶ ἡμέρας πέντε] ita Codd. Aug. et Pariss. tres; reliqui et editores ἐπὶ ἡμέραις πέντε.

Aegyptiorum; tertia vero unicornis est, et peculiarem formam habet, quam ad Mercurium referri putarunt, veluti etiam Ibis avis [*Mercurio Sacra est*].

CAPUT XI. *Quid Vulturem pingentes significent.*

Matrem vero scribentes, aut visum, aut terminum, aut futurorum cognitionem, aut annum, aut coelum, aut misericordem, aut Minervam aut Junonem, aut drachmas duas, vulturem pingunt. Matrem quidem quoniam mas in hoc genere animalium non sit; procreatio autem eorum fit modo hocce: quando subaverit ad conceptum vultur, vulvam suam aperiens ad Boream ventum, ab hoc initur per dies quinque, quibus

βρωτοῦ οὔτε ποτοῦ μεταλαμβάνει ποθοῦσα παιδοποιΐαν· ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη ὀρνέων, ἃ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνει, ὧν τὰ ὠὰ πρὸς βρῶσιν αὐτὸ μόνον, οὐκέτι δὲ πρὸς ζωογονίαν ἐστὶ χρήσιμα, γυπῶν δὲ ὑπηνέμιον ποιουμένων τὴν ὀχείαν, ἡ τῶν ὠῶν γένεσις ζωογονεῖται· βλέψιν δὲ, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ζώων ἁπάντων ὀξυωπέστερον ὁρᾷ ἡ γὺψ, ἐν μὲν ἀνατολῇ τοῦ ἡλίου ὄντος, πρὸς δύσιν βλέπουσα, ἐν δύσει δὲ τοῦ θεοῦ ὑπάρχοντος, πρὸς ἀνατολὴν, ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος

βρωτοῦ] Ald. βροτοῦ.

ποθοῦσα παιδοποιΐαν] Ald. ποιοῦσα, ita quoque Cod. Paris. C. sed θ a secunda manu superscripto, ita tamen ut ι subtus appareat.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη ὀρνέων] Ald. Merc. γένη γυπῶν. Codd. Morell. Aug. et Pariss. tres: ὀρνέων, quam lectionem probantes Pierius, Hoesch. et de Pauw, in textum tamen non receperunt. Merc. totum locum ita vertit: *Sunt porro et alia vulturum genera, quae ex vento concipiunt quidem, sed quorum ova ad esum duntaxat, non item ad foetum suscipiendum sunt accommodata. At eorum vulturum, quorum non est subventaneus duntaxat et inefficax coitus, ova ad gignendum, tollendamque sobolem sunt inprimis idonea.*

ἃ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνει] Ald. συλλαμβάνονται, Paris. C. συλλαμβάνεται, ε tamen a secunda manu erasum vix legitur, in ejusque locum venit compendium syllabae ον.

πρὸς βρῶσιν αὐτὸ μόνον] Ald. αὐτῶν.

ἐν μὲν ἀνατολῇ] Cod. Morell. ἐν τῇ ἀνατολῇ.

ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος πορίζομένη] de Pauw corrigendum putat καὶ ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος χωριζομένη, conf. adnot.

neque cibum neque potum capit, desiderans foetûs procreationem; sunt vero etiam alia genera avium, quae ex vento concipiunt, quarum ova ad edendum tantummodo, non etiam ad foetus procreationem sunt utilia, vulturum vero, qui cum vento coeunt, ovorum generatio viva animalia producit. Visum vero, quoniam reliquorum animalium omnium acutissime videat vultur, oriente sole ad occasum spectans, occidente vero Deo, ad ortum, ex satis magna distantia comparans sibi ad usum

πορίζομένη τὰ πρὸς χρῆσιν αὐτῇ βρώσιμα· ὅριον δὲ, διότι πολέμου μέλλοντος τελειοῦσθαι, τὸν τόπον ὁρίζει, ἐν ᾧ μέλλει ὁ πόλεμος γίνεσθαι, πρὸ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐπ' αὐτὸν παραγινομένη· πρόγνωσιν δὲ, διά τε τὰ προειρημένα, καὶ ὅτι πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένους καὶ ἡττομένους βλέπει, ταμιευομένη τὴν ἑαυτῆς ἐκ τῶν πτωμάτων τροφὴν, παρ' ὃ καὶ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, κατασκόπους ἔπεμπον σκεπτόμενοι κατὰ ποῖον τοῦ πολέμου αἱ γῦπες βλέπουσι μέρος, ἐντεῦθεν σημειούμενοι τοὺς ἡττωμένους· ἐνιαυτὸν δὲ, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ ζώῳ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας τοῦ ἔτους διαιρεῖσθαι, ἐν αἷς ὁ ἐνιαύσιος ἐκτελεῖται χρόνος· ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγκυος μένει, καὶ τὰς ἴσας τοὺς νεοσσοὺς ἐκτρέφει, ταῖς δὲ λειπούσαις ἑκατὸν εἴκοσι, τὴν ἑαυτῆς ἐπι-

πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένας καὶ ἡττωμένους] Cod. Morell. σφαζομένη, omissis καὶ ἡττωμένους. Cod. Paris. A. πρόγνωσιν δὲ, ἢ τῆς προειρημένης αἰτίας χάριν ἢ ὅτι.... πυκτίδα γινομένη, ἢ ἐν ἄγρᾳ πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένους, etc. Paris. B. πρόγνωσιν δὲ, ἢ τοῖς προειρημένοις χάριν.... πι πυκτίδα γιγνομένη, ἢ ἐν ἄγρᾳ πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένους, cet.
ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγκυος μένει] Ald. ἔγγειος μένει, Cod. Par. C. εἴκοσι.
ταῖς δὲ λειπούσαις ἑκατὸν εἴκοσι Ald. εἴκοσι omittit.

suum edulia; terminum vero, quod quum bellum conficiatur, locum determinet ubi proelium futurum sit, ante septem dies eo accedens; futurorum cognitionem vero, ob ea quae jam ante dicta sunt, et quod versus eam partem unde plurimi mactentur et vincantur, spectet, sibi secernens suum ex cadaveribus alimentum, unde et prisci reges, exploratores mittebant scire cupientes, ad quamnam pugnae partem vultures spectarent [et], inde conjicientes qui vincerentur; annum vero, quoniam ab hoc animali trecenti sexaginta quinque dies anni distribuantur, quibus annuum perficiatur tempus; centum enim viginti dies praegnans manet, et per totidem pullos enutrit, reliquis vero centum viginti

μέλειαν ποιεῖται, μήτε κυοφοροῦσα, μήτε τρέφουσα, παρασκευάζουσα δὲ ἑαυτὴν εἰς ἑτέραν σύλληψιν, τὰς δὲ λοιπὰς πέντε τοῦ ἔτους ἡμέρας, ὡς ἤδη προεῖπον, εἰς τὴν τοῦ ἀνέμου ὀχείαν καταναλίσκει· ἐλεήμονα δὲ, ὅπερ δοκεῖ παρά τισιν ἐναντιώτατον ὑπάρχειν, ἐπεὶ τοῦτο τὸ ζῶον πάντα ἀναιρεῖ· ἠναγκάσθησαν δὲ τοῦτο γράψαι, ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἑκατὸν εἴκοσι ἡμέραις, ἐν αἷς τὰ ἑαυτῆς ἐκτρέφει τέκνα, ἐπὶ πλεῖον οὐ πέτεται, περὶ δὲ τοὺς νεοσσοὺς καὶ τὴν τούτων τροφὴν ἀσχολεῖται, ἐν αἷς ἀπορήσασα τροφῆς, ἣν παράσχηται τοῖς νηπίοις, τὸν ἑαυτῆς μηρὸν ἀνατεμοῦσα, παρέχει τοῖς τέκνοις τοῦ αἵματος μεταλαμβάνειν, ὡς μὴ ἀπορήσαντα τροφῆς ἀναιρεθῆναι· Ἀθηνᾶν δὲ καὶ Ἥραν, ἐπειδὴ δοκεῖ παρ᾽ Αἰγυπτίοις, Ἀθηνᾶ μὲν τὸ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ ἡμισφαίριον ἀπειληφέναι, τὸ δὲ κάτω, Ἥρα· ὅθεν καὶ ἄτοπον ἡγοῦνται ἀρσενικῶς δηλοῦν τὸν οὐρανὸν, θηλυ-

ἐν ταῖς ἑκατὸν εἴκοσι ἡμέραις] Ald. omittit εἴκοσι. ita quoque Cod. Paris C. ὅθεν καὶ ἄτοπον ἡγοῦνται cet: usque ad ὅπέρ ἐστι θηλείας ἔργον] totam hanc sententiam in editione sua Caussinus omisit. Apud Aldum non inveniuntur θηλυκῶς μέντοι τὴν οὐρανὸν, quae Hoesch. uncis inclusit. Mercerus legit θηλυκῶς δὲ τὴν οὐρανόν.

sui curam gerit, neque praegnans, neque pullos alens, parans vero se ad alium conceptum, caeteros quinque anni dies, prouti jam ante dixi, in venti conceptionem absumit; misericordem vero, quod videtur nonnullis alienissimum esse, quoniam hoc animal omnia occidat; impulsi sunt vero, ut hoc [*vulture picto*] significarent, quandoquidem in centum viginti diebus, in quibus suos enutriat, longius non evolet, sed occupetur pullis et eorum nutritione, in quibus, carens cibo, quem praebeat pullis, suum femur dissecans, praebeat pullis sanguinem bibendum, ne carentes cibo moriantur. Minervam vero et Junonem, quoniam videtur Aegyptiis Minerva quidem superius coeli dimidium accepisse gubernandum, inferius Juno; unde et absurdum putant masculino genere indicare coelum, τὸν οὐρανὸν, foeminine vero τὴν οὐρανὸν, quia et

*κῶς δὲ μέντοι τὴν οὐρανὸν, διότι καὶ ἡ γένεσις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐν αὐτῷ ἀποτελεῖται, ὅπερ ἐστὶ θηλείας ἔργον· καὶ τὸ τῶν γυπῶν δὲ, ὡς προεῖπον, γένος, θηλειῶν ἐστι γένος μόνον· δι᾽ ἣν αἰτίαν καὶ παντὶ θηλυκῷ ζωδίῳ οἱ Αἰγύπτιοι γῦπα ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν, ἀφ᾽ οὗ καὶ πᾶσαν θεὰν, ἵνα μὴ περὶ ἑκάστης γράφων, μηκύνω τὸν λόγον, * Αἰγύπτιοι μητέρα οὖν θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσι, μήτηρ γάρ ἐστι θηλυκοῦ ζώου· Οὐρανίαν δὲ, οὐ γὰρ ἀρέσκει αὐτοῖς τὸν οὐρανὸν λέγειν, καθὼς προεῖπον, ἐπεὶ τούτων ἡ γένεσις ἐκεῖθέν ἐστι· δραχμὰς δὲ δύο, διότι παρ᾽ Αἰγυπτίοις μονάς ἐστιν αἱ δύο*

θηλειῶν ἐστι γένος μόνον] Cod. Paris. A. *μόνων*.
θηλυκῷ ζωδίῳ] Merc. vertit: *cuivis foeminei sexus animanti.*
γῦπα ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν] Merc. vertit: *vulturem ut in eo sexu principem ac primarium apponunt.*
*μηκύνω τὸν λόγον**] Excepto Cod. Paris. A, in quo nullum lacunae indicium, MMSS. et edd. hic lacunam indicant. Merc. supplet *δηλοῦσιν*, et vertit: *ex quo deam omnem — significant Aegyptii.* Hoesch. *σημαίνοντες τὴν γῦπα γράφουσιν.* De Pauw nihil deësse putat, sed conjicit non esse distinguendum post *Αἰγύπτιοι*, et pro *μητέρα οὖν* esse legendum *μητέρα οὖσαν.*
μήτηρ γάρ ἐστι θηλυκοῦ ζώου] Merc. vertit: *est enim mater foemineae naturae.*
ἐπεὶ τούτων ἡ γένεσις] De Pauw legendum putat *τοιούτων*.
δραχμὰς δὲ δύο] Ald. *δραχμαί*.

generatio solis et lunae et reliquorum astrorum in ipso perfecta sit, qui est foeminae actus; et vulturum, ut ante dixi, genus, foemineum est genus tantum, quam ob causam etiam omni foemineae imagini Aegyptii vulturem ut regium insigne imponunt; unde et omnem Deam, ne de singulis dicens, producam orationem, * Aegyptii matrem igitur volentes indicare, vulturem pingunt, mater enim est foemineorum animalium; Deam vero coeli [*οὐρανίαν*], (non enim placet ipsis coelum *τὸν οὐρανὸν* dicere, prouti ante dixi) quoniam horum generatio inde sit; drachmas vero duas, quod apud Aegyptios unitas est duae drachmae,

δραχμαὶ, μονὰς δὲ, παντὸς ἀριθμοῦ γένεσις, εὐλόγως οὖν δύο δραχμὰς βουλόμενοι δηλῶσαι, γῦπα γράφουσιν, ἐπεὶ μήτηρ δοκεῖ καὶ γένεσις εἶναι, καθάπερ καὶ ἡ μονάς.

ιβ'. Πῶς Ἥφαιστον γράφουσι.

Ἥφαιστον δὲ γράφοντες, κάνθαρον καὶ γῦπα ζωγραφοῦσιν, Ἀθηνᾶν δὲ, γῦπα καὶ κανθαρόν· δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὁ κόσμος συνεστάναι ἔκ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ· ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσιν· οὗτοι γὰρ μόνοι θεῶν παρ' αὐτοῖς, ἀρσενοθήλεις ὑπάρχουσι.

αἱ δύο δραχμαί] Ita Cod. Paris. A. et Trebatius, in versione. Reliqui Codd. et edd. minus recte *αἱ δύο γραμμαί.*

Cap. XII, in tit. Cod. Paris. A. *Ἥφαιστος καὶ Ἀθηνᾶ.*

Ἥφαιστον δὲ γράφοντες] Causs. legendum censet *Ἥφαιστον δὲ γράφοντες κάνθαρον ζωγραφοῦσιν, Ἀθηνᾶν δὲ καὶ Ἥφαιστον, γῦπα καὶ κανθαρόν.*

ἔκ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ] Ald. *οὔτε ἀρσενικοῖς*, relicta lacuna. Hoesch. voces *καὶ θηλυκοῦ* uncis inclusit; Cod. Morell. *ἔκ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ ὑπάρχοντος.* Codd. Pariss. A et B eodem modo, sed praeterea addunt: *κάνθαρον γράφουσιν. ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς.* cet. Paris. C. habet *ἔκ τε ἀρσενικοῖς*, reliqua *καὶ θηλυκοῦ, ἐπὶ δὲ τῆς.* cet. omittit, lacuna autem unius versus spatium fere implet. Merc. vertit: *Solis enim his, non etiam masculis, mundus videtur consistere.*

ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσιν] corrigit de Pauw: *ἐπὶ δὲ τῆς*

unitas vero, omnis numeri origo; recte igitur duas drachmas volentes significare, vulturem pingunt, quoniam mater videatur, et origo esse veluti etiam unitas.

CAPUT XII. *Quomodo Vulcanum scribant.*

Vulcanum vero scribentes, scarabaeum et vulturem pingunt, Minervam vero, vulturem et scarabaeum: videtur enim ipsis mundus constare ex masculino et foeminino; Minervae vero vulturem appingunt; hi enim praecipue inter deos secundum ipsos mares simul et foeminae sunt.

ιγ'. Τί ἀστέρα γράφοντες δηλοῦσι.

Θεὸν δὲ ἐγκόσμιον σημαίνοντες, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τὸν πέντε ἀριθμὸν, ἀστέρα ζωγραφοῦσι· θεὸν μὲν, ἐπειδὴ πρόνοια θεοῦ τὴν νίκην προστάσσει, ᾗ τῶν ἀστέρων καὶ τοῦ παντὸς κόσμου κίνησις ἐκτελεῖται· δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς δίχα θεοῦ, μηδὲν ὅλως συνεστάναι· εἱμαρμένην δὲ, ἐπεὶ καὶ αὕτη ἐξ ἀστρικῆς οἰκονομίας συνίσταται· τὸν δὲ πέντε ἀριθμὸν, ἐπειδὴ πλήθους ὄντος ἐν οὐρανῷ, πέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμενοι, τὴν τοῦ κόσμου οἰκονομίαν ἐκτελοῦσι.

Ἀθηνᾶς τὸν κάνθαρον, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου τὴν γῦπα γράφουσιν, οὗτοι γὰρ μόνοι. cet.

Cap. XIII, in tit. Cod. Paris. A. Τὰ διὰ ἀστέρος δηλούμενα.

θεὸν-ἐγκόσμιον] Merc. vertit: *Deum pulchre ornatum.*

τὴν νίκην προστάσσει] forte legendum τὴν δίνην. vid. adn.

εἱμαρμένην] Cod. Paris. C. et Ald. εἱμαρμένη.

ἐπεὶ καὶ αὕτη] Ald. καὶ omittit.

τὸν δὲ πέντε ἀριθμὸν] Cod. Morell. τὸν δὲ πέμπτον ἀριθμόν.

Caput XIII. *Quid Stellam pingentes significent.*

Deum mundanum significantes, aut fatum, aut quinarium numerum, stellam pingunt; deum quidem, quoniam providentia dei victoriam constituat, qua astrorum et totius mundi motus peragitur; videtur enim ipsis sine deo, nihil omnino consistere; fatum vero, quoniam et illud ex siderali administratione consistat; quinarium vero numerum, quia quum multitudo sit [*stellarum*] in coelo, quinque solae ex ipsis motu suo mundi administrationem perficiant.

ιδ'. Τί κυνοκέφαλον γράφοντες δηλοῦσι.

Aegyptiorum regum capita, hujus serpentis imagine ornabantur (vid. tab. n. 4, 5.) (*) nomen Uraei, regi fuit datum: ⲡⲟⲩⲣⲟ, sive ⲫⲟⲩⲣⲟ, *ὁ βασιλίσκος;* quin et in hieroglyphicis ipsa hujus Uraei imagine, regem indicatum fuisse, docèt idem Champoll. pag. 397. nota 2. Caeterum nullam hujus vocis, quamvis et ipsa Graeca sit, etymologiam ex illa lingua esse quaerendam jam dixit Mercerus, et re ipsa nunc patet.

ὃ ἐστιν Ἑλληνιστὶ βασιλίσκον,] De Basilisco Latine *regulo* dicto, quique ex serpentibus a veteribus venenatissimus et periculosissimus habebatur, cff. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 21 fine, XXIII. 8, XXIX. 4, Ael. *de Anim. Nat.* II. 5, II. 7, III. 31, Lucanus *Phars.* IX. 724, seqq. Nicander. in Theriacis, Heliod. *Aeth.* III.

θεοῖς περιτιθέασιν.] de Pauw, probante Requier corrigendum censet *παρατιθέασι;* quoniam »nimis exiguus sit »basiliscus quam ut Diis circumponi possit;" sed quum vulgatam tueantur Codd. eam retinendam putem, praesertim quum verbum *περιτίθεσθαι* non tantum *circumponendi*, sed etiam *imponendi*, *ornandi*, *tribuendi* significationem habeat; Xenoph. in libro *de Rep. Ath.* I. §. 2. *οὗτοί εἰσι οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει*, *hi civitati potentiam addunt*, *tribuunt.* Sic Polyb. XV. 8. *θέους — περιθέντας τὸ κράτος — τοῖς ἀμυνομένοις*, *vires*, *victoriam dantes.* Thucyd. VI. 89. *ὑμεῖς — τοῖς μὲν ἐμοῖς ἐχθροῖς δύναμιν, — ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν περιέθετε.* Aelian. *Var. Hist.* II. 32. *οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν: nonnulli* (fluviorum imagines facientes) *iis boum figuram affingunt.*

(*) Aelian. de A. N. VI. 18: *καὶ τοὺς βασιλεῖς ἀκούω τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῶν διαδημάτων φορεῖν πεποικιλμένας ἀσπίδας, τῆς ἀρχῆς αἰνιττομένους τὸ ἀκίνητον ἐκ τῆς τοῦ ζώου μορφῆς τοῦ προειρημένου.*

Sed ad talem hujus verbi significationem confugere non est necesse, quandoquidem nonnulli Aegyptiorum dii capitis tegimentum habent ab omni parte basiliscis, sive uraeis inauratis cinctum et ornatum, quodque tegimentum iis περιτίθεται id est ἐπιτίθεται. Suidas: περίθου· ὅπερ ἡμῖν συνηθὲς ἐπίθου λέγειν. Diod. Sic. L. I. *Ed. Wess.* vol. I. pag. 15, initio. κέρατα δ' αὐτῇ (Ἴσιδι) περιτιθέασιν, ubi tamen adnotatur alia lectio ἐπιτιθέασιν; sed etiam illo loco vulgata non videtur tentanda, quum apte intelligi possit de capitis tegimento vel diadematis genere bubulis cornibus instructo, quale Mercurium imposuisse Isidi refert Plutarchus *de Is. et Os.* cap. 19. pag. 358. D. περιθεῖναι βούκρανον αὐτῇ κράνος. Neque obstare puto, quod infra iterum dicatur: αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιτιθέασιν; nam praeterquam quod in scribendo ordinem non valde curat scriptor, infra aliam causam adtulit, quare hic serpens deorum capiti imponatur: *quod vitae mortisque potestatem habere videatur*. Caeterum monumenta Aegyptiaca confirmarunt, quae dicit Horapollo de deorum capitibus, ornatis Uraeis; cf. v. c. Osiridis capitis tegimentum, tab. n. 3.

ἐπειδὴ τριῶν γενῶν ὀφέων καθεστώτων] De variis serpentium generibus cff. Plinius *Hist. Nat.* XXIII. 8, et reliqui, quos supra laudavimus; quibus addatur Aelianus *de Anim. Nat.* X. 31. qui dicit in 17 species aspidum genus divisum fuisse ab Aegyptiis: itaque hoc loco de alia majori divisione est cogitandum. Aegyptii norunt serpentes *alatos*, (Herod. II. 75. narrat sibi fuisse relatum quotannis, incipiente vere, alatos serpentes ex Arabia advolare in Aegyptum, sed ab Ibibus eos prohiberi atque occidi), noti fuerunt et serpentes *aquatiles*, et *terrestres* (ut basilisci, cerastae aliique); sed recte Pierius in adn. ad h. l.

observasse videtur, hic de tali divisione non cogitasse scriptorem, quum basiliscus trium horum serpentium generum, unum separatum constituere debeat; itaque fortasse cogitandum, alios flexuose ire, terramque toto corpore tangere, alios volare, alios, prouti basiliscum, a medio erectos procedere atque salire. Dubitari tamen posse videtur, utrum fortasse tria illa genera referenda sint ad serpentes in hieroglyphicis occurrentes: nam quamvis in monumentis Aegyptiacis, hujus generis animalium varietas multo major adhibita esse videatur (vid. tab. n. 6—24.) tamen, si pedes humanos, alas accipitris, vulturisve, cornua arietis, aliaque signa symbolica vel allegorica demas, ad primum genus referri possit serpens ille, superioris corporis partis inflatione notus, basiliscus, sive alatus sit (v. c. n. 1.) sive non sit (n. 6); secundum genus continent cerastas, duobus cornibus in capite insignes, (vid. 10, 11.); ad tertium denique pertineant omnes reliqui, corporis longitudine aut flexuum numero tantum inter se differentes. Neque enim obstare puto quod saepissime serpens duobus capitibus instructus, in monumentis occurrit, atque ita quartum quoddam genus, amphisbaenarum, constituere videtur; nam sive brevitatis causa ita pingi solebat, (veluti v. c. n. 24. ubi duo serpentium capita, diversis signis symbolicis ornata in uno corpore sunt posita, ne bis idem serpens pingendus esset), aut ornatûs causa, (veluti 9 et 11, ut inscriptio ab utraque parte eadem esset), aut denique ob rationes symbolicas easdem, ob quas eidem serpenti 5 etiam, vel 6 capita dederunt (conf. 22 et 23). Qui putant ita tria illa serpentium genera explicari non posse, pro τριῶν legere possint τόσων.

τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον] de Pauw probante Requier, legendum censet: *τοῦτο δὲ μόνον οὐκ ἀθάνατον*, quod Plinii

et Aeliani locis, quae supra laudavimus, manifeste docetur, basiliscum esse mortalem, et quoniam ipse Horapollo in sqq. I. 34. phoenicem diutissime omnium animantium vivere dicat; quod eum scribere non potuisse putat de Pauw, si basiliscum fecisset immortalem. Sed fortasse tutius sit, sine plurimorum Codd. auctoritate a vulgata lectione non recedere: si enim, ut videtur, totum opus Hieroglyphicorum a Philippo non fuerit ex eodem fonte petitum, sed multa ex aliis scriptoribus in illud collecta, certo in omnibus sibi constare liber non potuit. Quod porro de Plinio, Aeliano, et Philone Byblio addidit de Pauw, respondendum forte, vocis ἀθάνατον significationem non adeo urgendam esse, quum immortalis dicatur basiliscus tantum ratione reliquorum serpentium, a quibus interfici non possit, quosque omnes aetate superet. Quod hic de basilisco narrat Horapollo, de aspide Thermuthi tradit Aelian. *de Anim. Nat.* X. 31: λέγουσι δὲ αὐτὴν καὶ Αἰγύπτιοι μόνην ἀθανάτην εἶναι.

ὃ καὶ προσφυσήσαν — δίχα καὶ τοῦ δακεῖν] Ald. vocem καὶ omisit, quam Codd. et reliquae edd. retinent, et sensus loci quodammodo requirere videtur, quum significet, *vel*, *etiam; reliqua animalia afflatu suo*, *vel sine morsu occidit*. Conjunctio καὶ, apud meliores quoque scriptores Graecos saepe auget atque corrigit verba priora, de quo loquendi genere cff. D'Orville ad Charit. pag. 581. *ed. Lips.* et quos laudavit Stalbaum ad Plat. *Apol. Socr.* pag. 23. A, ubi quoque idem usus Latinorum *atque* indicatur. Basiliscum afflatu suo reliqua animalia occidere, Horapollo iterum docet infra II. 61.

αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιτιθέασιν] Ut immortalitatis, summaeque potestatis signum. Conf. supra ad verba θεοῖς περιτιθέασιν. Cf. quoque Champoll. in

Op. de Hierogl. Vet. Aeg. pag. 340. Sed non tantum deorum capita uraeo ornabantur, verum etiam quamcumque deam hic serpens indicat, secundum varia insignia, quae in capite gerit. Cf. Champoll. *in Descript. Mus. Caroli X.* (*) pag. 38. n. 15—20. Serpentis cultus ex Aegyptiorum doctrina transiit ad Hebraeos, Graecos Romanosque, et apud Phoenices quoque erat celebratus. Cf. Sanchoniathon, qui hujus cultus rationem explicat, quemque laudavit Matter in *Hist. Crit. Gnostic.* (†) Vol. I. p. 270. sq. Quales partes egerit in Gnosticorum doctrina et praecipue Ophitarum, docet idem Matter, Vol. II. pag. 184—251, et de ejus cultus vestigiis in aliorum populorum doctrinis, praecipue pag. 217, 218. Caeterum addatur, duo priora symbola, quae hoc capite et sequenti explicavit Horapollo, a Gnosticis etiam fuisse adsumta. Cf. Matter, Vol. II. p. 475. nota 4. — *Draconem* quomodo interpretati fuerint oneirocritae, docet Artemidorus *Oneir.* II. 13. in. *Δράκων ὁρώμενος βασιλέα σημαίνει, διὰ τὸ δυνατὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ἄρχοντα· καὶ χρόνον, διὰ τὸ μῆκος, καὶ διὰ τὸ ἀποδιδύσκεσθαι τὸ γῆρας, καὶ πάλιν νεάζειν. κ. τ. λ.*

Seyffarth *Syst. Astron. Aeg.* pag. 164. post in. ex hoc capite efficit Uraeum planetarum Solis et Jovis signum fuisse.

CAPUT II.

Κόσμον βουλόμενοι γράψαι] Ex seqq. facile apparet vocem *κόσμον* hic non tantum *terram* significare, (veluti v. c. apud Aelianum *Var. Hist.* III. 18, in. *ἤπειρον δὲ*

(*) *Notice descriptive des Monumens Egyptiens du Musée Charles X.* Paris 1827.

(†) *Histoire Critique du Gnosticisme.* cet. Paris 1828.

μόνην εἶναι ἐκείνην τὴν ἔξω τούτου τοῦ κόσμου. et apud ipsum Horap. infra cap. 21, fine: *ἐν γὰρ τῷ λοιπῷ κλίματι τοῦ κόσμου αἱ τῶν ποταμῶν πλημμύραι ἐν τῷ χειμῶνι ἀποτελοῦνται*); sed *coelum et terram*, quaeque iis continentur, sive *mundum*, veluti infra cap. 34, fine: *οὗ* [*solis*] *μηδέν ἐστι πλεῖον κατὰ τὸν κόσμον.*

ὄφιν ζωγραφοῦσι τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐρὰν] Macrobius, quem ad h. l. laudavit Pierius, *Saturn.* I. 9, medio: »Phoenices in sacris imaginem ejus [*mundi*] exprimentes, »draconem finxerunt in orbem redactum, caudamque suam »devorantem, ut appareat mundum et ex se ipso ali, et in »se revolvi." Proclus III. *in Tim.* pag. 216. dicit: »Ae»gyptios mundum indicasse cruce Graeca, qua quatuor »mundi partes significarentur, quaeque cingebatur serpen»te, Cneph dicto." Euseb. *Praep. Euang.* I. 10: *Ἔτι μὴν οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας τὸν κόσμον γράφοντες, περιφερῆ κύκλον ἀεροειδῆ καὶ πυρωπὸν χαράσσουσι, καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον, καὶ ἐστὶ τὸ πᾶν σχῆμα, ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θῆτα· τὸν μὲν κύκλον κόσμον μηνύοντες, τὸν δὲ μέσον ὄφιν συνεκτικὸν τούτου, ἀγαθὸν δαίμονα σημαίνοντες.* Cf. Matter, *Hist. Crit. Gnostic.* Vol. I. pag. 273. nota 3. — Champoll. in op. *de Hierogl. vet. Aeg.* tab. gen. n. 240, figuram a Proclo et ab Eusebio descriptam explicat *regionem*, *terram*, et secundum eundem, (tab. gen. n. 233) *mundus* indicatur figura symbolica coeli, additis quibusdam aliis signis. Animadvertendum autem Graecos de hieroglyphicis agentes, non tam accurate distinxisse verba, *mundum*, *terram*, *regionem*. Cf. Cl. Reuvens *Epp. ad Letronnium.* Ep. I. pag. 35. — Clem. Alex. *Strom.* Lib. V. cap. 4. astra dicit propter obliquam conversionem ab Aegyptiis fuisse adsimilata corporibus serpentium: *τὰ μὲν γὰρ τῶν*

ἄλλων ἄστρων διὰ τὴν πορείαν τὴν λοξὴν ὄφεων σώμασιν ἀπείκαζον. Hermes apud Stobaeum *Ecl.* Lib. I. cap. 52. pag. 990, *Heerenii*: ἡ γῆ μέσῳ τοῦ παντὸς ὑπτία κεῖται, ὥςπερ ἄνθρωπος, οὐρανὸν βλέπουσα, μεμερισμένη δὲ, ὅσα μέλη καὶ ἄνθρωπος μελίζεται· ἐμβλέπει δ' οὐρανῷ, καθάπερ πατρὶ ἰδίῳ, ὅπως ταῖς ἐκείνου μεταβολαῖς καὶ αὐτὴ τὰ ἴδια συμμεταβάλλῃ. cet. atque talem fere picturam papyri quoque, aliaque Aegyptiorum monumenta nobis ostendunt, in quibus supra figuram humanam jacentem, qua terra indicatur, extensa est alia figura humana, coelum referens. Caeterum quam tradit descriptionem mundi et terrae Plato in *Phaed.* pag. 109, sqq. cap. 58, eam ab Aegyptiorum sacra doctrina esse desumtam, docet Proclus *Comm. in Plat. Tim.* I. pag. 56. Cf. Wyttenb. ad Plat. *Phaed.* p. 301.

Serpens caudam in ore tenens, atque ita deum Atmou cingens (vid. tab. n. 7.) saepe occurrit in monumentis, praecipue in parte interiori loculorum mumiarum, an vero ea significatione, quam hic memorat Horapollo, nondum patuit.

βαρύτατον δὲ τὸ ζῷον, καθάπερ καὶ ἡ γῆ] Requier aliquid deësse videtur suspicatus fuisse; haec enim addit in versione: *Le serpent généralement pris, marque la terre et l'eau, car il est fort lourd, comme le premier des deux élemens, et fort uni, comme le second.* Sed haec non sunt distinguenda a superioribus, et δὲ, post βαρύτατον, respondet quodammodo praecedenti, διὰ μὲν — ἀνιττόμενοι; tria distinguuntur: corpora coelestia, quae serpentis squamis indicantur, terra, quam hoc animali, quoniam gravissimum sit, significant, et aqua, quoniam veluti serpens lubrica sit et laevis. — Caeterum ex ratiocinatione hac, quam aeque ac sequentem: τὸ δὲ ὡς τροφῇ χρῆσθαι. cet. de suo potius addidisse, quam ex Aegyptio-

rum doctrina hausisse videtur scriptor, facile patet eum vocem *κόσμον*, quam initio pro *mundo* usurpaverat, jam eum *orbe terrarum* confundere.

καθ' ἕκαστον δὲ ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς ἀποδύεται] De serpentibus quotannis cum pelle, senectutem exuentibus cff. Aristoteles *Hist. Anim*. VIII. 17. (Vol. II. pag. 397. A.) Aelian. *de Anim. Nat*. IX. 16. Nicander in *Theriac*. vs. 31, sqq. Epiph. *ad Physiol*. cap. 13. Nonn. *Dionys*. XLI. 178, sqq. Plinius *Hist. Nat*. VIII. 27, med. XX. 23, in. Virg. *Georg*. III. 439, *Aen*. II. 473.

ἐνιαύσιος χρόνος — νεάζει] Virg. *Georg*. II. 402.

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Ἐνιαυτὸς derivant *ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ*, sive *εἰς ἑαυτὸν ἰέναι*. Servius ad Virg. *Aen*. I. 269 adnotat, Latinorum vocem annus esse derivandam *ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι*, i. e. *ab innovatione;* addatur idem ad *Aen*. V. 46. Quoniam autem hoc modo annus in se volvatur, serpentem caudam in ore tenentem nonnulli anni symbolum fecerunt. Cf. Hier. Wolfius, in *Somnium Scipionis*, laudatus ab Hoesch. in adn. ad h. l. Addatur Servius ad Virg. *Aen*. V. 85: »Annus secundum Aegyptios indicabatur ante inventas li»teras, picto dracone caudam suam mordente: quia in se »recurrit."

ταῦτα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὐτὰ λαμβάνειν] Quum omnia, quae in mundo generantur, non redeant dissoluta in mundum, quoniam inde non exierant, sed in se ipsa, ex notissimo philosophorum, Simplicii, Epicharmi, Philonis aliorumque dogmate, ab Hoesch. in adn. memorato; de Pauw, pro *αὐτόν*, quod habent Codd. et Edd. recte aliam lectionem proposuisse videtur, *ἑαυτά*, sive *αὑτά*. Lucretius *de Rer. Nat*. II. 68, sqq.

— minui rem quamque videmus,
Et quasi longinquo fluere omnia cernimus aevo,
Ex oculisque vetustatem subducere nostris:
Cum tamen incolumis videatur summa manere:
Propterea, quia quae decedunt corpora cumque,
Unde abeunt, minuunt, quo venêre, augmine donant:

cet. Add. Euripid. *Suppl.* 531, sqq. Fragmentum ejusdem *Hypsipylae*, a Stobaeo *Floril.* serm. CVI. pag. 568 servatum, quodque Cicero vertit *Tuscul.* III. 25. Cf. Hugonis Grotii adn. 21. ad lib. *de Verit. Rel. Christ.* I. §. 16. *Ed. Bergm.* Add Plut. *de Consol. ad Apollonium*, p. 110. Epictetus, *Diss. ab Arriano Conscript.* III. 13. pag. 293. Jablonski in *Panth. Aeg.* I. 2. §. 3.

CAPUT III.

Ἐνιαυτὸν δὲ βουλόμενοι δηλῶσαι] In Cod. Morell. abeat δὲ, sed reliquis eam particulam offerentibus, et sensu loci eam non respuente, hoc loco retinenda videtur.

Ἶσιν, τουτέστι γυναῖκα ζωγραφοῦσι· τῷ δὲ αὐτῷ καὶ τὴν θεὸν σημαίνουσιν] De Pauw adnotat, ex illo *τουτέστι γυναῖκα*, aperte probari, *Ἶσιν* Aegyptiis denotasse *foeminam*; idque tam perspicuum putat Requier, pag. 296, 297, ut supervacaneam eam adnotationem ac paene puerilem vocet. Certe apud scriptores, quos hac de re adii, nullum vestigium inveni, ex quo conjici possit, voce *Ἶσιν* Aegyptios *foeminam* indicasse. Qui Isidis nomen nihil aliud esse quam Hebraeorum אִשָּׁה, atque ita *foeminam* significare putant, (*) refelluntur ab Jablonski *Panth.*

(*) v. c. Trillerus in *Observat. Critic.* pag. 465. *Ed. Francof. ad Moen.* 1742.

Aeg. III. 1. §. 12. — Ex consuetudine Aegyptiorum, homines deorum nominibus appellandi, foeminas Isidis nomen saepe habuisse, patet etiam ex Champoll. libro *de Hierogl. Vet. Aeg.* tab gen. n. 210; ubi legitur mulieris nomen Isedjer, sive Isis magna, et n. 217. Isis. Sed fortasse alio modo locus explicari poterit, ut sensus sit: *Annum quum volunt significare, Isin, id est mulierem pingunt*, (non ut dicatur Isin Aegyptiace significasse mulierem, sed Isin indicatam fuisse mulieris imagine) *eadem autem* [imagine] *et Deam significant*; ejusdem mulieris figura Dea indicatur. Signum quod, secundum Champoll. post dearum nomina poni solet, simile est ei, quod mulieris cujusvis nomen sequitur. Cf. ejus tab. gen. n. 231, 232 et 246.

Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἀστὴρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροκύων] Astrocyon sive Canicula, ut vocatur apud Romanos (cf. Cic. *ad Div.* I. 57, II. 44. *de Nat. Deor.* III. 10. Horat. *Od.* III. 13. 2.) saepe quoque ab astro maxime fulgente Sirius dicitur; alteram in eo signo stellam Isidem fuisse vocatam, adnotavit Causs. ad h. l. et Wyttenb. ad Plut. *de Is. et Os.* pag. 365. F. In inscriptione ad Isidem pertinente, quam memoravit Diod. Sic. I. 27. pag. 31, fine. *Ed. Wessel.* est: *ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα*, ad quem locum cff. quae adnotavit Wessel. Totum signum Isidi deae erat dicatum apud Aegyptios. Cf. Plut. *de Is. et Os.* cap. 38; pag. 366. A. *τῶν δὲ ἄστρων τὸν Σείριον Ἴσιδος νομίζουσιν ὑδραγωγὸν ὄντα.* Add. cap. 21; med. p. 359. D. cap. 61, pag. 376. A. Schol. ad Arati *Phaen.* 133 et 152. Ideler in *Enchir. Chronol. Math. et Techn.* I. pag. 125. Jablonski *Panth. Aeg.* III. 2. §. 2. 3. sqq. Wyttenb. ad loca Plutarchi, quae citavimus. Nomen Aegyptiacum est Σῶθις, sive Σωθὶ, prouti scribitur apud Plutarchum *de Is. et Os.*

cap. 61. p. 375 .F. ubi etiam nominis interpretatio exhibetur: *Σωθὶ, Αἰγυπτιστὶ σημαίνει — κύησιν, ἢ τὸ κύειν· διό καὶ παρατροπῆς γενομένης τοῦ ὀνόματος, Ἑλληνιστὶ κύων κέκληται τὸ ἄστρον, ὅπερ ἴδιον τῆς Ἴσιδος νομίζουσιν.* Eam interpretationem ex lingua Coptica probavit Jablonski *Opusc.* Tom. I. pag. 336. *Panth. Aeg.* l. c. §. 10, ubi etiam errare docet Bochartum, qui *Hierozoic.* I. pag. 691, et II. pag. 756. Kircherum (*in Scala Magna*, et in *Prodr.* Copt. pag. 145, 147 fine, sqq.) secutus, voce *Σωθὶ* Coptice *canem* indicari putat. (*) Manethon, sacerdos Aegyptius, tempore Ptolemaei Philadelphi scripsit librum nunc deperditum, cui titulus: *Βίβλος τῆς Σώθεως*, (servatus a Syncello); sic etiam Theonis libri: *περὶ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς*, nil nisi nomen superest, a Suida servatum. Plutarchus *de Solert. Anim.* cap. 21. p. 974. F. *Λίβυες δὲ Αἰγυπτίων καταγελῶσι μυθολογούντων περὶ τοῦ ὄρυγος, ὡς φωνὴν ἀφιέντος ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας, ἧς ἐπιτέλλει τὸ ἄστρον, ὃ Σώθην αὐτοὶ, Κύνα δὲ καὶ Σείριον ἡμεῖς καλοῦμεν.* Idem signum ab Aegyptiis quoque *Σὴθ* vocatum fuisse, docere videtur locus Vettii Valentis, quem nondum editum laudarunt Marshamus *Canon. Chronic.* pag. 8. *Ed. Lips.* Jablonski *Panth. Aeg.* III. 2. §. 11. *Opusc.* I. pag. 326. Ideler in *Enchir. Chron. Mathem. et Techn.* I. pag. 126. in *Quaestionibus Hist. de Observ. Astron. Vet.* pag. 71., et in opere de *Origine et Signific. nominum Siderum* (†) p. 243. — Pro *Ἀστροκύων*, Cod. Par. C. et edd. nonnulli habent *Ἀστρομύων*. Schneiderus

---

(*) Quae apud Plutarchum sequuntur: *διὸ καὶ παρατροπῆς γενομένης.* cet. usque ad *ἄστρον*, fabulae similia esse jam vidit de Pauw in notis, et confirmavit Jablonski *Panth. Aeg.* l. c. §. 10.

(†) *Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen.*

in *Lex. Graec.* neutram vocem agnoscit, neque tertiam, *'Αστροκύνος*, quam Caelium Rhodig. XVII. 27. usurpasse adnotatur in Stephani *Thes. Gr.* in voce, ubi laudatur quoque E. H. Barker. *Ep. Critica ad Boissonadium.* pag. 242. Chalcidius *in Platonis Timaeum* ἀστροκύνα ab Aegyptiis *Σολεχήν* nominari dicit, in quo loco voci *Σολεχήν* sive *Σολεχών*, substituendam esse alteram illam *Σώθιν*, non sine verisimilitudine conjecit Fabricius. Cf. Jablonski *Opusc.* I. pag. 322. Denique Germ. Caesar ad Arati *Phaen.* comm. ad vs. 332 (*Ed. Buhlii* Vol. II. p. 79): » Astrocyon" inquit » nominatur, quod nos Canis stellam » dicimus."

Graeci signum illud *Κυνὸς* nomine indicabant. Cf. Arati *Phaen.* 676.

> ἦμος καὶ μεγάλοιο κυνὸς πᾶσαι ἀμαρυγαὶ
> δύνουσι

add. vs. 603. Nonnius *Dionys.* XLVII. 253. Lucianus *Deor. Conc.* cap. 5. Ab Homero *Il.* X. 29. et Arato vs. 755, vocatur *Κύων 'Ωρίωνος*, et in Ptolemaei loco, (quem citavit Ideler in libro *de Siderum Nominibus*, p. 253.) *Procyon* (apud Ciceronem *Ante canem* dictus) vocatur, ὁ πρὸ τοῦ *Κυνός*. Add. loca, quae in adnot. proxime seq. citavimus. Sed idem Sirius a Graecis saepe quoque vocatur τὸ ἄστρον, vel ὁ ἀστήρ. v. c. apud Homerum *Il.* E. 5, *Λ.* 62, X. 26 et 317, et quos laudavit Ideler (l. c. pag. 243) Alcaei versus, apud Athenaeum *Deipnos.* X. pag. 430. *Ed. Casaub.* servatos, et Theophr. *Hist. Plant.* II, 8. — *'Αστροκύων*, *'Αστροκύνος* vel *'Αστρομικων* veteres non dixerunt; quapropter vel locus, quem supra memoravimus, uti et locus Horapollinis fortasse erunt mutandi, ita ut legatur, quod Fabricius voluit ad *Chalcidium*, ἄστρον κυνός, prouti Vettius Valens. II. 10. dixit *Κυνὸς ἄστρον*

ἐπιτολήν; vel altera tantum duarum vocum retinenda, sive *ἄστρον*, sive *κύων*, ita ut putetur, alterutram ab aliquo, explicationis causa in margine additam, vel alteri voci superscriptam, postea in textum irrepsisse; vel denique statuendum, vocem *'Αστροκύων* a posterioribus Graece loquentibus fuisse adsumtam. Quidquid sit, lectionem *'Αστροκύων* vitiosam esse ostendunt Codd. Aug. et Pariss. A. B. et docet Hadr. Junius *Animadv.* I. cap. 5.

ὁτὲ μὲν μείζων, ὁτὲ δὲ ἥσσων ἀνατέλλων] »*'Ανατέλλειν* » de Sole et Luna proprie dicitur, de aliis stellis *ἐπιτέλλειν*, » quod Philippus non observavit." Ita, ut videtur, recte Pierius ad h. l. sed exemplis non additis. Sol dicitur *ἀνατέλλειν*. Herod. II. 142. *"Ελεγον — τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι, — ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει*, de quo loco difficiliori videbimus infra in adn. ad cap. 5. Plato *Politic.* pag. 269. A. *ὡς ἄρα, ὅθεν μὲν ἀνατέλλει νῦν, εἰς τοῦτον τότε τὸν τόπον ἐδύετο, ἀνέτελλε δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου.* Xenoph. *Anab.* II. 3. §. 1. *τότε δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι κήρυκας ἔπεμψε περὶ σπονδῶν.* Diod. Sic. XVIII. 7. Vol. II. pag. 165. (*Ed. Wessel.*) *ὁρᾶσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἔτι τῆς νυκτὸς οὔσης ἀνατέλλοντα, τὰς ἀκτῖνας οὐκ ἐν κυκλοτερεῖ σχήματι τεταγμένον.* cet. in quo loco alii distinctionem ponunt post *ἀκτῖνας*, ita ut regatur ab *ἀνατέλλοντα*, transitiva significatione. — De astris dicitur *ἐπιτέλλειν* et *ἐπιτολή*. vb. c. apud Aristot. *Hist. Anim.* V. 22. in. Vol. II. pag. 314. D. *καὶ μάλιστα τῶν ἀστέρων ἐπιτολαῖς;* et paullo ulterius, *πρὸ πλειάδος ἐπιτολῆς.* Diod. Sic. I. 27. *ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα.* I. 19. pag. 22. (*Ed. Wessel.*) *κατὰ τὴν τοῦ Σειρίου ἄστρου ἐπιτολήν*, in quo loco Wessel. recte rejecit, quod multi Codd. habent: *κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς τοῦ Σειρίου ἄστρου ἐπιτολήν.* cap. 80. pag. 92. *καὶ κομήτων ἀστέρων ἐπιτολάς.* XVII. 7. Vol. II. pag. 165. *τὴν*

τοῦ κυνὸς ἐπιτολήν. XIX. 18. pag. 331. περὶ κυνὸς ἐπιτολάς, ubi male nonnulli Codd. habent ἀνατολάς. De differentia ἀνατολὴν inter et ἐπιτολήν, Schol. ad Arati *Phaen.* vs. 137. ἄλλο μὲν οὖν ἀνατολὴ καὶ ἄλλο ἐπιτολή· ἀνατολὴ μὲν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ζωδίου παντὸς, καθ' ὅ ἐστιν ἡ τοῦ ἡλίου ἐπιφάνεια· ἐπιτολὴ δὲ τὸ ὑπὸ τὸ ζώδιον· ὅταν γὰρ συνανατέλλῃ ἐπί τινι, ἐπιτέλλειν λέγεται, ὡς τὸ· »Πληϊάδων Ἀτλαγεννάων ἐπιτελλομενάων" αἱ γὰρ Πλειάδες ἐπὶ τὴν τοῦ Ταύρου εἰσὶ τομὴν, αἵτινες τῷ Κριῷ ἐπιτέλλονται, ὅτε ὁ ἥλιος ἐν τῷ Κριῷ ἐστὶ, κατὰ τὴν τοῦ θέρους ἀρχήν. cet. itaque ex Scholiastae verbis statui posse videtur, ἀνατολὴν dici de toto signo aliquo, ἐπιτολὴ de stellis in eo signo et cum eo orientibus. Ἀνατέλλειν ita usurpatur ab Arato *Phaen.* 534, 540, 556 et 560. Stobaeus in *Eclog.* I. 25. *Heerenii* pag. 520. Ἀνατολὴν δ' εἶναί φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν ταῖς φυσικαῖς τέχναις, ὑπεροχὴν ἄστρου ὑπὲρ γῆς, δύσιν δὲ κρύψιν ἄστρου ὑπὸ γῆν. Γίγνεσθαι δὲ ἅμα τῶν αὐτῶν ἀνατολὴν καὶ δύσιν πρὸς ἄλλους τε ἄλλως. Ἐπιτολὴν δ' ἄστρου ἅμα ἡλίῳ ἀνατολὴν, δύσιν δὲ τὴν ἅμα ἡλίῳ δύσιν. Διχῶς γὰρ λέγεσθαι δύσιν, τὴν μὲν κατὰ τὴν ἀνατολὴν, τὴν δὲ κατὰ τὴν ἐπιτολήν. Κυνὸς δ' ἐπιτολὴν ἅμα ἡλίῳ κυνὸς ἀνατολὴν, δύσιν δὲ ἅμα ἡλίῳ κυνὸς ἀπόκρυψιν εἰς γῆν. Τὸν δ' ὅμοιον λόγον εἶναι καὶ ἐπὶ τῆς πλειάδος. Geminus cap. 11. *Isagoges* in Arati *Phaen.* ἀνατολὴν, *ortum quotidianum* stellae explicat, ἐπιτολὴν contra, *ortum heliacum* sive *poëticum*; additque δύσιν dici de *quotidiano occasu*, κρύψιν vero de *occasu heliaco*. Cf. Ideler in *Quaest. Hist. de Observ. Astron. Vet.* pag. 310, 311. Sed ἀνατολὴ infra usurpatur, κατὰ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης, ubi certo de *ortu heliaco* tantum sermo esse potest, contra Theon ad Arati *Phaen.* ἐπιτολὴν de *ortu heliaco* dicit: τότε ἐμβαίνει ὁ Νεῖλος καὶ ἡ τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴ

κατὰ ἐνδεκάτην ὥραν φαίνεται, καὶ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν εἶναι τὸν κύνα λέγουσι καὶ τὴν ἐπιτολὴν αὐτοῦ.

καὶ ὁτὲ μὲν λαμπρότερος, ὁτὲ δὲ, οὐχ οὕτως] Licet Codd. nonnulli aliam lectionem offerant, vulgatam retinendam putavi, quandoquidem ὅτε δὲ apte respondeat alteri ὁτὲ μὲν, et eadem structura praecesserit, ὁτὲ μὲν μείζων, ὁτὲ δὲ ἥσσων. Fortasse lectio ἐσθ' ὅτε δ' οὐχ orta est ex iis quae sequuntur, ἔτι δὲ καὶ διότι. cet.

ἔτι δὲ καὶ διότι — τελεῖσθαι] Ex colore et luminis hujus stellae fulgore, quando exoriebatur, de fluminis incremento atque ita de ejus anni fertilitate conjiciebant. Cf. Ideler in *Enchir. Chronol.* I. pag. 125, et quod ibi laudavit (ex Bainbridgii *Canicularüs*, pag. 27.) Hephaestionis fragmentum, περὶ ἐπισημασιῶν τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς. Salmas. *in Solin.* pag. 303. *Ed. Ultraj.*

διόπερ οὐκ ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν, Ἶσιν λέγουσιν] De Pauw corrigendum putat: διόπερ οὐκ ἀλόγως καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, cet. sed Codd. articulum καὶ non habentibus, neque sensu loci eum requirente, lectionem vulgatam retinendam putem. Propterea quod hoc sidus prae reliquis fulget, et magna ejus vis est in judicandis iis quae quovis anno accidant, *non sine ratione annum ab eo vocarunt Aegyptii.* Quod dicit Horap. τὸν ἐνιαυτὸν Ἶσιν λέγουσιν, non ex eo est statuendum, *annum* Aegyptiace Ἶσιν fuisse vocatum, nam non adeo loquitur de nomine Isidis, sed potius de Sothi Isidi dicato, unde dicta Σωθιακὴ περίοδος, quod fortasse scriptori in mentem venerat; haec igitur Isidis nominis interpretatio symbolica potius est et allegorica; non vocis ipsius, sed rei, voce illa indicatae, ut docet Jablonski *Panth. Aeg.* III. 1. §. 13, fine. — De Pauw in eadem adnotatione Isidem apud Aegyptios significasse dicit: *mulierem, Deam, sidus in quo anima Deae, annum;*

sed Requier recte observat ex hoc capite non patere, Aegyptios statuisse in hoc sidere animam Deae versari; est vero locus Plutarchi, unde hoc conjiciatur, *de Is. et Os.* cap. 21. pag. 359. C. D. *τὰς δὲ ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα, καὶ καλεῖσθαι κύνα μὲν τὴν Ἴσιδος ὑφ' Ἑλλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν, Ὠρίωνα δὲ τὴν Ὥρου, τὴν δὲ Τυφῶνος ἄρκτον.* — Quaeri fortasse potest, utrum Sothis in monumentis Aegyptiacis symbolica significatione pro *anno* ponatur, sed hoc nondum apparuit. — Caeterum Diod. Sic. I. 26. pag. 30. *Wessel.* narrat Graecorum annos a veteribus *Horos* fuisse nominatos: *κατ' ἐκείνους γὰρ τοὺς χρόνους τὸν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι τέτταρσι μησὶ, τοῖς γιγνομένοις κατὰ τὰς ἑκάστων τῶν χρόνων ὥρας, οἷον ἔαρος, θέρους, χειμῶνος· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ παρ' ἐνίοις τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἐνιαυτοὺς ὥρους καλεῖσθαι, καὶ τὰς κατ' ἔτος ἀναγραφὰς ὡρογραφίας προσαγορεύεσθαι.* Cff. quos laudavit Wessel. ad h. l.

καὶ ἑτέρως δὲ ἐνιαυτὸν γράφοντες, φοίνικα ζωγραφοῦσι] Palmae ramum mensem indicasse, traditur in cap. seq. — *κατὰ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης*, i. e. *quavis nova luna, quovis mense*; ita ut duodecim impletis efficiatur annus lunaris. De Palmis cf. Theophr. *Hist. Plant.* I. 22, II. 8. *de Caus. Plant.* III. 6. Aelian. de *Anim. Nat.* XVI. 18. Plinius *Hist. Nat.* XIII. 4, XVI. 20, 28, XXIII. 4, fine et 5. — Caeterum anni signum hieroglyphicum est figura, quam Champoll. in Op. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 214. collata tab. XIII. n. 5. vocat *Sceptrum curvatum*. Clem. Alex. *Strom.* VI. 4. pag. 757. *Ed. Pott.* Horoscopum apud Aegyptios, palmam manu tenuisse narrat, astrologiae symbolum: *ὁ ὡροσκόπος, ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα, καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, πρόσεισιν.* — Salvolini in *Ep.* II. *ad Gazze-*

rum (*) pag. 55. signo (quod *sceptrum curvatum* vocavit Champollion. Vid. tab. nostra I. 1.) *ramum palmae* indicari putat, quod si verum est, etiam hic Horapollinis locus monumentis confirmabitur; sed apex lateralis impedire videtur, quo minus pro palmae ramo accipiatur. Praeterea figura hujus rami satis nota, quoniam in deorum quorumdam capitibus pingi solet, neque pro anno, neque pro mense adhuc, quod sciam, est inventa. Denique ex eo quod cap. seq. Horap. eodem palmae ramo mensem indicari dicit, magis quoque suspicamur eum haec de palma, ex historiae naturalis scriptore quodam male composuisse.

ὡς ἐν ταῖς δώδεκα βαΐσιν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι] Vox *βαΐς*, vel *βαΐον* est Aegyptiaca ΒΑΙ, et significat *palmae ramum*, qui saepius *θαλλὸς* dicitur. Cf. Schneid. *Lex. Gr.* voce *βαΐον*. Vox ea postea ad Graecos transiit recentiores. Cf. quos laudavit Jablonski: *Opusc.* I. pag. 48, qui ibidem errare docuit Etymologum Magnum dicentem *βαΐον· παρὰ τὸ βίᾳ τέλλεσθαι, σημαίνει τὸν κλάδον τῆς φοίνικος*. — Caeterum huc quoque pertinet locus ex Anonymi Cod. Reg. Paris. 2028. folio 80, quem adscripsit du Cangius in *Gloss.* voce *Βάϊς*: *ἐπειδὴ τῶν Ἑβραίων φωνῇ ἡ σελήνη βαΐον ὀνομάζεται, ὁ γοῦν φοῖνιξ τὸ δένδρον καθ' ἑκάστην πρόσοδον τῆς σελήνης, ἣν τινες Γέαν καλοῦσιν, ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ κλάδον ἀναδίδωσι· καὶ διὰ τοῦτο τὸν κλάδον τῶν φοινίκων, Ἑβραῖοι βάϊα προσαγορεύουσιν, ἀπὸ τοῦ περὶ δένδρον συμβαίνοντος παραδόξου κατονομάζοντες· ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἐκείνων παραλαβόντες καλοῦμεν τῇ αὐτῇ φωνῇ τοὺς κλάδους τῶν φοινίκων βάϊα.* ad

(*) *Des principales expressions qui servent a la notation des dates, sur les monumens de l'ancienne Egypte, d'après l'inscription de Rosette.* I. Lettre, Paris. 1832. II. Lettre, ibid. 1833.

quem locum Jablonski adnotavit de Hebraeis dici, quae proprie ad Aegyptios pertineant. Salvolini *Ep.* II. *ad Gazzeram.* pag. 54. nota 1. citat quoque locum ex libro Copto *Vitam eremitae Venofri* continente, (Cod. Borg. XVI. pag. 14.), ubi *palma* dicitur *duodecim ramos quotannis producere, singulos singulis mensibus.*

CAPUT IV.

Ἐπειδή φασιν, ἐν τῇ ἀνατολῇ πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν, πρὸς τὸ ἄνω τοῖς κέρασιν ἐσχηματίσθαι· κ. τ. λ.] Merc. in adn. locum ita vertit: *quod in ortu quidem dicant, quum est quindecim partium, sursum erectis cornibus apparere: at in occasu, 30 diebus impletis, cornua deorsum inflexa gerere.* Porro *quindecim lunae partes* intelligit, *quindecim dies;* in quo reprehenditur ab Hoesch. qui ita locum explicare conatur: »quando Luna »quindecim partibus a sole recessit, post conjunctionem" (i. e. post illud tempus, quo inter Solem et Terram in eadem linea est posita) »tendens ad oppositionem;" (i. e. ad eum locum ubi a contraria Terrae parte Soli in eadem linea opponitur, itaque maxime ab eo est remota) »tum enim »ὕπαυγος esse desinit, et fit orientalis a Sole, secundum »Astrologos. Ptolem. Lib. IV. τετραβίβλου. cap. περὶ »συναρμογῶν. Theon. in Arati *Phaen.* Plinius *Hist. Nat.* »II. 14. Interpretatio illa, quae ιέ μοίρας pro 15 diebus »accipit, locum habere non potest: quia tum Luna Soli »opponitur, et plenum lumen nobis obvertit: tantum ab- »est, ut corniculata appareat. De hoc Horapollinis loco, »quidam vir doctissimus, sic ad me: »Proponit auctor »»distantiam 15 partium, id est 15 graduum, non quod in »»illo positu duntaxat luna cornua sursum tendat; nam re

»» vera, quum primum illa, unico gradu a Solis conjunc»» tione discedit, statim respectu nostri cornua erigere in»» cipit, etiamsi nondum appareat: sed dum 30 diebus »» completis, ait, lunam deorsum inflexa gerere cornua; »» cum vulgo loquitur, quod integro mensi 30 dies tribu»» ere consuevit. Supponit autem Solem in eodem positu, »» quo supra, id est in Occidente, et Lunam ejus con»» junctionem appetentem; tunc enim Luna antequam »» Soli, in eodem longitudinis puncto jungitur, cornua »» sua deorsum inflectit.'''' De Pauw quoque μοίρας, *gradus*, non *dies* esse adnotavit, atque eodem modo vertit Requier. Lectionem Codd. Paris. A, Morell. et Aug. secuti sumus, quod ea melius convenit cum iis quae sequuntur: τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν π λ η ρ ώ σ α σ α ν. — Porro interpretes nonnulli ἐν τῇ ἀποκρούσει reddiderunt, *in occasu*; melius Trebatius, *cum occultatur*, Causs. *in senio*, et Requier, *lorsqu' elle est dans son declin*. Ἀπόκρουσις dicitur de Luna decrescente. Cff. Clem. Alex. *Strom.* VI. cap. 16. pag. 814. *Ed. Pott.* Alex. *Aphrod.* I. 66. Pro ἀνατολῇ fortasse erit legendum αὐξήσει, (nam haec vox usurpatur de *Luna crescente*, αὔξησιν λαμβάνοντος. Cff. Philo *de Mundi Opif.* pag. 23. Aristot. *de Mundo.* cap. 6. Tom. I. pag. 861. D. Aelian. de *Anim. Nat.* II. 35, XII. 13.) ut ita conveniat cum sequenti ἀποκρούσει; aut statuendum ἀνατολῇ, hoc loco, ut et in cap. superiori, indicari *exortum*, ita ut ἐν τῇ ἀνατολῇ significet idem quod *post lunam novam*; sed priorem rationem praetulerim. — In iis quae sequuntur, τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν πληρώσασαν, de Pauw recte adnotavit *aoristum* hic *Praesentis* significatione adhiberi. — Praecedentia, πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν, accipienda videntur non ut dicatur, *quando est quindecim partium*, sed, *donec est*

quindecim partium, *usque ad diem decimum quintum*, i. e. *donec est plena*. Sensus itaque totius loci hic erit: Lunam pingunt deorsum inversam (mensem significare volentes, quoniam dicunt eam, quando crescat, donec quindecim dierum partem orbitae suae perfecerit, (i. e. donec in oppositionem pervenerit) sursum erectis cornibus apparere; sed quando decrescat, quam diu numerum triginta dierum post quindecim illos priores compleat, deorsum cornibus vergi. — Animadvertendum autem, quae dicit hoc loco Horapollo, ea non nimis esse urgenda, quandoquidem Luna proprie cornibus tantum apparet, quando crescit, antequam facta est semiplena; et decrescens, quando septem posteriores dies periodi suae perficit. — Hoesch. et Requier recte observarunt numerum triginta dierum hic ex usu vulgari adhiberi, quum Luna, ut redeat ad conjunctionem, proprie tempus requirat 29 dierum cum dimidio; ipse Horap. cap. 10. accuratius hoc tempus indicat. *ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν* (i. e. *τὴν ἐννάτην καὶ εἰκόστην*) *νομίζει σύνοδον εἶναι σελήνης καὶ ἡλίου.*

Aegyptiis mensem luna picta significantibus, eadem causa fuit, quae reliquis populis, Graecis v. c. Romanisque, et hodiernis quoque mensem a Luna nominantibus. Varro, quem citavit Ideler, in *Enchir. Chronol.* II. pag. 88. »mensis" inquit: »a lunae motu dictus, dum a sole pro- »fecta rursus redit ad eum luna, quod Graece olim dicta »*μήνη*, unde illorum *μῆνες*, ab eo nostri." Plinius *Hist. Nat.* XVIII. 25, ante med. »centesima revolvente se luna." i. e. centesimo mense. — Porro Hieroglyphicum quod hic explicatur, confirmatur Aegyptiacorum monumentorum inscriptionibus. Cf. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* tab. gen. n. 238. a. addatur pag. 331 et 348 ejusdem operis, et in *Panth. Aeg.* expl. tab. 14. a. n. 9. ubi docet ex

monumentis: »ineuntem mensem Aegyptios indicasse luna »cornibus sursum versis; mensem finitum, luna cornua »deorsum flectente." Cf. explic. tab. 14. b. Lunae autem pro mense usurpatae hieroglyphicum vid. in tabb. nostris n. 25. — Annus Aegyptiorum in tres tempestates erat divisus: ver, aestatem, et hiemem; quaevis autem tempestas quatuor menses complectebatur; itaque cuivis mensis scribebatur signo tempestatis, ad quam pertinebat, cui inscribebatur hieroglyphicum mensis, luna inversa, additis uno, duobus, tribus vel quatuor punctis, lineisve, quibus indicaretur de quoto ejus tempestatis mense sermo esset. Cf. Kosegarten *de Prisca Aeg. Literatura* Comm. I. pag. 48, sqq. IJoung in *Additam. ad Gramm. Aeg.* Tattami, pag. 5. et inprimis Salvolini *Ep. I. ad Gazzeram.* pag. 30, et *Ep.* II. pag. 38, sqq.

ἰσχηματίσθαι] σχήματα et σχηματίζεσθαι saepissime adhibentur ad lunae diversas formas sive *phases* indicandas. Ita Alex. *Aphrod.* quem supra citavimus, I. 66. *ὁμοίως δὲ καὶ ἡ σελήνη σχηματίζεται.* Philo *de Mundi Opif.* pag. 23. *ἀφ' οὗ ἤρξατο σχήματος λαμβάνειν αὔξησιν αἰσθητῶς (ἡ σελήνη).* Clem. Alex. *Strom.* VI. pag. 813. *ἡ σελήνη λαμβάνει τοὺς μετασχηματισμούς.*

εἰς τὸ κάτω τοῖς κέρασι νεύειν] De Pauw et his et superioribus, Plinii locum (*Hist. Nat.* VIII. 54.) — (simias) »luna cava tristes esse, quibus in eo genere cauda sit, no»vam exultatione adorare" illustrari posse putat, atque *lunam cavam* esse docet, ubi cornua deorsum inflectat; citavit praeterea locum Varronis ex Lib. IV. *de Lingua Latina*, cui addatur ejusdem Plinii VIII. 17, med. » cres»centem in orbes, et cavantem pari modo cornua." Alia significatione menses dicuntur *cavi*, i. e. *pares*, quibus opponuntur *pleni*, i. e. *impares*; Graece: *μῆνες πλήρεις*

et κοῖλοι. Cff. quos laudavit Ideler in *Euchir. Chronol.* I. pag. 266. et II. pag. 32, sq.

Caput hoc quartum per paronomasiam explicandum putat de Goulianof: dialecto Sahidica *Luna* vocatur ⲡⲟⲟϩ, nomine sonitu et literis conveniente cum Coptorum ⲡⲟϩ (*terminus*, *finis*, *finire*, *pervenire*, *perficere*, quo igitur indicetur agi de *mense jam finito*) et ⲡⲟⲛϩ, (*vertere*, quod spectet *lunam deorsum versam*). Quum vero Horapollo indicare videatur Lunam sursum versam significare quindecim mensis partes, itaque mensis dimidium, observat de Goulianof *dimidium* Coptice dici ⲡⲁϣⲉ, quae vox ab eadem litera incipit atque ⲡⲟⲟϩ; praeterea ⲡⲱϣ significare *divisionem*, *fractionem*, et ⲡⲱϩ *frangere*, *rumpere* (*).

(*) De Goulianof eodem loco observat Lunam cornibus deorsum versam, in nominibus regiis hieroglyphicis valere literam ⲡ; quod unde petierit Vir Nobiliss. nescio; nisi fortasse spectaverit nomen reginae Aegyptiae, quod Champollion (*Ep. I. ad Ducem de Blacas.* pag. 17, tab. II. n. 1.) legit *Pooh-mes-nane-Atari*, cujus nominis prima vox *Pooh* signo hieroglyphico *Lunae cornibus deorsum versae* exprimitur. At eo loco lunae hieroglyphicum non est phoneticum, sed symbolicum, ipsum *Deum Lunum* ⲡⲟⲟϩ, indicans. Alio loco (*Ep.* II. pag. 44. sqq.) eidem hieroglyphico, in nomine regis *Amosis* tribuitur valor vocis ⲁⲁϩ vel ⲟⲟϩ; quod ipsum minus recte, ut videtur intellectum, Viro Nobiliss. Klaproth. (in opere, quod jam citavimus, *Examen critique* cet. pag. 159. sq.) ansam praebuit reprehendendi Champollionem tamquam in explicando hoc signo sibi non constantem. — Sed in legendo nomine reginae *Atari*, doctissimus hieroglyphicorum interpres nomini dei *Luni* praeposuit articulum masculini generis ⲡ, quod eo facilius ei licuit, quum priora illa tria signa titulum potius, quam ipsum reginae nomen contineant; in legendo autem nomine regis *Amosis*, quum lunae signum ad ipsum nomen pertinere videretur, articulum non addidit; recte autem ibi hoc signum legi ⲟⲟϩ, probavit ex papyro hieratica musei Taurinensis, ubi nomen dei *Ooh Thóouth* saepissime occurrit signis symbolicis indicatum; quibus praeposita sunt signa hieratica pho-

De *luna dimidiata*, symbolo Lunae planetae cf. Seyffarth. l. c. pag. 181, fine.

CAPUT V.

Ἔτος τὸ ἐνιστάμενον] Interpretem reprehendit de Pauw, vertentem *annum instantem*, et corrigendum putat, *ineuntem et inceptum*. Sed D'Orville *Criticae Vanni* p. 544. »*annum instantem*" inquit: »esse *annum*, quem vocant »*praesentem*, *currentem*, sciunt Latine docti. Faber meus »haec habet: *praesens* et *quasi urgens*. Quinct. V. 10. »» Praeteritum, instans, futurum." Nepos II. 1, 4. »de »» instantibus, ut ait Thucydides, verissime judicabat, et »» de futuris callidissime conjiciebat."" Add. Tacitus *Hist*. III. 36. » Praeterita, instantia, futura pari oblivione » dimiserat." Conf. quoque Drakenborch ad Liv. XXX. 12. et Ernesti *Cl. Cic.*

ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα] De hac mensura cf. Jomard in *Exposit. Rat. Metr. Vet. Aeg.* inserta *Descriptioni Aegypti* (*), Tom. VI. pag. 525, 535. sq. De quarta parte ἀρούρας, cf. pag. 366. et Gerard in *Comment. de Mensuris Agrariis Vet. Aeg.* in eodem opere, Tom. VIII. pag. 149.

βουλόμενοι οὖν ἔτος εἰπεῖν, τέταρτον λέγουσιν] Pierius et Requier, ad h. l. Scaliger *de Emend. temp.* III. pag. 195, 196. (ex Diod. Sic. I. cap. 50. pag. 59. *Ed. Wessel.*) putant Aegyptios jam antiquitus usos fuisse duplici anno-

---

netica ipsas illas literas ⲁⲁϩ vel ⲟⲟϩ efficientia. Universe in libro illo Klaprothium iniquissime de Champollionis doctrina judicasse, vel leviter inspicienti, facile patebit.

(*) *Grande Description de l'Egypte.*

rum computatione: altera *canicularium*, *solarium* sive *annorum Dei*, efficientium periodum annorum quatuor; altera annorum communium, quos *quadrantes* vocaverint, utpote quartam partem *annorum Dei* efficientes. Scaliger alio loco (*Isagogic. Canonum.* pag. 243, 244.) statuit sacerdotes Aegyptiorum quotannis intercalasse diei quartam partem, itaque annum nunc a vespera, nunc a media nocte, alias a mane, alias a meridie inchoatum fuisse. — Gatterer in *Adumbratione Chronologiae* (*) pag. 233. ex eodem Diodori loco, coll. Strabonis XVII. pag. 1171, et ipso hoc capite Horapollinis, statuendum putat, Aegyptios quarto quoque anno unum diem intercalasse. — Bainbridgius, *Canicul.* pag. 26, De la Nauze, in tractatu Gallice scripto, *Historia Calendarii Aegyptiaci* (commentariis *Acad. Inscript.* Tom. XIV. pag. 351. inserto), Frerret in *Operibus Omnibus.* Tom. X. pag. 36. statuunt Aegyptios usurpasse *annum vagum*, secundum quem festa et sacra ordinarentur; et *certum* atque *immobilem* incipientem ab exortu Sirii, secundum quem opera agrestia instituerentur. — Contra Dupuy putat Aegyptios, Herodoti et Platonis aetate, et usque ad Saeculum IV. ante Christum, differentiam ignorasse *annum vagum* inter et *certum*. — Larcher in *Comm. de Phoenice*, inserto Opp. *Instit. Reg. Franc.* quadrantis illius diei intercalationem, sub Ptolemaeo Philadelpho ab Astronomis Alexandrinis statuit fuisse inventam. — Horum omnium opinionibus sese opposuit Ideler in opere, quod saepius laudavimus, *Encher. Chron. Math. et Techn.* Vol. I. pag. 127—140, in ejusdem operis *Compendio* (†) pag. 52, sqq. et in opere *de*

(*) *Abriss der Chronologie.* Götting. 1777.

(†) *Lehrbuch der Chronologie.* Berlin. 1831.

Observ. Astron. Veterum. pag. 76, sqq. — Scaligeri, Bainbridgii, Nanzii, Frereti argumenta infirmari putat loco Censorini *de Die Natali.* 18. »Ad Aegyptiorum vero an»num magnum luna non pertinet, quem Graece *κυνικὸν*, »latine canicularem vocamus, propterea quod initium il»lius sumitur, cum primo die ejus mensis, quem vocant »Aegyptii Thoth, caniculae sidus exoritur. Nam eo»rum annus civilis solos habet dies CCCLXV, sine ullo inter»calari. Itaque quadriennium apud eos uno circiter die »minus est, quam naturale quadriennium; eoque fit ut »anno MCCCCLXI ad idem revolvatur principium. Hic an»nus etiam *ἡλιακὸς* a quibusdam dicitur, et ab aliis *ὁ θεοῦ* »*ἐνιαυτός.*" Ex hoc loco patet *θεοῦ ἐνιαυτῷ* aliam significationem a Censorino, optimo hac in re auctore tribui. Locis vero Diodori et Strabonis, quibus viri illi doctissimi sententiam suam munire conati sunt, tantum tradi putat Ideler, Thebanorum sacerdotes cognovisse annum civilem Aegyptiorum, secundum Solis cursum sex horis esse breviorem; Horapollinem denique antiquioribus Aegyptiis tribuisse, quae apud posteriores demum obtinuerint.

Quod adtinet ad reliquorum Dupuyi et Larcheri opiniones, iis adversari putat Strabonem *Geogr.* XVII. pag. 1160. docentem »Eudoxum atque Platonem a sacerdotibus Helio»politanis cognovisse partes diei et noctis, praeter 365 dies, »cuivis anno addendos" et Herodoti locum II. 142. *ἐν τοίνυν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἔλεγον ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι· ἔνθα τε νῦν καταδύεται, ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι· καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι.* Quem locum ab interpretibus non intellectum, traditionem ab Aegyptiis cum Herodoto communicatam, sed ab hoc scriptore minus recte intellectam continere putat Ideler l. c. pag. 128. sq. Aegyptiorumque sacerdotes indicasse, tem-

pore 11340 annorum, solstitium et brumam octies solitis anni Aegyptiaci diebus incidisse, (i. e. iis diebus quibus tunc, tempore Herodoti, inciderent,) octies vero solstitium die, quo nunc bruma, et brumam quo nunc solstitium, accidisse; itaque hac periodo octies annum canicularem fuisse absolutum. — Postea quum Caesar, A°. A. C. 45. ope usus Sosigenis Alexandrini, novam Chronologiae rationem, qua quarto quoque anno dies intercalabatur, induxisset, mutatis quibusdam, eam receperunt quoque Alexandrini et Christiani Aegyptii, reliquis annum vagum retinentibus, donec tandem, ineunte saeculo V, Caesaris ratio ubique in Aegypto recepta fuit. Certe Macrobius *Saturn.* I. 15. eam tantum memorat; ejus quoque mentio invenitur apud Clem. Alex. et Anatolium. Cf. Ideler l. c. Vol. I. pag. 140, sq. et in opere *de Observ. Astron. Veterum.* pag. 115, 131 et 132. — Caeterum jam Caussinus dubitavit, utrum re vera apud Aegyptios annus ille intercalaris in usum civilem fuerit receptus, atque dicit talem exstitisse » si non ex civili ratione, saltem ex arcana sacerdotum observatione."

κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς Σώθεως, μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς, τέταρτον ἡμέρας προςτίθεσθαι] Praep. *κατὰ* cum accusat. hic opponitur alteri *μέχρι*, ita ut significare videatur *a* vel *ab*, *locum* et *terminum a quo incipiatur*; sed tunc requirit genitivum. Cf. Matthiae *Gramm. Graec.* §. 581. a. Casaub. ad Strabonem pag. 139. atque ita quoque usurpatur a scriptoribus Novi Testamenti. Itaque fortasse pro *τὴν ἀνατολὴν* mutandum *τῆς ἀνατολῆς*; aut accusativus ita explicandus, ut pendeat a verbo *προςτίθεσθαι*, et sensus sit: *quoniam tradunt, ad spatium ab exortu astri Sothis, usque ad sequentem exortum, quartam diei partem addi.*

ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ θεοῦ, τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε

ἡμερῶν, καὶ τετάρτου] Voces *καὶ τετάρτου*, quamquam in Codd. non leguntur, addidimus praeeuntibus Salmasio ad Solin. pag. 389. de Pauw in adn. ad h. l. et Idelero in Opere de *Observ. Astron. Vet.* pag. 99. nota 1. nam annus solaris non est 365 tantum dierum, sed accedit quarta diei pars. Fortasse nota, qua pars illa quarta fuerat indicata, ab imperitis, tamquam calami ductus supervacaneus et fortuitus fuit neglectus, veluti conjicit de Pauw. — *Annus Dei* hîc intelligitur *annus solis*, 365¼ dierum. Sic infra, cap. 10, ante fin. *ὑπεκτείνονται μὲν γὰρ κατὰ πρωΐ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἀνατολήν*. Cap. 11. post in. *ἐν δύσει δὲ τοῦ θεοῦ ὑπάρχοντος*. Cap. 35, fine. *ὑπὸ τῆς θερμότητος τούτου τοῦ θεοῦ*. Cf. Wessel. ad Herod. II. cap. 24. ubi docet Θεὸν de Sole esse tritissimum. Alio modo Censorinus, qui, ut vidimus supra, (*de Die Nat.* cap. 18.) periodum annorum naturalium 1460, Aegyptiacorum vero 1461, *τὸν θεοῦ ἐνιαυτὸν*, vocari docet *κυνικὸν*, vel *ἡλιακὸν*, a Syncello *κυνικὸν κύκλον*, a Chalcidio annum *κυνικὸν*, a Clem. Alex. *Strom.* I. pag. 410. *Ed. Potteri σωθιακὴν περίοδον* vocatam. Sothiaca periodus appellabatur ab astro ejusdem nominis, eaque finita, hoc sidus iterum exoriebatur primo die mensis *Thoth* dicti. Cf. Ideler *de Observ. Astron. Vet.* pag. 95. et in *Enchir. Chron.* I. pag. 127, 128. Caeterum cf. infra II. 88. *τὸ δὲ ἔτος κατ' Αἰγυπτίους τεσσάρων ἐνιαυτῶν*, ubi quae dicuntur, ut in hoc capite, intelligenda sunt de Aegyptiis recentioribus.

τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει] Hoesch. et de Pauw ediderunt, *τὰ δὲ* cet. quod et ipsum retineri possit; nam particula *δὲ* saepe ponitur apud scriptores Graecos, ubi *γὰρ* exspectaveris, eodem modo atque Latinorum *autem*, pro *enim*. Cf. Herm. ad Vigerum pag. 845. Stalbaum ad Plat. *Gorgiam* pag. 461. D. cap. 16.

Hieroglyphicum hoc monumentis nondum confirmatur: sed si statuamus Horapollinem res confundentem cogitasse hieroglyphicum quo prima anni tempestas indicatur (vid. tab. nostr. n. 26), et pro: ἔτος — γράφοντες, τέταρτον ἀρούρας γράφουσιν, scribere potius voluisse aut debuisse: ἔτους τρίτον γράφοντες ἄρουραν γράφουσιν, confirmationem horum verborum habebimus in signo illo hieroglyphico, quod repraesentare videtur portionem agri floribus arboribusve instructam. Cf. Salvolini Ep. II. pag. 30. (*).

De Goulianof op. cit. pag. 24, 25. rejecta Horapollinis explicandi ratione, putat Aegyptios annum, sive quartam partem anni Sothiaci indicasse quarta parte ἀρούρας, quoniam utraque vox in Aegyptiorum lingua ab eadem litera ϲ, incipiat: *Campus* enim Aegyptiace ϲⲱϣⲉ, *campus cultus* ϲⲉⲑⲓⲟϩⲓ, *astrocyon* vero, a quo annus Sothiacus nomen accepit, ϲⲱⲑⲓϲ. Quod autem Horapollo addit, ἄρουραν continere centum cubitos, iterum explicat ex doctrina sua acrologica: *centum* Coptice ϣⲉ, *cubitus* ϣⲟⲡ dicitur, vocibus a litera ϣ, pronuntiandi ratione a ϲ non discrepante, incipientibus.

Seyffarth. pag. 174, fine: *palmam* Solis symbolum putat; quoniam hic sit anni dominus.

CAPUT VI.

Ἢ νίκην] Merc. in editione cujus textum initio secutus est, non invenisse videtur voces, ἢ *Ἄρεα* ἢ *Ἀφροδίτην*, et versiones omnes Latinae, ut et Pierius in Graeco contextu, eas omiserunt. Quoniam de Marte et Venere per accipitres indicatis, hoc capite nihil amplius dicitur, ejusque prouti reliquarum hujus avium notionum explicationem hic

(*) Observationem hanc debeo Viro Clar. Reuvens.

non videmus, sed capite 8. dedita opera de hoc hieroglyphico agitur, uncis ea inclusimus; inde enim errore hue videntur translata.

θεὸν βουλόμενοι σημῆναι] Non opus est ut hic cum Pierio *θεὸν*, *Solem* intelligamus, nam et universe cujuscumque dei symbolum hoc animal fuisse videtur. Cf. Champoll. in *Descript. Musei Caroli X*. pag. 39. B. 4-14. Deos singulos singulas habuisse sibi accipitrum species dicatas docet Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 4. Accipitres tanto in honore habebantur apud Aegyptios ut si quis sive sponte, sive invitus, talem avem occidisset, morte puniretur. Cf. Herod. II. 65. fine; idem cap. 67. tradit accipitres mortuos in urbe Buti fuisse sepultos. — Praeter rationes, quas ex hoc Horapollinis loco colligere possumus, alias quoque hujus animalis cultûs tradit Diod. Sic. I. cap. 87. Aegyptios putasse ab iis necari serpentes, aliaque animalia noxia et praeterea ex iis auguria capi; fuisse quoque qui dicerent vetusto tempore accipitrem librum Thebas adtulisse, in quo de deorum cultu et honoribus iis habendis praeciperetur, et propterea sacros scribas hujus avis pennam in capite gestare. Add. et Aelian. *de Nat. Anim.* X. 14. Caeterum cff. Porph. *de Abstin.* IV. 9. pag. 326. Jambl. *de Myst.* VI. 3. Jablonski *Panth. Aeg.* I. pag. 158, 206. Millin *Monum. Ined.* I. pag. 385. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 10, 11, 14. F, 15, 24, 26, 27. Matter *Hist. Crit. Gnost.* II. pag. 19, quos citavit Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium.* Ep. II. pag. 20 et 21. — Scriptor Arabs, Ahmed-ben-Abubekr, tradit *accipitrem* indicasse *Deum omnia nutrientem.*

διὰ τὸ πολύγονον εἶναι τὸ ζῶον καὶ πολυχρόνιον] Aristot. *Hist. Anim.* VI. cap. 1. Vol. II. pag. 323. B. narrat accipitrum genus, quod *κέγχρεις* contineat, avium quibus

adunci ungues sunt, plurima ova parere. Aelian. *de Nat. Anim.* X. 14, fine: *λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοι καὶ εἰς ἑπτακόσια ἔτη βίου προήκειν τὸν ἱέρακα.*

εἴδωλον ἡλίου] Plutarch. de *Is. et Os.* cap. 51. pag. 371. E. *Γράφουσι καὶ ἱέρακι τὸν θεὸν τοῦτον πολλάκις· εὐτονίᾳ γὰρ ὄψεως ὑπερβάλλει, καὶ πτήσεως ὀξύτητι, καὶ διοικεῖν αὑτὸν ἐλαχίστῃ τῇ τροφῇ πέφυκε.* Euseb. *Praep. Euang.* III. 10, aute finem. *κατέλαβόν τισι τῶν θεῶν προςφιλῆ τῶν ζώων τινὰ μᾶλλον ἀνθρώπων ὡς Ἡλίῳ ἱερὰ, καὶ σύμπασαν μὲν τὴν φύσιν ἐξ αἵματος ἔχοντα καὶ πνεύματος.* Cf. et III. 12. med. Clem. Alex. *Strom.* V. cap. 7. pag. 671. *ὁ δὲ ἱέραξ ἡλίου* (symbolum est), *πυρώδης γὰρ καὶ ἀναιρετικός.* Aelian. *de Nat. Anim.* X. 24. scribit Tentyritas sanctissime coluisse accipitres, utpote cum igne comparatos. Idem II. 43, VII. 9, X. 14. accipitres, et XII. 4. eorum, qui Perdicarii et Ocypteri vocarentur, praecipue Apollini fuisse dicatos asserit. Homerus *Od. O.* vs. 526. eam avem nominat *Apollinis celerem nuntium*, ubi cf. Eustathius. De hujus avis oculorum acie, qua solem firmiter intueri possit, cf. Aelian. *de Nat. Anim.* X. 14. Addatur Jablonski *Panth. Aeg.* I. pag. 158, 206. — Caeterum monumenta Aegyptiaca confirmarunt deum Phre sive Solem, per accipitrem fuisse indicatum. Cf. Champoll. in libro *de Hierogl. Vet. Aeg.* tab. gen. n. 69. et in *Descript. Musei Caroli X.* pag. 43. B. 157, pag. 18. A. 291, sqq. et tab. nostrae n. 27. a–h.

ὀξυωποῦν] *Intentis oculis adspiciens.* Infra cap. 40. *ὁ κύων — εἰς τὰ τῶν θεῶν εἴδωλα ὀξυωπεῖ.*

τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ] De Hieracia, cf. Plinius *Hist. Nat.* XX. 7, et XXXIV. 11, fine.

ὕψος δὲ] Eusebius *Praep. Euang.* III. cap. 12, med. *φωτὸς δὲ καὶ πνεύματος ἱέραξ αὐτοῖς σύμβολον, διά τε τὴν ὀξυκινησίαν, καὶ τὸ πρὸς ὕψος ἀνατρέχειν, ἔνθα τὸ φῶς.*

εἰς ὕψος πέτεσθαι προαιρούμενα] Verbum προαιρεῖσθαι plerumque significat *eligere*, *praeferre*, addita saepe praepositione ἐκ (cf. Xenoph. *Memorab.* III. 9. §. 4.) vel ἀντὶ (*Cyrop.* V. 2. §. 12.); etiam *malle* addito μᾶλλον (*Memorab.* IV. 2. §. 9.). Significat quoque *animi propositum* (*Memorab.* II. 1. 2.) et apud Alexandrinos saepe *voluntatem* indicat. Hesychius προαιρεῖται explicat: προείλετο, ἐπελέξατο, ἠθέλησεν, et sic quoque Suidas. Infra iterum occurrit cap. 14, fine. μόνον δὲ τοῦτο εἰς ὃν τόπον προῄρηται πορευθῆναι, κολυμβᾷ. Ea tamen significatione ab antiquioribus scriptoribus usurpatum fuisse non videtur.

ὑπεροχὴν δέ] Videtur scriptor hic, ut et infra ubi νίκην, et in cap. 8. ubi Ἄρεα per *accipitrem* Aegyptios significasse ait, avem hanc confudisse cum *Vulture volante*, *et victoriae insignia unguibus tenente*. Cf. infra cap. 11. ad vocem πρόγνωσιν. Certe *victoriae* significatione *accipiter* in monumentis Aegyptiacis nondum apparuit.

πρὸς τοῦτο χωρεῖ] De Pauw censet πρὸς τοῦτο esse referendum ad accipitrem, et ex praecedentibus intelligendum τὸ ζῶον; reprehendit eum Requier, qui vertendum putat: *ita etiam*. Qui vertunt *eodem modo*, *eadem ratione*, verba illa referunt ad ἀδυνατοῦντα κατευθὺ χωρεῖν; sed iis hic carere possimus, quod aliorum Codicum inspectio fortasse docebit, et eorum transpositio in Cod. Paris. C. et in Ald. probare videtur.

ἐπειδή φασι τοῦτο τὸ ζῶον ὕδωρ μὴ πίνειν ἀλλὰ αἷμα] Aelian. l. c. σαρκῶν δὲ ἥδεται βορᾷ, καὶ πίνει αἷμα, καὶ τὰ νεόττια ἐκτρέφει τοῖς αὐτοῖς.

καταδυναστεύηται] *opprimatur*. Verbum καταδυναστεύειν significat *per vim opprimere*, *dominari*. Hesych. καταδυναστεύω· βιάζω. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 41, fine. pag. 367. D. τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν,

ὅπερ ἐστὶ καταδυναστεῦον ἢ καταβιαζόμενον. add. cap. 49, fine. pag. 371. B. ubi eadem verba conjunguntur. Cf. in primis Wessel. ad Diod. Sic. XIII. 73, fine. Vol. I. pag. 599.

ὑπτιάσας ἐν τῷ ἀέρι] Aelian. l. c. X, 14. καὶ ἀνάπαλιν μέντοι πέτεσθαι τὸν ἱέρακα οἱ ἰδόντες φασὶν, ὡς ἐξ ὑπτίας νέοντα. — Pro ἐν τῷ ἄνω, de Pauw corrigendum putat ἐς τὸ ἄνω, et confert ex cap. 4. εἰς τὸ κάτω νεύειν, et πρὸς τὸ ἄνω ἐσχηματίσθαι, aptius tunc quoque sequi putans, καὶ τὰ ὀπίσθια εἰς τὸ κάτω. — De pugna accipitrem inter et aquilam, Plinius *Hist. Nat.* X. 8, fine: »Bellum »internecinum gerit cum aquila, cohaerentesque saepe pre»henduntur."

εἰς ἧτταν ἔρχεται] *Ad cladem venit*, i. e. *vincitur*, *superatur*.

Klaproth in Ep. I. ad de Goulianof *de Inventis Hieroglyphicis Acrologicis*, pag. 23, 24. caput hoc, et undecimum, in quo de vulturis significatione hieroglyphica agitur, quodammodo confudit, significationes quasdam ad accipitrem referens, quae ad vulturem secundum Horapollinem pertinent; quaeque ab hoc de vulture dicuntur, accipitri tribuens; ita ex doctrina acrologica *accipitrem* indicare putat: *Deum*, *matrem*, *visum*, *limitem*, *coelum*, *misericordiam* et *Minervam*, quoniam omnes hae voces ab eadem litera ⲛ incipiant: *accipiter* ⲛⲟⲩϣⲉⲣ, *Deus* ⲛⲟⲩϯ, *mater* ⲛⲁⲕϩⲓ, *visus* ⲛⲁⲩ, et *Minerva* ⲛⲏⲓⲑ. De reliquis significationibus, quas minus recte (prouti observavit Champoll. in *Ephemeridibus*, quas in Prolegg. laudavimus) ad vulturem retulit, videbimus ad cap. 11.

De *accipitre*, Solis planetae symbolo Seyffarth. l. c. pag. 155. post med.

—

CAPUT VII.

"Ἔτι γε μὴν] Merc. in secunda editione, Trebatius in versione, et Pierius, hoc caput cum praecedenti jungunt; Ald. et reliqui novum incipiunt; recte, ut videtur, quandoquidem in superiori capite animae nulla facta est mentio.

καλεῖται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ βαιήθ] Neque in inscriptionibus hieroglyphicis, neque in Coptorum libris *accipiter* βαιὴθ vocatur; sed Jablonski in *Panth. Aeg. Prolegg.* pag. CXXXVII. docet speciem aliquam accipitrum dictam fuisse ʙⲁɪ, addens »Vocem hanc pro *anima* sumtam, symbolicam esse, et ex dialecto sacerdotum petitam;" idem dicit Opusc. I. pag. 47. Klaproth in Ep. I. *de Inventis Hierogl. Acrolog.* pag. 12. avem eam Coptice ʙⲁⲓⲥ, sive ʙⲏϫ vocatam fuisse putat; quam posteriorem vocem, ut veram admittit, et ex inscriptionibus hieroglyphicis probat Champoll. in hujus Epistolae *Recens.* inserta *Ephem.* quas supra laudavimus pag. 297. — Animam significari per accipitrem, capite humano barbato, vel sine barba, secundum serum, docet Champoll. in *Descript. Musei Caroli X.* pag 39. B. 40—49. et in Op. de *Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 399. nota 1. (Cf. tab. nostra. n. 28. *a*, *b*, *c*, et *d*). Eodem modo animas indicarunt postea Gnostici; cf. Matter *Hist. Crit. Gnostic.*. tab. II. fig. 4, ubi duae ejusmodi animae Scarabaeum adorant, cf. Explic. tab. pag. 41. — Vocem ʙⲁɪ Coptice *animam* significasse monent Jablonski *Opusc.* I. pag. 47. (scribendum putans ʙⲁϩɪ, i. e. *longaevum*), Klaproth in Ep. et Champoll. in Op. *de Hierogl. Vet. Aeg.* ll. cc. — *Cor* Aegyptiace vocatur ϩⲏⲧ, eaque voce, ab interpretibus Graecorum νοῦν, *mentem rationalem*, fuisse versam, quoniam Cor esse mentis sedem existimarent, indicat Jablonski in *Prolegg.* ad *Panth. Aeg.* pag. CXXXVII.

Cff. quoque ejus Opusc. I. p. 79. Klaproth et Champoll. ll. cc.

ψυχῆς περίβολος] Cicero *Tusc. Disp.* I. 9: »aliis cor »ipsum animus videtur, ex quo *excordes*, et *vecordes*, »*concordesque* dicuntur; et Nasica ille prudens bis consul, »*Corculum*; et

»»Egregie *cordatus* homo catus Aelius Sextus""

Stoici animi sedem in corde esse putabant; sic et Diogenes, Parmenides, Epicurei, Hippocrates aliique medici. Cff. quos ad Ciceronem l. l. citavit Davisius. In primis Plutarchus *de Plac. Philos.* III. 4. — Diogenes Laërtius VIII. 1. §. 30. tradit Pythagoram docuisse trium mentis humanae partium (quae sunt νοῦς, φρένες et θυμός), θυμὸν inesse cordi, reliquas duas partes in cerebro constare; inde fortasse repetendum, quod narrat Diogen. Laërt. ib. §. 19. eum jussisse καρδίας τε ἀπέχεσθαι. Cf. quoque Gregorius Nyssenus, *de Anima* Vol. II. pag. 924. B. *ed Paris.* 1615. (*) — In seqq. ψυχὴ ἐγκαρδία dicitur, veluti infra, cap. 13. θεὸς ἐγκόσμιος. —

ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἱέραξ διὰ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν] Aldinam lectionem: ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἱέραξ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθὲς, de Pauw ita explicat, ut τὸ dicatur pro ὃ, et sensus sit: *unde et accipiter, quod plane cum anima consentit, aquam* cet; conjunctionem καὶ, quae in Codd. nonnullis editionibusque legitur, rectius omitti jam indicavit de Pauw.

ᾧ καὶ ἡ ψυχὴ τρέφεται] Ita esse legendum pro altero ὡς καὶ ἡ ψυχὴ, cet. jam conjecit Merc. et confirmarunt nunc Codd. Pariss. tres. — Animum sanguine nutriri ex

(*) Tractatum hunc *de Anima* minus recte Gregorio Nysseno adscriptum, contra a Nemesio fuisse compositum docet S. P. Heijns in *Disput. de Gregorio Nysseno.* pag. 86. —

doctrina Pythagorae do[...] [...]ce concordiae symbolo,
fine. Empedocles a[...] [...]nuptiis, ἐκκορηκορώνη
nem: [...] corrigendum putat,
Αἷμα γὰρ ἀνθ[...] [...]significari: » de-
[...]n opinio[...] [...]uxorem fidissi-
[...]em d[...] — Hadrianus
[...]ius[...] [...]ρῃ κορώ-
[...]νη. —
[...]yttenb. in[...] [...]Co-
pag. 527. — Dubitari p[...] [...]ve-
Apolline Aegyptiis tribuantur, quae p[...]
pertineant, quum satis tritum sit in inscriptio[...]
pulcralibus: εὐψύχει, sive εὐψύχι μετὰ τοῦ Ὀσίριδος. [...] δώη σοι ὁ Ὄσιρις τὸ ψυχρὸν ὕδωρ. Sed fieri potest, ut hoc votum de anima mortui frigida aqua satianda, Aegyptiis Graecorum demum commercio innotuerit: in horum enim lapidibus sepulcralibus illud occurrere docet inscriptio, quam edidit Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* pag. 173, in cujus fine legitur: ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ μεταδούς. (*). — Neque a veri similitudine abesse videtur, Pythagoram sententiam de animis sanguine nutritis, cum tot aliis suae philosophiae partibus, ab Aegyptiis acceptam cum Graecis communicasse. Huic autem rei non obstare puto, quod in picturis mumiarum loculorum, papyrorum, aliorumque monumentorum saepissime occurrit corpus mortui, supra quod Anubis aquam effundit; hoc enim nihil aliud est quam mumiae consecratio atque purificatio; neque, quod in iisdem saepe pingitur animus mortui a dea Netphe, prope arborem mysticam, hujus fructus et potum divinum accipiens: nam, praeterquam quod hujus repraesentationis significationem

(*) Cf. Böttiger, *Archäologie der Malerei* pag. 70. sq.

Cff. quoque ejus Opusc. I. p. 79. K… …ucimus, nihil im-
ψυχῆς περίβολος] Cicero Tu… …m doctrina ani-
»ipsum animus videtur, ex c… …fuisse, sive in
»*concordesque* dicuntur; et … …de, habitasse,
»*Corculum*; et … …here, secu…
»»Egregie *cordatus* … praece…
Stoici animi sedem in c…
Parmenides, Epicurei …
quos ad Ciceronem l. …
de Plac. Philos. I…
tradit Pythagora… …Quae hîc dicuntur,
(quae sunt νοῦς … …ur et ex historia naturali,
liquas duas p… …Venerem ab Aegyptiis per ac-
tendum, qu… …docent monumentorum inscriptiones
καρδίας κε… …caput tantum avis depingendum cura-
Anima … …ae deae *Hathor* nomen hieroglyphicum,
seqq. … 28.* a). Cf. Champoll. in *Panth. Aeg.* ad
ἐγκάσ…

ὀ… …νιζομένη] Proprie *examinata*, *explorata*: sed hoc A' verbo honesto *coitum* significat, ut animadvertit de …auw, qui Hesychii verbis: βασαγικόρος (vel, ut legendum putat, βασανικόρος) ὁ θᾶσσον συνουσιάζων, παρὰ Ἱππώνακτι. hanc significationem probari putat. De accipitrum in foeminas amore cf. Aelian. de *Nat. Anim.* II. 43. Ἔστι φῦλον ἱεράκων — καὶ ἕκαστός ἐστι δεινῶς φιλόθηλυς, καὶ ἕπεται κατὰ τοὺς δυσέρωτας, οὐδὲ ἀπολείπεται. Εἰ δὲ ἡ γυνὴ ἀπέλθοι που παραλαθοῦσα, ὅδε ὑπεραλγεῖ καὶ βοᾷ, καὶ ἔοικε λυπουμένῳ ἐρατικῶς εὖ μάλα.

παραπλησίως γὰρ τῷ ἡλίῳ — ἀποδίδωσιν] Qualis tam frequens solis conjunctio hic indicetur non perspicio, fortasse intelligitur tempus triginta fere dierum, qui intersunt inter duas solis et lunae conjunctiones.

δύο κορώνας … VI. 8, … ice concordiae symbolo,

… pag. 411. A. … nuptiis, ἐκκορηκορώνη

… 6, VII. 7, … corrigendum putat,

… 43 fine … ut significari: » de-

… qu… uxorem fidissi-

… — Hadrianus

… κόρη κορώ-

… mina. —

… a Co-

… quibus, qu… Thee-

… de

ἄνδρα καὶ γυναῖκα]. Ὡς inter… scilicet; cf. Schleusneri Lexicon, et q… Raphelii Adnot. Xenoph. pag. 240, et Wolfii Cur. et Philolog. in N. T. Tom. II. pag. 648. Saepe qu… abundare videtur et sine orationis detrimento omitti potest, ut monuit Hemsterh. ad Lucianum Tom. I. pag. 394, citatus a Koenio ad Gregorium de Dialectis pag. 31. Cf. quoque Sturzii Lexic. Xenoph. Vol. IV. pag. 615, sqq.

Ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ ὅπερ σπανίως γίνεται, δύο ἀρσενικὰ, ἢ δύο θηλυκὰ, κ. τ. λ.] De Pauw haec depravata putat et negationem inserendam: ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ, οὐκ, ὅπερ σπανίως γίνεται, κ. τ. λ. atque ita quae sequuntur: τὰ ἀρσενικὰ τὰς θηλείας γαμήσαντα, referre videtur ad cornicum pullos; sed pertinent haec ad ipsas cornices, quum pluralis adhibeatur pro singulari: *Postquam vero pepererit, quod raro accidit, duos masculos aut duos foemineos* (pullos), *mas, qui cum foemina* (illa quae pullos istos pepererat) *conjunctus fuit, non amplius sese conjungit cum alia cornice, neque foemina* (illius) *iterum cum alia cornice sese conjungit, usque ad mortem*, cet. ita ut τὰ ἀρσενικὰ τὰς θηλείας γαμήσαντα, ponatur pro ὁ ἀνὴρ τὴν θήλειαν κορώνην γαμήσας. — Pro οὐδὲ μὴν ἡ

θήλεια ἑτέρᾳ κορώνῃ, aliam praefert Aldi lectionem de Pauw, *οὐδὲ μὴν ἡ θήλεια κορώνη ἑτέρᾳ.* Fortasse vox illa *κορώνῃ* ex superioribus huc tracta fuit, aut ex aliqua adnotatione e margine in textum irrepsit.

μιᾷ κορώνῃ συναντήσαντες, οἰωνίζονται οἱ ἄνθρωποι] Aelian. *de Nat. Anim.* III. 9. *οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες, οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀττεύουσιν εἶναί φασιν, εἰ ὑπακούσοιτο κορώνη μία.* — Hodie etiam in ditione Tunetensi boni ominis habetur, si quis duabus cornicibus occurrat; prouti memorat Vir Nobiliss. Borgia in *Itinerario MS.* §. 595 (*).

μέχρι νῦν οἱ Ἕλληνες ἐν τοῖς γάμοις· ἐκκορί. κορί. κορώνη. λέγουσιν ἀγνοοῦντες] Mercerus »*ἐκκορί* simpliciter »verbum fuisse putat, quo Graeci perpetuam concordiam »in nuptiarum celebratione conjugibus optarent, ejus ta»men nominis rationem ignorantes;" ita ut *κορί* significaverit *κορώνην;* atque eodem modo accepisse videntur Hoesch. Pierius, et Kircherus quoque, qui hunc Horapollinis locum citavit in *Prodr. Copt.* pag. 149; ubi dicit *corniccm* Aegyptiace ⲡⲓⲕⲟⲣⲓ dictam fuisse. — Kühnius ad Pollucem Lib. IX. cap. 7. segm. 125. scribendum esse dicit, *κόρει κόρει κορώνη·* eamque »solemnem fuisse formulam in nup»tiis, qua faustum nubentibus omen a cornicis nomine pe»terent, praemissis *κόρει κόρει*, tamquam *παραχρήσει* vocis »*κορώνη*, sine ulla nova significationis accessione." - Pierius

---

(*) Autographa Borgiae, diversa ejus itinera per regionem Tunetensem, ejusque regionis descriptiones continentia, regis nostri liberalitate emta, jam una cum MSS. Humbertii (qui multos annos in ea regione degit) apud Vir. Cl. Reuvens sunt deposita, et ab hoc sumtibus publicis edentur, plurima eaque gravissima continentia de historia, de geographia atque de antiquitate partis illius Africae, incolarum invidia et barbarie hodie fere prorsus incognitae.

Hierogl. XX. 28. ubi agit de cornice concordiae symbolo, Graecos dicit »secundum Philippum in nuptiis, *ἐκκορηκορώνη* »clamitare consuevisse" — De Pauw corrigendum putat, *ἐκκόρει κόρε κορώνην, λέγουσι εὐνοοῦντες.* et significari: »*de-»virgina puer cornicem*, i. e. habeas tibi uxorem fidissi-»mam, ab omni impudicitia plane alienam." — Hadrianus Junius *Animadv.* Lib. I. cap. 1. legit: *ἐκκόρει κόρη κορώνην.* idque vertit: *everre virgo cornicem atque elimina.* — Causs. *exsatura o puella cornicem.* citans carmen a Coronistis stipem cornici petentibus cani solitum, et ex Phoenice Colophonio apud Athenaeum servatum. — Aelian. *de Nat. Anim.* III. 9. dicit: *ἀκούω δὲ τοὺς πάλαι καὶ ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν, σύνθημα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς συνιοῦσιν ἐπὶ παιδοποιΐᾳ, διδόντες.* idque confirmat Gregorius Nazianzenus, (quem laudavit Junius *Animadv.* l. c.) Politianus in *Miscell.* cap. 67. Coelius Rhodig. cap. 18, 19. Alex. ab Alex. cap. 5. §. 2.

In primis ad hunc locum facere videtur, quem laudarunt quoque Hoesch. et Causs. Scholiasta Pindari ad *Pyth.* III. 32. Dicitur ibi Coronis, postquam ex Apolline gravida facta esset, noluisse accedere *ad epulas sponsales, neque ad omnisonorum hymenaeorum clamorem,*

— ἅλικες
Οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
Ἑσπερίαις ὑποκου —
ρίζεσθ᾽ ἀοιδαῖς.

Ad ea scholiastes, prouti eum digessit atque restituit Boeckhius in ed. Pindari carminum Tomo II. pag. 350. *τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς· εἶπε διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν. σὺν κούροις τε καὶ κόραις. Αἴσχυλος Δαναΐσι.*

Κἄπειτ᾽ ἄνεισι λαμπρὸν ἡλίου φάος
Ἕως τ᾽ ἐγείρει πρευμενῆς τοὺς νυμφίους
Νόμοισι θέντων σὺν κόροις τὲ καὶ κόραις.

καὶ τῷ βίῳ προτρέποντες ἔνιοί φασιν· Ἐκκόρει, κόρει κορώνας. i. e. *etiam in vita communi adhortantes nonnulli dicunt: exorna, orna cornices*, ita Boeckhius; antea legebatur: *καὶ τῷ βίῳ, ἀκορεῖ ἀντὶ τοῦ κόρας κορώνας·* quod de Pauw explicabat: *strenue devirginat pro puella cornicem; ἀκορεῖν*, addito *α* intensivo, hîc plus esse quam simplicem *κορεῖν* dicens, negante Boeckhio, l. c. — Quod adtinet ad ipsam hujus Horapollinis loci explicationem, quam proposuit de Pauw, illam hoc modo defendit: »*κο-* »*ρέω* et *κορεύω*" inquit »est *devirgino*, uti *διακορέω*, et »*διακορεύω*; pro illis *ἐκκορέω* et *ἐκκορεύω* dixerunt etiam »multi." Jam id ipsum vehementer negat D'Orville in *Crit. Vann.* pag. 545, sqq. Est quidem versus Aristophanis in *Thesmoph.* 760. ubi mulier aliam mulierem interrogat:

Ταλαντάτη Μίκα, τίς ἐξεκόρησέ σε;

sed recte explicat hunc versum Scholiasta: *τίς τῆς κόρης ἀπεστέρησεν;* quod in seq. versu dicitur:

Τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σ' ἐξῃρήσατο;

Fortasse ex hoc versu Hesychius verbum *ἐκκορῶσι* explicavit *φθείρουσι*, eamque explicationem, auctoritate ut videtur minus idonea nixam, quamque citaverat de Pauw ad Theophrasti *Charact.* cap. XXII. hic quoque secutus fuerit; praeterea, quod monet Boeckhius: »sordes tales non con- »veniunt pueris puellisque *ὑποκοριζομέναις*; et *κόρε* illud »nullo modo ferri potest, quod cantilena ejusmodi versu »comprehendi debet." — Quod adtinet ad explicationem Hadriani Junii, *everre virgo Cornicem atque elimina*, jam observavit Causs. »vocem *ἐκκορεῖν*, *everrere*, proprie »esse *sordibus purgare*, ac *emundare*, et non nisi durius- »cule significare *eliminare*;" deinde quum constet invocatam fuisse post hymenaeum cornicem *ὁμονοίας χάριν*, non

recte dici posse *everri* atque *eliminari*, siquidem *invocare* ac *eliminare* plane sint contraria. — Neque jam si adtendamus Scholiastae verba ad Pindari locum, quem citavimus, eorum ratio placebit, qui statuunt vocem ἐκ κορὶ simpliciter usurpatam fuisse in nuptiis celebrandis, et κορὶ Aegyptiace cornicem indicasse; quum satis appareat etiam sequentes duas voces ad formulam pertinuisse. — Quod autem ad ipsum hujus acclamationis sensum, magna lux oriri fortasse videbitur ex Athenaeo, quem citavit quoque Caus. Invenitur locus ille Lib. VIII. cap. 15. pag. 359, 360. *Ed. Casaub.* ubi explicatur consuetudo Rhodiorum, honestiori mendicandi modo stipem hirundinis nomine colligentium; et Colophoniorum, qui cornicis nomine dona rogare solebant; illi Chelidonistae, hi Coronistae vocabantur. Utrorumque carmen, aut certe carminis partem Athenaeus quoque nobis servavit; Coronistae in eo virgini munuscula cornici afferenti precabantur:

Θεοὶ, γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος ἡ κούρη,
Κἀφνειὸν ἄνδρα κὠνομαστὸν ἐξεύροι
Καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κοῦρον εἰς χεῖρας,
Καὶ μητρὶ κούρην εἰς τὰ γοῦνα κατθείη
Θάλος, τρέφειν γυναῖκα τοῖς κασιγνήτοις.

Cff. Ilgenii *Εἰρεσιώνη Homeri et alia Poëseos Mendicorum Graecorum specimina in Opusc. variis Philolog.* Tom, I. p. 169, sqq. — Attamen non negandum vocibus illis ἐκκόρει et κορώνην lascivam quamdam significationem inesse posse; de verbo ἐκκορεῖν vidimus ad Aristophanis versum, et vox κορώνη ita usurpatur in oraculo, quod Ergino seni coelibi dedit Deus Delphicus, quodque servarunt Pausanias IX. cap. 37. pag. 785. et Oenomaus Eusebii *Praep. Euang.* V. pag. 215.

Ἔργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο,
Ὀψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
Ἱστοβοῆϊ γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην.

ubi ἱστοβοεὺς et κορώνη significant *aratri partes*, sed lasciviori notione usurpantur de *viro* et *puella* conjungendis. Cf. inprimis Valcken. *Diatribes* cap. 24. pag. 275. et Ruhnkenius in *Ep. Critic.* II. pag. 67. Neque ab ejusmodi sententia alienum se esse mihi indicavit Cl. Hase, qui »sensus" inquit »esse potest *everre puer annulum*; »κορώνη est *annulus*, tam apud Pausan. IX. 37. quam »apud Homerum ipsum *Odyss.* Φ. 138, 165. quid autem »per *annuli* similitudinem hic significetur, haud obscurum."

Versionem quam proposuit Boeckhius, jam indicaverat Mercerus in nota, sed vocem κορί, *cornicem*, i. e. *pudicitiam* explicans; illam tamen explicationem non pro vera adsumsit. — Statui quoque fortasse potest, majorem significationem in his vocibus a Graecis posterioribus fuisse quaesitam, quam ab initio in iis fuerit; quum tota dictio originem habere potuerit ab acclamatione, qua cornices peterentur, ita ut sono ἐκκορί. κορί. ipsum cornicis crocitum imitati fuerint. Quod denique de Pauw pro ἀγνοοῦντες scribendum putat εὐνοοῦντες, non opus esse videtur; quoniam statui possit, tempore Horapollinis, hujus consuetudinis originem Graecis non amplius fuisse cognitam. — Caeterum apud Romanos quoque cornices sacrae fuerunt, ut ex Festo colligitur, qui »Corniscarum" inquit »divarum locus »erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Junonis »tutela esse putabantur." Causa potius videtur fuisse concordia harum avium, mutuusque in conjugio amor, ut recte monuit Causs.

Quod ad priorem hujus capitis partem, Seyffarth. op. c. pag. 163, med. putat Horapollinem hoc loco accipitrem et vulturem confudisse; hunc enim secundum astrologiam Aegyptiorum, Martem planetam, et Venerem Uraniam (♄) notare.

CAPUT IX.

Πῶς γάμον] Ad hoc caput Cff. quae adnotavimus ad cap. 8.

CAPUT X.

Μονογενὲς, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα] Videntur haec Gnosticorum potius quam Aegyptiorum. Ex Valentinianorum doctrina Deus Supremus, *Βυθὸς*, una cum *Ἐννοίᾳ* (quae et *Χάρις*, *Σιγὴ* et *Ἄῤῥητον* vocatur) creavit plures *aeones* (*αἰῶνας*), quorum primus fuit *Νοῦς· τὸν δὲ Νοῦν τοῦτον καὶ μονογενῆ καλοῦσι, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχὴν τῶν πάντων.* Cff. Epiphanius *adv. Haereses* I. Tom. II. cap. 10, et Irenaeus *adv. Haereses* I. cap. 1, in. addatur Matter *Hist. Gnostic.* Vol. II. pag. 114, sqq. et 127. Aeonis autem hujus appellationes: *μονογενῆ, πατέρα* et *ἀρχὴν* sive *γένεσιν πάντων*, per scarabaeum expressas fuisse statuerit Horapollo, quoniam Phtha Thore (sol mundi incorporei), qui et ipse ex Aegyptiorum sententia, prorsus ac *Νοῦς* Valentinianorum, ex summo numine (Amone), et ex principio generationis foeminino (Neith) (*) creatus fuerit, per scarabaeum indicabatur. Cf. Champoll. in *Descript. Musei Caroli X.* pag. 43. B. 160, 161; in *Panth. Aeg.* ad tab. 12, 13. — Praeterea Christus, qui *κατ' ἐξοχὴν* vocatur *ὁ μονογενὴς* saepissime in monumentis Gnosticis per scarabaeum significatur. Cf. Matter *Hist. Gnostic.* Explic. Tab. II. B. 1. pag. 40. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letron-*

(*) Proclus *in Timaeum* I. pag. 30; et Plutarchus *de Is. et Os.* cap. 9. pag. 354. C. inscriptionem referunt statuae Minervae Saiticae: *τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα καὶ τὰ γεγονότα ἐγώ εἰμι· τὸν ἐμὸν χιτῶνα οὐδεὶς ἀνεκάλυψεν· ὃν ἐγὼ καρπὸν ἔτεκον ἥλιος ἐγένετο.* Cf. Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab 6, Matter *Hist. Gnostic.* Vol. II. pag. 10—12.

nium Ep. I. pag. 40. Quin et ipsi Patres Ecclesiastici Christum vocarunt Scarabaeum. S. Ambrosius *in Luc.* Lib. X. n. 113. Vol. I. pag. 1528. D. (*ed. Paris.* anni 1686): »Et bonus scarabaeus, qui lutum corporis nostri ante infor»me ac pigrum virtutum versabat vestigiis: bonus scara»baeus, qui de stercore erigit pauperem" (*).

κάνθαρον ζωγραφοῦσι] De scarabaeo Aristoteles *Hist. Anim.* IV. 7. (Tom. II. pag. 276. E.), V. 8. (pag. 294. B.) 19. (pag. 310. E, 311. D, 312. A.), 17. (pag. 397. B.). Aelianus de *Nat. Anim.* I. 38, fine, IV. 18, VI. 46, X. 15. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 10, fine. pag. 355. A, Porphyrius *de Abstin.* IV. 9. pag. 327. (*ed. Traject.*) Schol. ad Aristoph. *Pacem* vs. 7. Clemens Alexandr. *Strom.* V. cap. 4. pag. 657, 658. (*ed. Potteri*). Eusebius *Praep. Euang.* III. 4, fine, et 13, in. Eustathius in *Hexaemero* pag. 44. Suidas in voce. Plinius *Hist. Nat.* XI. 20, fine. 28, XXIX. 6, ante finem.

κυοφορούμενον] *In utero gestatum;* sic in cap. seq. *τῆς ἑαυτῆς ἐπιμέλειαν ποιεῖται, μήτε κυοφοροῦσα, μήτε τρέφουσα.*

μόνη γὰρ γένεσις αὐτοῦ τοιαύτη ἐστίν] Alii *μόνου γάρ,* cet. sed, veluti observavit de Pauw, *μόνη* arcte cohaeret cum *γένεσις*, et explicat illud *μονομενές*.

ἐπειδὰν ὁ ἄρσην] Quem hic scarabaeorum generis procreandi modum Horapollo memorat, eundem ita descripsit

(*) Illud eo lubentius fecere Patres Ecclesiastici, quoniam prophetae Habacuc cap. II. vs. 11, quo Christum significari censebant, interpretes Alexandrini reddiderant: *καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά.* Cff. ad eum locum Theodoretus Vol. II. pag. 854. A. (*ed. Paris.* anni 1642), et Hieronymus Tom. III. pag. 1608, med. (*ed. Paris* 1693), Ambrosius *de Obitu Theodosii* §. 46. Tom. II. pag. 1211. B. (*ed. Paris.* anni 1686).

Aristoteles. *Hist. Anim.* V. 19: *οἱ δὲ κάνθαροι, ἣν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα,* (*) *καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίγνονται κάνθαροι.* Aelian. *de Nat. Anim.* X. 15: *Ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι· σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν, ἣν κυλίει· ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτὴν, εἶτα μέντοι τῇ ἐπὶ ταύταις προάγει τὸν νεοττόν.* Clem. Alex. l. c. *τὸν δὲ ἥλιον τῷ τοῦ κανθάρου, ἐπειδὴ κυκλοτερὲς ἐκ τῆς βοείας ὄνθου σχῆμα πλασάμενος, ἀντιπρόςωπος κυλινδεῖ· φασὶ δὲ καὶ ἑξάμηνον μὲν ὑπὸ γῆς, θάτερον δὲ τοῦ ἔτους τμῆμα, τὸ ζῶον τοῦτο ὑπὲρ γῆς διαιτᾶσθαι, σπερμαίνειν τε εἰς τὴν σφαῖραν, καὶ γεννᾷν, καὶ θῆλυν κάνθαρον μὴ γίνεσθαι.* Porphyrius: *Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν εἰς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον· κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄῤῥην, καὶ ἀφεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποίησας σφαιροειδῆ, τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει ποσὶν, ὡς ἥλιος οὐρανὸν, καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται εἰκοσιοκτὼ, σεληνιακήν.* Suidas: *Κάνθαρος· παρὰ τὸν κάνθωνα, τουτέστι τὸν ὄνον, καὶ παρὰ τὸν ὄρον, τουτέστι τὸ σπέρμα· φασὶ γὰρ ὅτι ὁ κάνθαρος οὕτω τίκτεται· ἐπὰν αἴρῃ ἄνου κόπρον στρογγύλην, μένει κυλίων τοῖς ποσὶ, καὶ ἐν τῷ κυλίειν ἀποσπερμαίνει· καὶ ἐκ τούτου ὁ κάνθαρος τὸ ζῶον γίνεται.* Add. quoque Plut. *de Is. et Os.* cap. 74. Eusebius *Praep. Euang.* III. 4, fine. Quod autem adtinet ad opinionem illam, masculos tantum esse scarabaeos, contrarium jam docuit Aristoteles *Hist. Anim.* V. 8. saltem de Cantharidibus, dicens: *πολὺν γὰρ χρόνον ὁ συνδυασμός ἐστι τῶν τοιούτων.* Aristophanes apud Platonem in *Symposio*, eandem procreationem hominum primitus statuit fuisse, uti et cicadum (cap. 15, fine. pag. 191. B.): *καὶ*

(*) De Pauw legendum putat: *φωλεύουσί τε τὰ γόνιμα, et abscondunt semen.*

ἐγέννων καὶ ἔτικτον οὐκ εἰς ἀλλήλους, ἀλλ' εἰς γῆν, ὥςπερ οἱ τέττιγες. et Aelian. II. 22. narrat *Aphyas* pisces quoque ex luto procreari: *δι' ἀλλήλων δὲ οὐ τίκτουσιν οὐδὲ ἐπιγίνονται.*

ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας — τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα·] Illud Clem. Alex. et Eusebius expresserunt: *ἀντιπρόςωπος κυλινδεῖ.* Porphyrius: *τοῖς ὀπισθίοις ἀντανα φέρει ποσίν.* Plutarch. *ἣν κυλινδοῦσιν ἀντιβάδην ὠθοῦντες.*

αὐτὸς γὰρ φέρεται] Merc. jam adnotavit Trebatium errare quum reddat: *sol enim ab oriente in occidentem fertur;* intelligitur *ὁ κόσμος.* De motu astrorum contrario motui coeli cf. Aristot. *de Coelo.* II. 10. pag. 463. B. *ἕκαστον γὰρ* (sc. *τὸ ἄστρον*) *ἀντιφέρεται τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν αὐτοῦ κύκλον.*

ἀπὸ τοῦ ἀπηλιώτου εἰς λίβα] Proprie a *Subsolano* ad *Africum;* idem hoc loco significat quod, *ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν.* Saepe, ut hoc loco Philippus, scriptores Novi Testamenti ventorum nomina usurpant pro ipsis plagis: sic *Βοῤῥᾶς* indicat *plagam septemtrionalem*, *Λίψ meridionalem.* cet. cf. Schleusn. in *Lexico.* Idem apud Romanos obtinet: Cic. *de Republ.* VI. cap. 20, fine: »quis in re»liquis orientis aut abeuntis solis ultimis, aut aquilonis, »austrive partibus, tuum nomen audiet"? *In Verrem* IV. 48. §. 107. »spelunca quaedam conversa ad aquilonem."

ὑφ' ἣν ἀπομένον ζωογονεῖται τὸ τῶν κανθάρων γένος] De Pauw in adn. ad cap. 14. ad verba: *τούτους δὲ τρεφομένους — οὕτω καὶ τούτους*, legendum putat *ὑφ' ἣν ἀπομένουσα ζωογονεῖται*; cet. ita ut participium *ἀπομένουσα* referatur ad praecedens *σφαῖραν*, absolute positum; sed ea mutatione opus non videtur, quum, ut saepe fit, participium recte hic nominis sequentis genus sequatur.

τῇ ἐννάτῃ δὲ καὶ εἰκόστῃ] Alteram codicum lectionem,

τῇ ἐννάτῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ vitiosam esse jam agnoverat Trebatius, et in adn. corrigendum esse monuit Merc. Porphyrius: *περίοδον ἡμερῶν ἐνδέχεται εἰκοσιοκτὼ, σεληνιακήν.* Aelianus: *ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας.*

γένεσιν δὲ] Ea significatione scarabaeum in capite dei Phtha Socari esse accipiendum docet Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab. 12. et in *Descript. Musei Caroli X.* pag. 11. A. 215—221.

κόσμον δὲ] Haec quoque interpretatio monumentis confirmatur. Cff. Champoll. de *Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 340. 348. tab. gen. n. 110, ejusque explicatio pag. 15. *Panth. Aeg.* ad tab. 13. Rühle von Lilienstern *de Historia et Geographia antiquissima Aethiopiae et Aegypti.* (*) p. 60. seqq. et tab. nostrae. n. 29.

ἄνδρα δὲ] Aelianus l. l. X. 15. *Αἰγυπτίων δὲ οἱ μάχιμοι ἐπὶ τῶν δακτυλίων εἶχον ἐγγεγλυμμένον κάνθαρον, αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεῖν ἄῤῥενας εἶναι πάντας πάντη τοὺς μαχομένους ὑπὲρ τῆς χωρᾶς, ἐπεὶ καὶ ὁ κάνθαρος θηλείας φύσεως 'ου μὲν εἴληχεν.* Fortasse ex his Aeliani et Horapollinis verbis Champoll. in *Descript. Musei Caroli X.* pag. 86. n. 517—638. scarabaeos quosdam dei Phtha et *virilitatis* symbola vocavit, eosque in primis a militibus ornamenti loco gestatos fuisse indicavit.

εἰσὶ δὲ καὶ κανθάρων ἰδέαι τρεῖς] Tria scarabaeorum genera hic numerantur, *αἰλουρόμορφον, δίκερω καὶ ταυροειδὲς*, et *μονόκερω*; Aristot. *Hist. Anim.* V. 19. etiam tria scarabaeorum genera agnovisse videtur: aliud *κανθάρων* proprie ita vocatorum, et eo fere modo, quem hic indicat Horapollo, procreatorum, aliud *μηλολονθῶν*, nascentium ex vermibus,

(*) *Graphische Darstellungen zur ältesten Geschichte und Geographie von Aethiopien und Aegypten*, von R. v. L. Berlin. 1827.

qui in fimo bovis oriuntur, et tertium καρίβων, (scarabaeorum taurorum, ταυροειδέων) ex vermibus in ligno arido, provenientium. Plinius plures enumerat: »Lucanos, sive »tauros, stercorarios, fullones, virides, Melonthas, Rutulos »praegrandes" aliosque. Cff. praeter XI. 28. etiam XXX. 5, med. 11, med. XXIX. 6, ante finem.

ἀκτινωτή] *radiata.* Non dicitur de coloribus et lineis sive radiis, qui in scarabaeorum alis superioribus inveniuntur, ut statuit de Pauw; sed scarabaei indicantur sex dentibus prominentibus circa os muniti. Cf. Latreille in Dissert. *de Insectis pictis aut sculptis in monumentis antiquis Aeg.* (*) pag. 254.

αἰλουρόμορφος] Hoc scarabaeorum genus in primis Soli dedicasse Aegyptii dicuntur, quoniam felium oculi secundum solis cursum mutari putarentur. Alii scriptores idem fieri secundum lunae cursum narrant. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 63. pag. 376. F. *αἱ δὲ ἐν τοῖς ὄμμασιν αὐτοῦ* (felis) *κόραι πληροῦσθαι μὲν καὶ πλατύνεσθαι δοκοῦσιν ἐν πανσελήνῳ, λεπτύνεσθαι δὲ καὶ μαραυγεῖν ἐν ταῖς μειώσεσι τοῦ ἄστρου.* Demetrius Phalereus. §. 157. *ὥσπερ τις περὶ αἰλούρου λέγων ὅτι συμφθίνει τῇ σελήνῃ καὶ ὁ αἴλουρος καὶ συμπαχύνεται, προσέπλασσεν, ὅθι ἔνθεν καὶ ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς ἡ σελήνη ἔτεκε τὸν αἴλουρον.* Aulus Gellius *Noct. Attic.* XX. 8. »Aelurorum quoque oculi, ad easdem vices am»pliores fiunt aut minores." De cercope Glycas *Annal.* pag. 46. A. *ὁ δὲ κέρκωψ προδηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὔξει ἡ σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν κόρος τούτῳ εὐρύνεται, ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται.* — Quanto in honore feles fuerint apud Aegyptios patet ex Diod. Sic. II. 83. pag. 94. ita quidem, ut Romanus, quum in Aegypto invi-

(*) *Mémoires du Musée d'Histoire Naturelle.* Tom. V. p. 249, suiv.

tus felem occidisset, neque a rege Ptolemaeo, neque communi Romanorum metu a morte liberari potuerit. Itaque etiam nunc animalium illorum imagines ex illa regione translatae, ut et ipsa corpora condita in Museis servantur. Cf. Champoll. in *Descript. Musei Caroli X*. pag. 47. B. 291—210. ubi affirmat *felem marem Soli*, *foeminam deae Bubasti* fuisse consecratam. —

στρογγυλοειδεῖς δὲ γίνονται] Alii *στρογγυλοειδὴς δὲ γίνεται*; minus recte, nam convenit cum iis quae sequuntur, *ἀμαυρότεραι δὲ φαίνονται*, cet. quibus vocibus non adeo indicatur *obscuriores* fieri oculos felis ad occasum solis, sed potius *minores*, ita ut fere evanescant, quod indicavit de Pauw, et patet ex oppositione, *ὑπεκτείνονται μὲν γὰρ κατὰ πρωΐ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἀνατολὴν*, et ex locis Plutarchi et Gellii, quos supra laudavimus.

τὸ ἐν Ἡλίου πόλει ξόανον] Solis imago *αἰλουρόμορφος*, quantum scio, nondum fuit reperta. An forte confudit Solem cum dea Bubasti, cujus statua felis capite effingi solet? Cf. Champoll. in *Descript. M. C. X*. p. 34. A. 747-750. — Caeterum Mercerus fallitur, ubi adnotat *Ἡλίου πόλιν* eandem fuisse quam Graeci Thebas vocaverint; nam *Ἡλίου πόλις*, sive *Ἡλιόπολις*, quae urbs ad orientem Nili, in parte Aegypti Arabica sita fuit, Aegyptiace dicitur *On*. Cf. Champoll. in opere *de Aeg. sub Pharaonibus* (*) II. pag. 36—41. Thebae contra *Διὸς πόλις* vocabantur. Cf. Diod. Sic. I. 45. p. 54. fine.

ἔχει δὲ πᾶς κάνθαρος καὶ δακτύλους τριάκοντα, διὰ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν τοῦ μηνὸς] Quod de Pauw corrigendum

(*) *L'Egypte sous les Pharaons, ou Recherches sur la Geographie, la religion, la langue, les ecritures et l'histoire de l'Égypte, avant l'invasion de Cambyse*. Paris. 1814.

putat: ἔχει δὲ πᾶς οὗτος, vel ἔχει δὲ οὗτος κάνθαρος, cet. non opus videtur, Codd. consentientibus: aut enim, quod proprium est omnium scarabaeorum, Horapollo hic scarabaeorum tantum, qui dicuntur, pilulariorum descriptioni addit; aut κάνθαρος hoc loco intelligendum est de *scarabaeo pilulario*, qui proprie ita vocatur; nam ad alterum genus, ταυροειδὲς, ab Aristotele referuntur οἱ κάραβοι. Cf. supra. — Δάκτυλοι fortasse dicuntur articuli, quales unusquisque pes quinque habet, qui, si computantur, numerum 30 efficiunt. Cf. Latreille in *Dissert.* quam supra laudavimus, pag. 256. — De mensibus Aegyptiorum in 30 dies divisis cf. Herod. II. 4. Αἰγύπτιοι δὲ τριηκονθημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ. Diod. Sic. II. 50. p. 59. τριακονθημέρους μὲν τιθέμενοι τοὺς μῆνας, πέντε δ' ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι.

δευτέρα δὲ γενεὰ ἡ δίκερως] Sunt hi οἱ κάραβοι, scarabaei tauri, vel etiam *Lucani* Plinio dicti. Secundum Horapollinem Lunae, sive potius deo Luno erant dicati. Herod. III. 28. dicit: Apin taurum *Luno* sacrum in lingua habuisse scarabaeum. Cf. Cl. Reuvens *Epp. ad Letronnium* Ep. II. pag. 25. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 37. In quibusdam papyris deus Lunus occurrit cum scarabaeo supra caput ejus volitante. Cf. Cl. Reuvens Ep. I. pag. 13.

ἀφ' οὗ καὶ τὸν οὐράνιον ταῦρον ὕψωμα τῆς θεοῦ ταύτης λέγουσιν] Ὑψώματα sunt septem signa in quibus singuli planetae maxime valeant, suamque naturam praecipue exhibeant. Cf. Seyffarth. *Syst. Astron. Aeg.* pag. 17. Addatur Plutarch. *Symp.* pag. 149. A. Εἶτα — σὺ δέδιας μή, καθάπερ Αἰγύπτιοι τοὺς ἀστέρας ὑψώματα καὶ ταπεινώματα λαμβάνοντας ἐν τοῖς τόποις οὓς διεξίασι, γί-

νεσθαι βελτίονας ἢ χείρονας· ἑαυτῶν λέγουσιν, οὕτως ἢ περὶ σὲ διὰ τὸν τόπον ἀμαύρωσις ἢ ταπείνωσις γένηται; ad quem locum Cl. Wyttenb. ὕψωμα minus recte explicavit de *stellae accessu ad plagas boreales*; qua significatione usurpatur alio loco, quem ibidem citavit, *Ad Princ. indoct.* pag. 782. D. ubi de Sole dicitur: ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιστον ἐξαρθεὶς ἐν τοῖς βορείοις, ἐλάχιστα κινεῖται. Contra ταπεινώματα sunt septem signa in quibus Planetae versantes minime exserunt vim suam. Cf. Seyffarth. l. c. §. 11. Add. Sextus Emp. *adv. Astrol.* §. 35. 36. pag. 343, 344. *ed. Fabr.*

ὁ μονόκερως καὶ ἰδιόμορφος] Verisimilitudem saltem aliquam habere videtur conjectura Cuperi in *Harpocrate* pag. 196, med. legentis ἰβιόμορφος, quam suam fecit de Pauw in adnot. Primum genus αἴλουρον refert, et quia αἴλουρος Solis symbolum est, dicatur Soli; alterum refert taurum, et quia taurus Lunae est exaltatio, dicatur Lunae; tertium ibidem refert, et quia ibis Mercurio sacra est, Mercurio etiam consecratur. De ibide videbimus ad cap. 36. Champoll. in *Descript. Musei Caroli X.* pag. 45. B. 221. memorat »Scarabaeum Monocerotem consecratum deo Thoth »secundo.” At talis in 1550, qui servantur in Museo Lugduno Batavo, non est repertus. — Scarabaeus universe plurium deorum erat symbolum. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 12. et in *Descript. M. C. X.* pag. 42, 43. sqq. et simul indicabat *vim creatricem atque conservatricem naturae.* Cf. Matter *Hist. Crit. Gnostic.* Expl. tab. II. B. 1. pag. 39, 40. — Caeterum horum animalium figurae ex diversis materiis factae plurimae supersunt, inscriptas habentes sive preces pro mortuis, qui iis ornati condebantur; sive nomen dei alicujus aut effigiem, aut animal deo sacratum; sive regum nomina, quae itaque historiae

eandem lucem afferunt quam Graecorum et Romanorum rebus nummi; sive denique nomina privatorum aut ornamenta. S. Quintino in libro *de Usu Scarabaeorum*, (*) iis tamquam nummis Aegyptios usos fuisse putat. Cff. porro Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 49. Rosellini in *Descript. Antiq. Aeg.* cet. (†) — De scarabaeis Etruscorum (qui de antiquo hujus populi commercio cum Aegyptiis testari videntur) cff. Winckelmann *Op.* (§) Vol. III. pag. 114. seq. et in Observ. pag. 413. K. O. Müller in libro *de Etruscis* (**) Vol. I. pag. 301. nota 93. II. pag. 257. et idem in *Enchiridio Archaeologiae* p. 159. (††).

Klaproth. Ep. I. p. 19, 20. putat *scarabaeum* σαλοτκς et ϣαλοτκι, significasse *unigenitum*, ϣαλικι et ϣορπικι, *originem* ϣαι, (qua voce et *patrem* indicari potuisse conjicit); quoniam hae voces omnes ab eadem litera, ϣ incipiant. Cf. quoque Ep. II. pag. 34. — Quod Horapollo dicit Heliopoli statuam Solis felis formam habuisse, per paronomasian explicat de Goulianof. Op. c. pag. 12. hoc modo: »Sol causa est *fertilitatis* et *abundantiae*, propterea »astrum hoc *utile* est et *beneficum;* omnes autem hae vo-»ces *fertilitas*, *abundantia*, *utilitas*, cet. eodem verbo »Copto ϣατ, efferuntur, quo etiam *felis* vocatur."

Seyffarth l. c. pag. 146. med. *felem* tantum *masculam* Soli sacram fuisse conjicit, quum *felis foeminina* Veneris et Lunae symbolum fuerit.

(*) S. Quintino *sull' uso, cui erano destinati i monumenti detti Scarabei.* Torino 1825

(†) *Oggetti di Antichità Egiziane ripertati dalla Spedizione Letteraria Toscana in Egitto e in Nubia.* Firenze. 1830.

(§) Winckelmann's *Werke von Fernow, Meyer und Schulze.*

(**) K. O. Müller *die Etrusker.*

(††) *Handbuch der Archäologie der Kunst.*

CAPUT XI.

Ἢ οὐρανίαν] Mercerus recte videtur observasse non eodem ordine postea diversarum harum vulturis significationum explicationem exhiberi, quo hae significationes initio enumerantur; itaque voces *ἢ οὐρανίαν* post *ἢ Ἥραν* esse transponendas.

γῦπα ζωγραφοῦσι] De Vulturibus cff. Aristoteles *Hist. Anim.* VI. 5. Tom. II. pag. 330. A. B, VIII. 3. pag. 382. D, IX. 11. pag. 422. B. *de Mirab. Ausc.* pag. 721. B, 737. D. Aelianus *de Nat. Anim.* I 45, II. 46, III. 7, IV. 18, VI. 46, X. 22. Plinius *Hist. Nat.* X. 6. et XXIX. 4, med.

μητέρα μέν] Veluti scarabaeos mares tantum esse putarunt Aegyptii, sic inter vultures mares non inveniri statuerunt. Plutarch. *Rom. Quaest.* cap. 93, fine, pag. 286. C. *εἰ δὲ (ὡς Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι) θῆλυ πᾶν τὸ γένος* [*vulturum*] *ἐστί.* cet. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 46. *γῦπα δὲ ἄῤῥενα οὔ φασι γενέσθαι ποτε, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας.* Euseb. *Praep. Evang.* III. 12. *ἐκ γὰρ τοῦ πνεύματος οἴονται συλλαμβάνειν τὴν γῦπα, θηλείας πάσας ἀποφαινόμενοι.* Ammianus Marcell. XVII. pag. 99. *Ed. Lindenbr.* »per vulturem naturae »vocabulum pandunt quia mares nullos posse inter has »alites inveniri rationes memorant physicae." in quo loco pro *naturae* cum Bochario *Hieroz.* II. pag. 308. omnino legendum videtur *matris*. Confirmatur haec significatio monumentis Aegyptiorum. Cf. Champoll. in *Epist. ad ducem de Blacas.* (*) Ep. I. pag. 21. seq. in Opere de *Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 340, 348. in Panth. Aeg. ad

(*) *Lettres a M. le Duc de Blacas d' Aulps relatives au Musée royal Égyptien de Turin.*

tab. 6. seqq. in *Descript. M. C. X.* pag. 5. A. 81, pag. 30. A. 589, 590. et pag. 41. B. 99 — 102. Tab. nostrae n. 30. *a. b.* — In fine capitis iterum haec vulturis significatio explicatur: *μητέρα οὖν θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσι, μήτηρ γάρ ἐστι θηλυκοῦ ζώου*; nisi fortasse locus ille sit corruptus. — Caeterum hanc fabulam de vulturibus, cupide amplexi sunt Patres Ecclesiastici, ut ita argumento ex rerum natura petito refutarent eos, qui Virginis partum negabant; itaque apud omnes fere hujus rei mentio occurrit. Cff. quos laudavit Bochartus in *Hieroz.* II. pag. 310, in fine.

ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν] Plinius, quem citavit ad. h. l. Merc. *Hist. Nat.* X. 6. »Vulturum — nidos nemo adtigit. Ideo »etiam fuere qui putarent illos ex adverso orbe advolare, »falso: nidificant enim in excelsissimis rupibus." in quibus ob oculos habuisse videtur Plinius Aristotelis locum *Hist. Anim.* IX. 11. Vol. II. pag. 931. C. *γυπὸς δὲ λέγεται ὑπό τινων, ὡς οὐδεὶς ἑώρακεν οὔτε νεοττὸν, οὔτε νεοττίαν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο Ἡρόδωρος ὁ τοῦ Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατὴρ, ἀπό τινος αὐτὸν ἑτέρας εἶναι μετεώρου γῆς ἔλεγεν· τεκμήριον τοῦτο λέγων, καὶ τὸ φαίνεσθαι τάχυ πολλούς· ὅθεν δὲ, μηδενὶ εἶναι δῆλον· τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τίκτει ἐν πέτραις ἀπροσβάτοις.* Add. VI. 5, pag. 863. *E.*

ὅταν ὀργάσῃ] ita legendum videtur secundum Codd. Pariss. A, B, quorum lectio confirmatur quoque alio codice in quo Pierius *Hierogl.* XVIII. cap. 4. se invenisse dicit *ὀργάζῃ*. Verbum *ὀργᾶν* in primis dicitur de *animalibus subantibus*. Sic cap. 47. *ἐπειδὰν γὰρ ἡ θήλεια ὀργῶσα πρὸς σύλληψιν ᾖ, ὀργᾷ δὲ οὐ πλεῖον ἢ ἐφ' ὥρας τρεῖς.* et paullo post *συνιείς τε ὀργᾶν, διὰ δρόμου παραγίνεται*, cet. Aristot. *Hist. Anim.* VI. 2, ante finem. pag. 326. A. *ὅταν ὀργᾷ πρὸς ὀχείαν.*

ἡ γύψ] Apud reliquos scriptores γύψ masculino genere usurpatur; sed hic foeminino ponitur, fortasse ob opinionem illam mares inter eas aves non inveniri. —

τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν ἄνεμον]. Plutarch. *Quaest. Rom.* l. l. κυΐσκονται δεχόμενοι καταπνέοντα τὸν ἀπηλιώτην, ὥσπερ τὰ δένδρα τὸν ζέφυρον. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 46. ἀντίπρωροι τῷ νότῳ πέτονται, εἰ δὲ μὴ ᾖ νότος, τῷ εὔρῳ κέχηνασι, καὶ τὸ πνεῦμα εἴσρεον πληροῖ αὐτὰς καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν.

ἐπὶ ἡμέρας πέντε] Alii: ἐπὶ ἡμέραις πέντε, sed rectius hic accusativus retineatur: *initur vultur per dies quinque*, sic cap. praecedenti de scarabaeo dicitur: εἰς γῆν κατατίθεται ἐπὶ ἡμέρας εἰκοσιοκτώ.

ποθοῦσα παιδοποιΐαν] Alii ποιοῦσα; sed Merc. recte observavit ποθοῦσα melius respondere praecedenti ὀργάσῃ; praeterea quoque illud ποθοῦσα παιδοποιΐαν, causam quasi reddit, ut monet de Pauw, quam ob rem neque cibum neque potum capiant vultures per illud tempus; desiderio nempe prolem procreandi.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη ὀρνέων] Praestat haec lectio alteri γυπῶν: patet quidem ex Aristot. *Hist. Anim.* VIII. 3, in. pag. 382. *E.* aliisque locis, inter vultures genera distingui, sed hic non indicatur ab Horapolline vulturum alios ova edere ad edendum tantum, alios ad prolem procreandam quoque idonea; sed docet scriptor alias esse etiam aves, quae aeque atque vultures ova Zephyria edant, vultures vero tantum ex ejusmodi ovis pullos nancisci. — Alias quoque esse aves quae ex vento concipiant narrat Aristot. *Hist. Anim.* VI. 2, med. pag. 324. E, 325. E, et 326. A. et *de Generat. Anim.* III. 1. pag. 641. E; aliam vero horum ovorum originem explicat Plinius *Hist. Nat.* X. 60, med. Add. Columella VI. 27.

ἃ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνει] Trebatius legisse videtur:

ἃ οὐχ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνει; vertit enim: *sunt et alia genera vulturum, quae non ad ventum concipiunt, quorum generatio ovorum ad cibum, non etiam ad foetum procreandum utilis est.* Apud alios negatio in priori parte non adest, sed ponitur post γυπῶν δέ; ita ut legatur: γυπῶν δὲ οὐχ ὑπηνέμιον ποιουμένων, cet. iidem in praecedentibus legunt ὀρνέων; atque ita sensus Mercero esse videtur hic: »quoddam esse vulturum genus, quod ex vento »quidem concipiat, sed ova ad esum duntaxat, non etiam »ad foetum utilia, quae ὑπηνέμια Graecis, quasi Latine »subventanea dicuntur; at eos vultures, qui non coitu tan»tum utuntur subventaneo, et in quo ex vento nihil om»nino concipiatur, ova hujuscemodi edere, quae possint »ζωογονεῖσθαι, hoc est *vivificari*, ac *foetum producere*." Jam vero, si legamus ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη ὀρνέων, quod in praecedenti adn. indicavimus, omnia sana sunt, et negatione illa, invitis Codicibus in textum intrusa facile carere possumus; eam rationem in fine adn. Merc. probare videtur, et secutus quoque fuit Phasianinus vertens: *vulturum autem in aëre coitum facientium sub vento, ovorum generatio ad procreandum fit.* Neque igitur egemus Bocharti conjecturâ, qui *Hieroz.* II. pag. 310. vs. 24, pro γυπῶν δὲ οὐχ, legendum conjicit, γυπῶν δὲ κἂν, vel εἰ καί. — Pro συλλαμβάνει, nonnulli minus recte habent συλλαμβάνονται. Verbum συλλαμβάνειν active sumitur de iis, quae gravidae fiunt, veluti Latine *concipere*; plenius Hippocr. *Aphorism.* Sect. V. §. 46. ξυλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρί, ubi intelligitur τὸ ἔμβρυον. Lectionem συλλαμβάνονται fortasse defenderet Hesychius, qui συλλήψεται explicat: ἐν γαστρὶ ἔχει. Caeterum de hoc verbo cff. Schwarzii *Comment. Critic. L. Gr.* pag. 1259, quem laudavit Schleusnerus in *Lexico*. — De ovis illis ὑπηνεμίοις, quae *Hype-*

νεμεια, *Zephyria*, vel etiam *irrita* vocantur a Plinio *Hist. Nat.* X. 60, cf. Erasmus ad proverbium ὑπηνέμια τίκτει. — De formula αὐτὸ μόνον cf. Bast *Ep. Crit.* pag. 135. *ed. Lips.* Hermannus ad Vigerum pag. 736.

βλέπειν δὲ] Potius referendum videtur ad accipitrem Solis symbolum; Cf. cap. 6, in. ubi hoc animal dicitur παρὰ πάντα τὰ πετεινὰ πρὸς τὰς αὐτοῦ [*Solis*] ἀκτῖνας ὀξυωπεῖν. Aut fortasse vulturi hic tribuuntur, quae ad aquilam proprie pertinent, cujus oculorum acumen a veteribus adeo fuit celebratum.

ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος πορίζομένη τὰ πρὸς χρῆσιν αὐτῇ βρώσιμα] De Pauw copulam requirit καί; non necesse videtur, nam sensus continuatur: *Sole oriente, versus occasum spectans, occidente vero, versus ortum, ex satis magno intervallo comparans sibi quae usui sint esculenta.* Neque illud apud optimos quoque scriptores insolitum est, ut plura participia, copula non addita, se invicem sequantur. Cff. v. c. Plat. *Apol. Socr.* cap. 14. pag. 27. A, cap. 18. pag. 31. A. *Phaed.* cap. 14. pag. 70. A. *Sympos.* cap. 9. pag. 181. D. et quae ibi adnotavit Stalbaum. Matthiae *Gramm. Gr.* §. 444. 3, et §. 557. 3. — ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος, i. e. *ex intervallo satis magno*; nam ea significatio voci ἱκανός saepissime ineat. Xenoph. *Cyrop.* I. 6. §. 7. ὡς ἱκανὸν εἴη καὶ καλὸν ἀνδρὶ ἔργον. Polybius II. 12, ante fin. ἱκανοῦ τινὸς ἀπολελυκότες φόβου τοὺς Ἕλληνας. Diod. Sic. XIII. 100. pag. 623. οἱ δ' Ἀθηναῖοι διώξαντες ἐφ' ἱκανὸν τοὺς ἡττημένους. Hesychius ἱκανὴν explicat πολλήν. — In seqq. pro πορίζομένη, de Pauw legendum putat χωρίζομένη et vertendum: *sibi secernens ad victum necessaria. Oculis secernit e longinquo edulia mox petenda;* sed a Codicum lectione recedendum non videtur, nam verbum πορίζεσθαι hic, ut saepissime, *comparandi*

significatione usurpatur atque *quaerendi*. Vultur etsi ab iis, quibus nutriatur, maxime sit remotus, tamen ea investigat atque sibi comparat. In errorem ductus videtur de Pauw eo, quod ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος de tempore, non de loco accepit.

ὅριον δὲ διότι — ὁρίζει] Et haec a Philippo de suo addita et una cum sequentibus significationibus *praesagii* et *anni*, ad Graecorum Romanorumque potius superstitionem referenda, quam ex Aegyptiorum monumentis petita videntur.

πρὸ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐπ' αὐτὸν παραγινομένη] Plinius l. c. X. 6. narrat secundum Umbricium Aruspicem »triduo ante »aut biduo volare vultures, ubi cadavera futura sunt." Plautus *Trucul.* II. 3. vs. 16, sq.

— Vide ut jam quasi volturii triduo
Prius praedivinant, quo die esuri sient.

Aelian. l. c. docet vultures praesentientes cadavera futura ubi pugna committatur, exercitus in bellum proficiscentes sequi solere.

πρόγνωσιν δὲ] Vultur apud veteres in primis inter eas aves referebatur, ex quibus auguria caperent; sic v. c. Romulo et Remo vultures apparuere. Cff. Dion. Hal. I. pag. 73. *ed. Sylb.* Plutarch. in *Rom.* cap. 9. *Rom. Quaest.* cap. 93. pag. 286. A–C. Aelian. *de Nat. Anim.* X. 22., fine. Livius *Hist.* I. 7. Florus I. 1. §. 7. Idem Augusto accidisse narrant Suetonius in *Aug.* cap. 95. et Julius Obseq. cap. 129, fine.

πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένους καὶ ἡττωμένους βλέπει] *Ad eam partem spectat, ubi plures trucidabuntur adeoque vincentur. Καὶ* h. l. significat *adeoque;* de quo conf. Stalbaum ad Plat. *Critonem* cap. 15, post med. pag. 53. E. In Codd. Pariss. A, B. plura adduntur; ille habet, πρόγνωσιν δὲ ἢ τῆς προειρημένης αἰτίας χάριν, ἢ ὅτι . . . . πυκτίδα

γινομένη, ἢ ἐν ἄγρᾳ, πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένους καὶ ἡττωμένους βλέπει. Cod. B. πρόγνωσιν δέ, ἢ τοῖς προειρημένοις χάριν .... πι. πυκτίδα γιγνομένη ἢ ἐν ἄγρᾳ πρὸς τοὺς, κ. τ. λ. in quo τοῖς προειρημένοις χάριν vitiosum est, et ut videtur ex duabus lectionibus conflatum; quomodo autem lacuna illa ante πυκτίδα, vel πι πυκτίδα impleatur non video; ex posteriori conjiciatur: ἐπὶ πυκτίδα γιγνομένη. — *Πτώματα* sunt *cadavera*, quae dicuntur quoque πεσήματα, vel etiam πέσεα. Cf. Schol. ad Eurip. *Phoen.* vs. 1307. *Ed. Valcken.* pag. 135; plenius dicuntur πτώματα νεκρῶν, Euripides *Phoen.* vs. 1491, vel σώματα νεκρῶν. Cf. Valckenaerius ad eum versum, ubi reprehendit Phrynichum dicentem: Πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ τιθέασιν οἱ νῦν, οἱ δ' ἀρχαῖοι οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πτώματα νεκρῶν, ἢ οἴκων. Phrynicho assentitur Thomas Mag. pag. 765. Πτώματα νεκρῶν, καὶ πτώματα οἴκων, ἀρχαῖοι· οἱ δὲ ὕστερον, πτῶμα, ἤτοι νεκρὸν, ἄνευ τινὸς προσθήκης; ad quem locum cff. quae adnotarunt Sallierus et Trillerus; add. Schwarzius in *Comm. Crit. Ling. Gr.* pag. 1192. — De vulturibus cadavera devorantibus saepissime agitur apud scriptores veteres: notissimum est Homericum γῦπες ἔδονται, v. c. *Il. Α.* 237, *Π.* 836, *Σ.* 271. Add. Plutarch. *Quaest. Rom.* l. l. *Nat. Quaest.* cap. 26, med. p. 918. C. Lucretius *de Nat. Rerum* III. vs. 680, sqq. Ovidius *Trist.* I. 6. 11, sqq. Aelianus *de Nat. Anim.* X. 22. narrat Barcaeos, qui ex morbo mortui essent, cremare solitos fuisse; qui vero in bello, vulturibus devorandos objecisse, eas aves sacras existimantes. — Pro κατασκόπους ἔπεμπον σκεπτόμενοι cet. fortasse exspectaverit quis: κατασκόπους ἔπεμπον σκεπτομένους, *exploratores mittebant qui viderent;* nunc autem, quoniam σκεπτόμενοι ad reges referatur, vertendum est: *scire, videre volentes.* — Cae-

terum notandum in monumentis Aegyptiacis, ubi rex vel heros, qui victoriam reportavit, effingitur, fere semper vulturem supra caput ejus volitantem addi, hostibus obversam, unguibus plerumque victoriae symbola tenentem. Cff. ex *Magna Descript. Aeg.* Antiq. Vol. I. tab. 37. n. 1. 2, et tab. 51, Vol. II. tab. 11. n. 2. 3, tab. 13. n. 4, et tab. 91, Vol. III. tab. 32. n. 4, tab. 33. n. 1, tab. 36. n. 1. 3, tab. 37. n. 9, Vol. IV. tab. 13. n. 2, tab. 14. n. 2. Sed Vol. III. tab. 38. n. 32. vultur cum victoriae signis ad heroem advolat. Cf. quoque Champoll. in *Panth. Aeg.* tab. 6. quater.

ἐνιαυτὸν δέ] Saeculi spatium per vulturem indicatum fuisse statuit Vettius augur. Censorin. cap. 17. pag. 901: »Quot »autem saecula urbi Romae debeantur, dicere meum non »est: sed, quid apud Varronem legerim non tacebo, qui »libro *Antiquitatum* duodevicesimo ait, fuisse Vettium »Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cui»vis docto in disceptando parem: eum se audisse dicen»tem: si ita esset, ut traderent historici, de Romuli urbis »condendae auguriis, ac duodecim vulturibus: quoniam »cxx. annos incolumis praeteriisset populus Romanus, ad »mille et ducentos perventurum."

ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγκυος μένει] Ita Codd. omnes et Edd. praeter Aldinam ἔγγειος legentem; eandem lectionis diversitatem secutus fuisse videtur Trebatius, vertit enim: *Centum et viginti dies in terra manet, nec se umquam humo tollit: pullorum curam gerens, eosque nutriens, ducentos et quadraginta se ipsum curat, neque nutriens neque concipiens.* — Quae autem hoc loco dicuntur de tempore, per quod vultur ἔγκυος manet, non conveniunt cum iis, quae tradit Aelian. II. 46. *Καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν*; quam ob rem de Pauw ibi legendum putat: *καὶ*

κύουσι τρίτον ἔτους; neque huic correctioni obstare docet, quod apud Philen (qui Aelianum ubique sequitur) *de Anim.* III. vs. 12. idem narratur, ut et apud Glycam in *Annalibus*, quum et hi jam depravato Aeliani Codice usi fuerint, Joannes Tzetzes vero in Chil. 12. cap. 439. Horapollini assentiatur:

Πέντε δ' ἡμέραις πρὸς πνοὴν πετόμενοι ἀνέμοις,
Κυρίως συλλαμβάνουσι γονὴν ὑπηνεμίαν.
Ἐν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ἡμέραις δὲ γεννῶσι
Τὰ ὑπηνέμια ᾠά· ἐν δὲ τοσαύταις ἄλλαις
Ἐκ τῶν ᾠῶν ἐκλέπουσι καὶ νεοσσοὺς ποιοῦσιν·
Ἐν ἑκατὸν ἡμέραις δὲ καὶ εἴκοσιν ἑτέραις,
Μέχρι καὶ πτήσεως αὐτῶν, ἐκτρέφουσιν ἐκείνους.

Sed fortasse Aelianus aliam opinionem secutus, diversam vulturis graviditatis durationem memoravit.

ἐλεήμονα δέ, ὅπερ δοκεῖ παρά τισιν ἐναντιώτατον ὑπάρχειν] Georgius Pisidas vs. 1064, de vulturibus dicit:

Τὸν μηρὸν ἐκτέμνοντες, ἡματωμένοις
Γάλακτος ὁλκοῖς ζωπυροῦσι τὰ βρέφη.

Ab amore vulturum in pullos suos veteres saepe comparationes petiverunt; ita apud Homerum *Od. Π.* 216. Telemachus ob patrem dicitur flevisse,

— ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοί,
Φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, οἷσί τε τέκνα
Ἀγρόται ἐξείλοντο, πάρος πετεεινὰ γενέσθαι.

et apud Aeschylum in *Agam.* vs. 49, sqq. Menelaus et Agamemnon, magnam bellicam expeditionem evocasse dicuntur:

Τρόπον αἰγυπιῶν οἵτε ἐκπατίοις
Ἄλγεσι παίδων, ὕπατοι λεχέων
Στροφοδινοῦνται,
Πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι
Δεμνιότηρα
Πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.

Plutarch. *Rom. Quaest.* I. c. *δικαιότατον εἶναι τὸν γῦπα τῶν σαρκοφάγων ἁπάντων· πρῶτον μὲν γὰρ οὐδενὸς ἅπτεται ζῶντος, οὐδ' ἀποκτίννυσιν ἔμψυχον οὐθέν, ὡς αἰετοὶ καὶ ἱέρακες καὶ τὰ νυκτίνομα· χρῆται δὲ τοῖς ἄλλοις ἀποθανοῦσιν· ἔπειτα καὶ τούτων τὰ ὁμόφυλα παρίησι· πετεινοῦ γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε γῦπα γευόμενον, ὡς αἰετοὶ καὶ ἱέρακες μάλιστα τὰ συγγενῆ διώκουσι καὶ κόπτουσιν· καιτοὶ κατ' Αἰσχύλον,*

Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;

ἀνθρώποις δέ, ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀβλαβέστατός ἐστιν, οὔτε καρπὸν ἀφανίζων οὔτε ζῶον ἥμερον κακουργῶν. — Quae autem hic ab Horapolline de vulturibus traduntur, a Patribus Ecclesiasticis ad pelecanum fuere translata. Cff. quae adnotavimus ad I. 54. — Caeterum et hanc vulturis significationem ex historia naturali potius, quam ex monumentis Aegyptiacis petiisse videtur scriptor. Observandum quoque Hebraeorum lingua רַחֲם significare *misericordiam* et apud eosdem secundum Bochartum *Hieroz.* II. pag. 803, seqq. *vulturis speciem* dici רָחָם.

ἣν παράσχηται τοῖς νηπίοις — παρέχει τοῖς τέκνοις] Voces *τέκνα* et *νήπιοι*, etsi plerumque et in primis de hominibus dicuntur, interdum etiam usurpantur de animalibus. Ita Homerus *Il.* T. vs. 133, seq.

Ἑστήκει, ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν
Ὧι ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες.

Et alibi passerculos quoque ita vocat. Plutarch. de *Sera Num. Vind.* cap. 20. pag. 562. B. *Ἄρκτων μὲν γὰρ ἔτι νήπια καὶ λύκων τέκνα καὶ πιθήκων, εὐθὺς ἐμφαίνει τὸ συγγενὲς ἦθος.*

Ἀθηνᾶν δὲ καὶ Ἥραν] Haec quoque monumentis confirmantur: *Ἀθηνᾶν* Graeci vocaverunt deam, quae ab Aegyptiis Neith dicitur. Jablonski *Panth. Aeg.* I. cap. 3. §. 2, sqq. *Opuscul.* I. pag. 161, seq. Champoll. in

Panth. Aeg. ad tab. 6, sqq. in *Descript. M. C. X.* pag. 6. A. 92, sqq. — Ἥρα autem erat Aegyptiorum Sate. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 7, sq. et 19. A. *Descript. M. C. X.* pag. 7. A. 125, sqq. et in Op. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 153. — Neith, ut et prima ejus forma, Buto, sive Thermuthis vulturem in primis sibi habet consecratum, unde et ejus capiti imponitur ut tegumentum. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 6. *Descript. Mus. C. X.* pag. 5. A. 81—85. pag. 41. B. 99—102. Et juxta eam vel supra inscriptio legitur: *Mater, domina regionis superioris;* quae plane convenit cum verbis Horapollinis dicentis: δοκεῖ Ἀθηνᾶ μὲν τὸ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ ἡμισφαίριον ἀπειληφέναι. — Sate quoque sive Sati (Graecorum Ἥρα) in *Panth. Aeg.* tab. 19. occurrit, ibique femora ejus teguntur atque involvuntur alis vulturis; in eodem Op. ad tab. 7. et 7. *a.* hujus quoque deae inscriptio memoratur, qua dicitur praeësse *inferiori coeli hemisphaerio;* sed, quoniam quae coeli partes tribuuntur diversis diis deabusve, easdem ab iis in terra praecipue gubernari putarent Aegyptii, Sate saepe dicitur praesidere *parti inferiori Aegypti;* quem titulum explicavit Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. quam citavimus; idem ad tab. 19. *a.* docet Sate esse unam ex diversis formis deae Neith, sive Thermuthis. — Non tantum per vulturem sed et per Uraeum dea illa in primis significabatur. Cf. id ad tab. 7. *b.* De vulture Aelian. *de Nat. Anim.* X. 22. Αἰγύπτιοι δὲ Ἥρας μὲν ἱερὰν ὄρνιν εἶναι πεπιστεύκασι τὴν γῦπα· κοσμοῦσι δὲ τὴν τῆς Ἴσιδος κεφαλὴν γυπὸς πτεροῖς, καὶ τῶν προπυλαίων ὀρόφοις ὑπετόρευσαν γυπῶν πτέρυγας. Isidis in capite vulture ornatae imago describitur a Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 30. A. 589—590.

θηλυκῶς μέντοι τὴν οὐρανὸν] Omittuntur haec verba ab

Aldo, et a Trebatio in versione. De Pauw putat ea fortasse a manu recentiori adscripta in textum irrepsisse. Certo si non adessent, iis non indigeremus. — Quod autem Aegyptii dicuntur *coelum* nomine foeminino vocasse, τὴν οὐρανὸν, sive *Οὐρανίαν*, animadvertendum est, haec verba Graeca usurpari, ut Graeci legentes rem melius intelligerent; Aegyptii non tam coelum ipsum ita vocarunt, eique divinos honores tribuerunt; sed potius vim generatricem quam adesse putabant in regionibus aethereis, in quibus Sol, Luna et astra sunt genita; et propterea coelum indicarunt per deam Tpe, Tphe vel Tiphe Aegyptiace dictam, quamque Horapollo Graece *Οὐρανίαν* vocavit. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 20. qui eam ita descripsit ad tab. 20. *a. b.* *Deam nudam, corpore coeruleo, quinque globis in corpore pictis quinque planetas repraesentantibus, sextus globus, Luna, pictus est prope os, et scarabaeus septimum tenens, Solem, locum obtinet genitalium.*

γῦπα ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν] Trebatius: *ob quam causam hujus sexus caeteris avibus, vulturem regem adscribunt, quo quidem vulture, ne in longum protrahatur sermo, quamcunque Deam indicant. Matrem insuper significare volentes, vulturem pingunt. Est enim mater foeminei sexus.* Phasianinus illa ἀφ' οὗ καὶ, cet. usque ad ζωγραφοῦσιν, vertit: *atque etiam exinde in omni dea id observant vulturem subscribendo.* In Ald. ed. ante vocem *Αἰγύπτιοι*, et post eam relictum est spatium quinque vel sex literarum. De Pauw legendum proponit: ἀφ' οὗ καὶ πᾶσαν θεάν, ἵνα μὴ περὶ ἑκάστης γράφων μηκύνω τὸν λόγον, *Αἰγύπτιοι* μητέρα οὖσαν θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσιν, atque ita effici putat ne bis eamdem rem narret scriptor, quum jam initio capitis dixerit per vulturem matrem indicatum fuisse. — Putaverim Horapollinem dicere voluisse

Aegyptios cuicumque imagini deae reginaeve alicujus vulturem tamquam capitis tegumentum imponere solitos fuisse; hujusque rei veritas monumentis confirmatur, in quibus dearum imagines saepissime occurrunt vulturem pro tegumento in capite gestantes. Cff. imagines dearum Neith, apud Champoll. *Panth. Aeg.* tab. 6, et 6. bis; Hathor, tab. 17. A. C. 18. A; Seven, Saoven sive Sovan, tab. 28; Natphe sive Netphe, tab. 36; et Tesonénofre, tab. 40. in *Descript. Mus. C. X.* pag. 5. 81—85, pag. 15. A. 270, pag. 17. A. 288, pag. 30. A. 589, 590. Reginarum quoque capitis ornamentum fuit. Vidd. Champoll. in *Epp. ad ducem de Blacas.* Ep. I. pag. 21. Rosellini *Monum. Aegypti et Nubiae* (*) Parte I. T. 2. pag. 476. sqq. Ejusmodi vulturis effigies picta est in tab. nostr. n. 30. *c.* — *Βασίλειον* vertam *capitis tegumentum*, vel *insigne* quod capiti imponitur, veluti et infra cap. 15; *ζώδιον* autem capiam pro *sigillo* vel *imagine* quavis (cff. v. c. Herod. I. 70. Athenaeus V. cap. 6. pag. 197. B. *Casaub.*). Aliter Cuperus in *Harpocrate* pag. 35. *θηλυκὸν ζώδιον* intelligendum putat de *signo Zodiaci foemineo.* — *Μήτηρ θηλυκοῦ ζώου* vultur dicitur, quandoquidem in eo genere avium mares non inveniantur, ut observarunt Merc. et de Pauw.

ἐπεὶ τούτων ἡ γένεσις ἐκεῖθέν ἐστιν] De Pauw legendum esse conjicit: *ἐπεὶ τοσούτων ἡ γένεσις*, cet. *quoniam tot et tantorum generatio*, cet. *τούτων* durius ad superiora illa, *διότι καὶ ἡ γένεσις ἡλίου καὶ σελήνης — ἀποτελεῖται*, referri dicens. Non necesse videtur, siquidem ipse scriptor verbis *καθὼς προεῖπον*, lectorem ad superiora relegat, atque ita vocabulo *τούτων*, solem, lunam et reliqua astra indicat.

(*) *I Monumenti dell' Egitto e della Nubia, interpretati ed' illustrati dal dottore Ippolito Rosellini.* Pisa. 1833.

δραχμὰς δὲ δύο — αἱ δύο δραχμαί·] Quid sibi voluerit his verbis Horapollo, non convenit inter editores. Causs. pro *δραχμὰς* legendum putans *γραμμὰς*, iis in crucis figuram sibi invicem impositis Monadem sive Deum designari dicit; dissentit ab eo de Pauw, qui haec adnotavit: »Graeci »drachmam una quadam linea videntur repraesentasse; et »duas drachmas lineis duabus: hae autem duae lineae erant »nota unitatis apud Aegyptios; de qua hîc verba faciens »Philippus, non interpretem sed periphrastem egit, et ut »Graecis suis rem perspicue exponeret, signum illud uni»tatis vocavit duas drachmas, earumque lineolis unitatis li»neolas designavit. Sic omnes intelligebant statim, quid »symbolum sibi vellet, et duae Aegyptiorum lineolae dua»bus Graecorum lineolis designatae, non poterant cuiquam »e Graecia esse ignotae." Sed non videtur animadvertisse de Pauw, multo simplicius et magis perspicuum facturum fuisse scriptorem, si ipsas lineas nominasset, quam alio nomine vel alia re illas indicando. — Jomard. in *Animadv. de Signis Numerorum apud Vet. Aeg.* insertis *Descript. Magn. Aeg.* Tomo IX. pag. 84. duas illas lineas (*τὰς δύο γραμμὰς*) explicat latera duo lineolae rectae (¦), qua unitas in sacra scriptura indicari solet; sed ita nondum explicatur quomodo drachmas duas indicare potuerit vultur, propterea quod lineae duae unitatem constituant apud Aegyptios; quae difficultas tolleretur si libri MSS. ubique pro *δραχμὰς* haberent *γραμμάς*. Itaque cum Cod. Paris. A. pro *αἱ δύο γραμμαὶ*, legendum videtur *αἱ δύο δραχμαὶ*, ita ut sensus sit: vultur significat duas drachmas, quoniam hae unitatem apud Aegyptios constituant; veluti autem vultur sui generis mater est, sic et unitas omnium numerorum mater atque origo habetur; atque tunc *δύο δραχμαὶ* accipiendae erunt de *didrachmo Alexandrino*, qui nummus

fortasse in Aegypto argenteorum nummorum unitatem constituit; certe Veteris Testamenti interpretes Alexandrini ubique calculum instituunt secundum *didrachma*, (cf. v. c. Levit. XXVII. 3, sqq.) quin et, ubi dimidium hujus nummi exprimere debent, non utuntur voce δραχμή, sed vertunt τὸ ἥμισυ τοῦ διδράχμου. Cf. Exod. XXX. 13. Fieri tamen potest, ut hoc loco quaedam tribuantur Aegyptiis, quae ad aliorum, Gnosticorum fortasse, opiniones pertineant, quorum qui Carpocratem sequebantur, omnium quae existunt initium, Monadem vocabant. Cf. Matter *Hist. Crit. Gnost.* Tom. II. pag. 265. Eodem nomine etiam veteres philosophi initium rerum indicarunt, v. c. Pythagoras, secundum Diogen. Laert, VIII. 1. §. 25. Philo in lib. Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νομῶν, cet. fere in fine τὴν Μόναδα, *Deum* vocat, *Δυάδα autem res ab eo genitas.*

μονὰς δὲ παντὸς ἀριθμοῦ γένεσις] *Ex monade omnes numeri sunt nati, ea est omnium numerorum origo.* Vocem γένεσις eadem significatione quoque usurpavit Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 36, med. pag. 365. C. ἡ γὰρ ὑγρὰ φύσις, ἀρχὴ καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς, τὰ πρῶτα τρία σώματα, γῆν ἀέρα καὶ πῦρ ἐποίησε. Alias dicitur ἀρχή, vel σπέρμα. Diogen. Laert. l. c. ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων, μονάδα· ἐκ δὲ μονάδος, ἀόριστον δυάδα, ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος, τοὺς ἀριθμούς. cet. Theon Smyrn. *de Arithm.* cap. 23. ἐπεὶ γὰρ αὐτὴ [*monas*] οἷον σπέρμα πάντων ἐστὶν ἀριθμῶν. Cff. quoque cap. 4. et (quos ad cap. 23. citavit de Gelder in adnot. Theonis editioni addita p. 172.) Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 12. B (qui p. 115. A. *binarium* quoque numerum dixit σπερματικὸν), *Theologum. Arithm.* cap. I. pag. 3. Proclus *in Hesiod.* Ἡμέρ. p. 169.

Martianus Capella *de Nupt. Philol.* VII. pag. 238. Marius Victorinus *Gram.* I. cap. *de pedibus.* Terentianus Maurus *de Metris.* vs. 1361. Addi quoque possit Macrob. *in Somnium Scipionis.* I. cap. 5, post initium: »Unum autem »quod *μονάς*, id est unitas dicitur, et mas idem et foe- »mina est; par idem atque impar; ipse non numerus, sed »fons et origo numerorum. Haec monas initium finisque »omnium, neque ipsa principii aut finis sciens ad summum »refertur Deum, ejusque intellectum a sequentium numero »rerum et potestatum sequestrat; nec in inferiore post deum »gradu eam frustra desideraveris." et paulo post: »nulli »aptius" inquit »jungitur monas incorrupta quam virgini. »Huic autem numero, id est septenario, adeo opinio vir- »ginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocitetur; nam virgo »creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, »qui intra denarium coarcteretur, quem primum limitem »constat esse numerorum. Pallas ideo quia ex solius mo- »nadis fetu et multiplicatione processit, sicut Minerva sola »ex uno parente nata perhibetur." Hermes apud Stobaeum *in Eclog.* I. cap. 11. pag. 306. *Ed Heeren.* *Ἡ γὰρ μονὰς, οὖσα πάντων ἀρχὴ καὶ ῥίζα, ἐν πᾶσίν ἐστιν, ὡς ἂν ῥίζα καὶ ἀρχὴ, ἄνευ δὲ ἀρχῆς οὐδέν· ἀρχὴ δὲ ἐξ οὐδενὸς ἀλλ' ἐξ αὐτῆς, εἴ γε ἀρχή ἐστι τῶν ἑτέρων. Μονὰς, οὖσα οὖν ἀρχὴ, πάντα ἀριθμὸν ἐμπεριέχει ὑπὸ μηδενὸς ἐμπεριεχομένη· καὶ πάντα ἀριθμὸν γεννᾷ, ὑπὸ μηδενὸς γεννωμένη ἑτέρου ἀριθμοῦ.* — De Numerorum sanctitate universe, et praecipue apud Gnosticos cf. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium.* Ep. II. pag. 16, sqq.

Klaproth, Op. cit. Ep. I. pag. 23—25, minus accurate, ut supra ad cap. 6. adnotavimus, significationes quasdam ab Horapolline accipitri adscriptas, hic vulturi tribuens, dicit *vulturem* ϣⲟⲧⲣⲉϥ, significare *Junonem* ⲥⲧⲏ (Sate

sive Sati), *elevationem* ϣⲱⲓ, *principatum* ϣⲟⲣⲡ, *humilitatem* ϣⲟⲕ et ϣⲏⲕ, *sanguinem* ⲥⲛⲟϥ, *victoriam*, *vincere* ϭⲣⲟ, *drachmas duas* ϭⲓⲕⲓϯ, et *futurorum cognitionem* ϣⲟⲣⲡ ⲛ̄ϣⲓ, quoniam omnes hae voces ab eadem litera ϣ, vel ϭ incipiant; add. Ep. II. p. 39-43.

Quae Horapollo narrat de vulture bellum praesagiente, a Cl. Seyffarth. pag. 163. referuntur ad *vulturem* Martem planetam significantem; eidem animali Saturni quoque significationem tribuit propterea quod 7 diebus ante definiat locum ubi pugna futura sit; numerus autem septenarius Mercurio planetae sacer. Cf. l. c. pag. 163, fine. Eandem interpretationem efficit ex eo, quod vultur Uraniam significet secundum Horapollinem; Viri Cl. verba (p. 129, med.) sunt haec: »testatur Horapollo Aegyptios vulture »Uraniam significare quoniam inde omnium generatio sit, »ἐπειδὴ δοκεῖ παρ' Αἰγυπτίοις, κ. τ. λ. — τὸ δὲ κάτω, Ἥρα. »quis quaeso non videt Horapollinem loqui de Saturno vel »Rhea (♄ foeminino) omnium Deorum progenitore. Idem »vero ♄, quem Horapollo Junonem atque Venerem Ura»niam dicit, praeërat semicirculo inferno seu hiemali; sa»ne ♄ domos suas habet in medio semicirculo hiberno, »eique frigus proprium ducebatur. Ergo Juno seu Urania »♄ foemininum signicat." Cf. quoque pag. 163, fine, ubi inimicitiam Osiridis (☉) et Typhonis (♄) indicari dicit ab Horapolline per »vulturem (♄) tergum Soli (☉) obverten»tem;" sed secundum hunc scriptorem vultur non Soli, verum boreae tergum obvertit: τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν ἄνεμον.

CAPUT XII.

Ἥφαιστον δὲ γράφοντες] Ἥφαιστον Graeci interpretati sunt deum, Aegyptiis *Phtha* dictum. Cff. Jablonski *Panth.*

Aeg. I. cap. 2. §. 8, 9. *Opusc.* Tom. I. pag. 382, sqq. quaeque ibi adnotavit Cl. Te Water. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 149, sqq. in *Descript. M. C. X.* pag. 10. A. 168, sqq. *Panth. Aeg.* ad tab. 8, sqq. Matter in *Hist. Crit. Gnostic.* Vol. II. pag. 15, sqq. — Caeterum Caussini correctionem, legere suadentis: *Ἥφαιστον δὲ γράφοντες κάνθαρον ζωγραφοῦσιν, Ἀθηνᾶν δὲ καὶ Ἥφαιστον γῦπα καὶ κάνθαρον*, quamvis ab Aegyptiorum scribendi ratione non abhorreat, nunc admittendam non putaverim, ob posteriora illa, *οὗτοι γάρ — ἀρσενοθήλεις ὑπάρχουσι.* Deum Vulcanum (i. e. Phtha) quippe *ἀρσενόθηλυν* indicabant per *scarabaeum* (masculini generis symbolum, secundum cap. 10) et per *vulturem* (qui foeminam significabat cf. cap. 11), ita tamen ut scarabaeus prior poneretur; Minervam (i. e. Neith) iisdem quidem signis scribebant, sed ita ut vultur priorem locum obtineret. Jam vero si de veritate hujus explicationis quaeramus, statuendum fortasse Horapollinem vera immixta falsis tradidisse; nam in monumentis Aegyptiacis deus Phtha Socari saepe scarabaeum habet in capite. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* tab. 8. et *Descript. M. C. X.* pag. 11. A. 215, sqq. quin et deus Thore, altera ejusdem forma pro capite habet scarabaeum. Cff. *Panth. Aeg.* tab. 13, 14. et *Descript. M. C. X.* pag. 12. A. 230 — 231. bis. Fortasse huc quoque pertinet imago, quae dicitur Panthea, ejusdem dei, in qua inter alia vultur quoque est additus. Cf. Op. l. A. 232, 233.

ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσιν] Recte de Pauw hîc quaedam deësse putat: ut enim quae explicationis loco sequuntur, *deos eos eximie ἀρσενοθηλεῖς esse*; cum praecedentibus recte conveniant, oportet ut in prioribus non tantum agatur de una dea Minerva, sed etiam de deo Vulcano, et quidem ita, ut huic signum foeminini generis

addatur, Minervae vero masculini generis: non enim illa *οὗτοι γὰρ μόνοι θεῶν*, cet. ad superiora pertinere possunt, quorum explicatio jam continetur verbis: *δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς — συνεστάναι*, cet. Praeterea Pauwii correctionem quodammodo confirmant Codd. Pariss. A, B. in quibus verba, *κάνθαρον γράφουσιν*, si ad textum vere pertineant, referri non posse ad priora, quae finiuntur voce *θηλυκοῦ*, facile patet. Eandem correctionem probavit quoque Jablonski in *Panth. Aeg.* I. pag. 63.

οὗτοι γὰρ μόνοι θεῶν — ἀρσενοθήλεις ὑπάρχουσι] Praeter Phtha et Neith, etiam Luna apud Aegyptios utriusque sexus particeps habebatur. Cf. v. c. Plutarch. *de Is. et Os.* cap 43. pag. 368. C. *διὸ καὶ μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι, καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται, πληρουμένην ὑπὸ Ἡλίου καὶ κυϊσκομένην γεννητικὰς ἀρχὰς καὶ κατασπείρουσαν*. Cui addatur Aelius Spartianus in vita Antonini Carac. cap. 7. et Ammonius ad Aristot. *de Interpret.* pag. 15. (quem locum laudavit quoque Hoeschelius) *καὶ γὰρ εἰ ἀρσενικῶς Αἰγύπτιοι τὴν σελήνην ὀνομάζειν εἰώθασιν· ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν γῆν, οἶμαι αὐτὴν παραβάλλοντες, οὐχ ὑπὸ ἡλίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς φωτιζομένην. διὸ καὶ ὁ ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀριστοφάνους λόγος τὸ μὲν ἄῤῥεν τῷ ἡλίῳ προςήκειν ἔφη, τὸ δὲ θῆλυ τῇ γῇ, τῇ δὲ σελήνῃ τὸ ἀῤῥενόθηλυ.* Quae citavit Ammonius ex *Symposio* Platonis, inveniuntur cap. 14, fine. pag, 190. A. B. *Ἦν δὲ διὰ ταῦτα τρία τὰ γένη καὶ τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ θῆλυ τῆς γῆς, τὸ δὲ ἀμφοτέρων μετέχον τῆς σελήνης, ὅτι καὶ ἡ σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει.* Addatur Jablonski *Panth. Aeg.* I. pag. 64, seq. Recte igitur de Pauw adnotavit, vocem *μόνοι*, h. l. non significare *soli*, sed aliquid *praestans* notare et *egregium*; Vulcanum igitur et Minervam *eximie*, *praecipue* dici ἀρσε-

νοθήλεις. Eamque vocis *μόνος* significationem illustravit locis ex hymnis, qui Orpheo vulgo tribuuntur, allatis, et ex ipso Horapollinis cap. 55, ubi dicitur de cucupha: *διότι τοῦτο μόνον τῶν ἀλόγων ζώων, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν γονέων ἐκτραφῇ, γηράσασιν αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ἀνταποδίδωσι χάριν.* Eandem hujus vocis significationem adnotarunt quoque Stallbaum ad Plat. *Sympos.* cap. 32. pag. 215. C. ad III. *de Rep.* cap. 9. pag. 397. E. et Jacobs in *Additam. Animadv.* in *Athen.* pag. 131.

Seyffarth l. c. pag. 162, med. dicit Vulcanum (♂) et Minervam (♂ foemininum), per *scarabaeum* Martis planetae symbolum indicatos fuisse. Alium scarabaeum (de quo in cap. 10, fine) Mercurio planetae tribuit.

CAPUT XIII.

Θεὸν δὲ ἐγκόσμιον] Trebatius vocem *ἐγκόσμιον* in versione omisit; Causs. melius quam reliqui interpretes, vertit *Deum in mundo habitantem*, adnotans significari *divinam providentiam per universum commeantem* (*); Phasianinus, *Deum totius orbis*. Sunt autem *θεοὶ ἐγκόσμιοι*, *dei*, *rectores mundi visibilis*. Cf. Matter. *Hist. Gnostic.* II. pag. 34. — Alcmaeon Pythagorae discipulus, et Xenocrates Chalcedonius astris divinitatem tribuerunt. Clem. Alex. *Cohort. ad Gent.* cap. 5, ante fin. *Ed. Potteri* pag. 58, in. *Ἀλκμαίων θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι ἐμψύχους ὄντας. Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος οὗτος, ἑπτὰ μὲν θεοὺς τοὺς πλάνητας, ὄγδοον δὲ τὸν ἐκ πάντων αὐτῶν συνεστῶτα κόσμον αἰνίττεται.* De Alcmaeone cf. Cicero *de Nat. Deor.* I. 11;

(*) Ita Pythagoras Deum vocavit » animum per naturam rerum omnem » intentum et commeantem" Cf. Cic. *de Nat. Deor.* I. 11.

de Xenocrate Chalcedonio, cap. 13, med. — In *Eclogis Hermeticis* apud Stobaeum Lib. I. cap. 52. pag. 952. *Heerenii*, astra dicuntur *ὀφθαλμοὶ θεῶν*. — Caeterum hanc, quam memorat Horapollo stellae significationem, monumenta confirmarunt. Cf. ejus hieroglyphicum tab. nostr. n. 31. *a*.

τὴν νίκην προςτάσσει] De Pauw totum hunc locum ita explicat, eumque sequitur Requier: Totum hoc" inquit »Universum circus est, in quo immensa corpora coelestia cum »omnibus aliis inter se cursu certant: huic certamini prae»est Deus *ἐγκόσμιος*, qui victores declarare et victoriae »praemia distribuere potest solus: illa ipsa autem spes »victoriae est, quae facit, ut sidera et orbis universus in »partibus suis, celerrime et absque ulla intermissione se »continuo moveant." Quae explicatio si pro vera sit habenda, Sacerdotum Aegyptiorum mirum placitum erit notandum, cujus alibi fortasse mentio non invenietur. Sed haerere videtur de Pauw in verbis, *τὴν νίκην προςτάσσει*, quae reddit; *victores declarat et victoriae praemia distribuit*. Trebatius *νικὴν* non reddidit: *Deum quidem, quoniam divina providentia omnis stellarum ac totius mundi motus conficitur*. Merc. et reliqui, melius quam de Pauw, *victoriam decernit:* nam pro *victoriae praemio* vox *νικὴ* non usurpatur. Quamvis autem Deus recte dicatur victoriam constituere, non tamen apte cohaerent sequentia: *ἡ τῶν ἀστέρων καὶ τοῦ παντὸς κόσμου κίνησις ἐκτελεῖται*· non enim ipsa *victoria moveri* dici possunt astra, sed Dei agendi ratione *victoriam decernentis*, *τῷ τὴν νίκην προςτάσσειν*, sive *τῆς νίκης προςτάξει*. Vellem Codex aliquis exhiberet pro *νίκην*, *δίνην*, quorum verborum mutatio perfacilis fuerit. Deum picta stella significant, *quoniam providentia divina vertiginem constituat,*

qua astrorum et totius mundi agitatio perficitur. Plato in *Phaed.* cap. 47. pag. 99. B. ὁ μὲν τις δίνην περιτιθεὶς τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ μένειν δὴ ποιεῖ τὴν γῆν. κ. τ. λ. ad quem locum cf. Wyttenb. in adn. pag. 261. Diod. Sic. I. 7, in. *Wessel.* pag. 10. ἀφ' ἧς αἰτίας τὸν μὲν ἥλιον καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν ἄστρων ἐναποληφθῆναι τῇ πάσῃ δίνῃ. Cf. quoque Valcken. *Diatrib.* pag. 89. C.

εἱμαρμένην δὲ] Jam inde ab antiquissimo tempore universa fuit apud omnes fere populos superstitio, ex astris futura posse cognosci; ita ut Cic. *de Divin.* 1. dicat: »Gentem quidem nullam video, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem tamque barbaram, quae non significari futura et a quibusdam intelligi, praedicique posse censeat." Deinde diversos populos enumerans, qui ex astrorum motibus trajectionibusque futura conjicerent, addit: »eandem artem etiam Aegyptii longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis consecuti putantur." De Sirio jam vidimus ad cap. 4. Sed praecipue Planetarum cursus et conjunctiones ab veterum astrologis observabantur. Cff. vb. c. Diod. Sic. II. cap. 30. *Wessel.* pag. 143. Clem. Alex. *Strom* VI. cap. 16. *Ed. Potteri.* Vol. II. pag. 813, med. ubi mathematicos dicit docere septem Planetas εἶναι ἀστέρας τὴν περίγειον διοίκησιν ἐπιτελοῦντας. Add. Plinius *Hist. Nat.* XVIII. 32, in. De Aegyptiis hoc narrat Diod. Sic. I. cap. 81. pag. 92. τὰς δὲ τῶν πλανήτων ἀστέρων κινήσεις καὶ περιόδους καὶ στηριγμοὺς, ἔτι δὲ τὰς ἑκάστου δυνάμεις πρὸς τὰς τῶν ζώων γενέσεις, τίνων εἰσὶν ἀγαθῶν ἢ κακῶν ἀπεργαστικαὶ, φιλοτιμώτατα παρατετηρήκασι· καὶ πολλάκις μὲν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν μελλόντων ἀπαντήσεσθαι κατὰ τὸν βίον προλέγοντες ἐπιτυγχάνουσιν, οὐκ ὀλιγάκις δὲ καρπῶν φθορὰς ἢ τοὐναντίον πολυκαρπίας, ἔτι δὲ νόσους κοινὰς ἀνθρώποις ἢ

βοσκήμασιν ἐσομένας προσημαίνουσι. Euseb. *Praep. Euang.* III. 4, post in. διὸ καὶ μόνοις τοῖς ἄστροις τὴν τῶν ὅλων ἀνετίθεσαν αἰτίαν, τὰ πάντα εἱμαρμένης ἐξάπτοντες, καὶ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεώς τε καὶ φορᾶς ὥςπερ ἀμέλει εἰςέτι καὶ νῦν ἥδε παρ' αὐτοῖς κεκράτηκεν ἡ δόξα.

πέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμενοι] Praeter Terram, septem planetas veteres numerant. Coelum ipsum infinitae magnitudinis globum putabant, a multis summum Deum vocatum, (cff. quos in adnot. prima ad h. cap. citavimus, et Macrobius *in Somn. Scipionis*. I. 17, in.), in quo planetarum conversiones fierent. Ubi de septem planetis loquuntur (quod faciunt vb. c. Aristot *de Mundo*. cap. 2. Vol. I. pag. 847. E. sq. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 48, in. pag. 370. C. D. Clem. Alex. *Strom.* VI. cap. 16. Plinius *Hist. Nat.* II. 6. Servius ad *Virg. Aen.* III. 284.) Solem et Lunam in eorum enumeratione comprehendunt; alii vero hos inter planetas non recensent. Cff. Diod. Sic. II. 30. pag. 143. *Wessel.* Cic. de *Nat. Deor.* I. 13, med. ubi loquitur de stellis vagis, quibus jungit Solem et Lunam; cf. et II. 20. §. 51: »Solis et Lunae et quinque »errantium — est facta conversio." Ita quoque Hyginus L. II, fine et III, fine. et quinque etiam recensent Ptolemaeus et Theon. In monumèntis Aegyptiacis Dea Tpe sive Tiphe saepissime occurrit, septem globos in corpore pictos habens, quorum duo certum locum occupant, reliqui quinque per totum corpus sunt dispersi. Cf. supra pag. 182. in adn. ad verba, θηλυκῶς μέντοι τὴν οὐρανόν. Sol itaque et Luna tunc inter stellas censeri non videntur tamquam dii nobiliores, et ex planetarum numero exemti ab Aegyptiis, veluti adnotavit de Pauw ad h. l. — Caeterum stellae in monumentis Aegyptiorum quinque radiis pinguntur. Cff. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* tab. gen. n. 239. effi-

gies Zodiacorum Aegyptiacorum, et plurimi mumiarum loculi, (cf. vb. c. tab. V, tabularum fasciculi additi *Epistolis* Vir. Cl. Reuvens, quas saepius laudavimus). Add. tab. nostr. n. 31. — *Numerum quinarium* per stellam indicatum fuisse, an jam confirmaverint monumenta nondum indicatum inveni apud viros hujus rei peritos. Vulgo in hieroglyphica scriptura *quinque lineis* notari, jam docuit Jomardus in libro *de Signis Numerorum apud Aegyptios* (*), quem laudavit Kosegarten in *Comm. I. de Prisca Aegypt. Literatura.* pag. 52. Quum autem vir doctissimus in eodem libro (*Descript. Aeg. Antiq.* Vol. VII. pag. 423, et IX. pag. 84, 85.) affirmat in *Inscriptione Rosettana*, textus hieroglyphici vs. 13. *solis* atque *stellae* figuris versionem contineri verborum Graecorum, *ΗΜΕΡΑΣ ΠΕΝΤΕ*, vs. 50 textus Graeci occurrentium, atque ita *numerum quinarium* ibi indicari per *stellam*, erravit in eo, quod duorum illorum textuum versus non recte comparavit. Signa ea *solis* atque *stellae*, saepius occurrunt in eadem inscriptione vs. 11, in. et in fine. et vs. 13. Vs. 11. (vid. tab. nostrae 32. *a.*) convenit cum vs. 48. inscriptionis Graecae, ubi dicitur: *ΑΓΕΙΝ ΤΑΣ ΗΜΕΡΑΣ ΤΑΥΤΑΣ ΕΟΡΤ..... ΓΥΗΤΟΝ ΙΕΡΟΙΣ ΚΑΤΑ ΜΗΝΑ κ. τ. λ.* In inscriptione hieroglyphica vox *ΜΗΝ* redditur *lunae* figura *deorsum versae* (cf. Horap. I. 4.) cui adduntur signa *solis* atque *stellae*, determinantia quamcumque temporis divisionem (vid. tab. nostr. 32. *aa.*); eodem modo signa illa sunt explicanda in reliquis duobus locis, quae citavimus (vid. ibid. *bb.* et *dd.*); quamquam in versione Graeca *mensis* mentio iterum non fit: nam in altera parte vs. 48. qui convenit cum fine. vs. 11. textus

(*) *Notice sur les Signes Numeriques des Égyptiens.* Paris. 1819 *Description de l'Égypte. Antiq.* Tom. VII et IX.

hieroglyphici (vid. tab. nostr. *b.*), ne eadem repeteret Graecus sculptor, sensum quodammodo mutavit, vertens: *ΚΑΙ ΣΥΝΤΕΛΕΙΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΘΥΣΙΑΣ ΚΑΙ ΣΠΟΝΔΑΣ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΤΑ ΝΟΜΙΖΟΜΕΝΑ ΚΑΘΑ ΚΑΙ ΕΝ ΤΑΙΣ ΑΛΛΑΙΣ ΠΑΝΗΓΥΡΕΣΙΝ. κ. τ. λ.* — Versui 13. inscriptionis hieroglyphicae (vid. tab. nostrae. *d.*), respondent textus Graeci vs. 52 et 53, ubi dicitur: *licere hominibus privatis*, *ΑΓΕΙΝ ΤΗΝ ΕΟΡΤΗΝ — ΚΑΤ ΕΝΙΑΥΤΟΝ*; sed ibi omissae sunt voces *ΚΑΤΑ ΜΗΝΑ*, quae leguntur in parte hieroglyphica inscriptionis (vid. tab. *dd.*); in textu Demotico vs. 28, 29, *lunae* quidem *deorsum versae* atque *solis* hieroglyphica, signis demoticis transcripta sunt, sed omittitur *stella*. Cf. Salvolini *Ep. I. ad Gazzeram.* p. 31, sqq. Quod autem ad vs. 49 et 50 textus Graeci, quem minus recte cum vs. 13. hieroglyphico comparandum putavit Jomardus, in iis dicitur *debere celebrari festum in honorem Ptolemaei: ΑΓΕΙΝ ΔΕ ΕΟΡΤΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΗΓΥΡΙΝ —— ΠΤΟΛΕΜΑΙΩΙ ΕΠΙΦΑΝΕΙ ΕΥΧΑΡΙΣΤΩΙ ΚΑΤ ΕΝΙ....... ΧΩΡΑΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΝΟΥΜΗΝΙΑΣ ΤΟΥ ΘΩΘ ΕΦ ΗΜΕΡΑΣ ΠΕΝΤΕ. κ. τ. λ.* sed conveniunt haec cum iis, quae leguntur in textu hieroglyphico vs. 12. (vid. tab. nostr. *c.*), ubi numerus *ΠΕΝΤΕ*, veluti semper, exprimitur *quinque lineis rectis* (vid. ibid. *cc.*).

De *stella Deum*, *crepusculum*, *noctem*, *tempus* atque *viri animum* indicante, agitur ab Horapolline infra II. 1.

Klaproth Ep. I. pag. 19. *stellam* putat significare *Deum* ϯⲓⲟⲥ, *tempus* ⲥⲛⲟⲩ, et *numerum quinarium* ϯⲟⲩ; quoniam hae voces ab eadem aut simili litera incipiant, atque Copticum ⲥⲓⲟⲩ, *stellam* significans; quum vero *quinque* ϯⲟⲩ, a ϯ incipiat, addit literam hanc saepissime mutari in ⲥ. — Alio modo de Goulianof. pag. 12, 13. per paronomasiam, *stellam* indicasse *numerum quinarium* statuit: *quinque* enim dialecto Sahidica ϯⲟⲩ sonasse, literam au-

tem ✝ olim pronuntiatum fuisse *tsi*, sonitu a c non multum differentem; praeterea ✝ (cujus figura exstet inter hieroglyphica a Champollione *de Hierogl. Vet. Aeg.* tab. gen. nr. 101. edita) eumdem valorem habere atque hieroglyphicum *stellae*, (quod ibid. n. 92. occurrit).

Seyffarth pag. 171. med. servata vulgata lectione, *τὴν νίκην προςτάσσει*, *stellam* symbolum dicit Martis planetae, ob victricem Dei providentiam, et propter numerum quinarium, quum Mars planetarum sit quintus.

CAPUT XIV.

Κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι] De Cynocephalis Aristot. *Hist. Anim.* II. 8. Tom. II. pag. 221. E. Diod. Sic. III. cap. 35. *Wessel.* Vol I. pag. 200, 201. Aelianus *de Nat. Anim.* IV. 46, VI. 19, VII. 19, X. 25. Ctesias aqud Photium pag. 152. Philostr. in *Vita Apollonii.* III. cap. 50. ubi vocantur: *πίθηκοι — τὰ εἴδη κύνειοι, καὶ σμικροῖς ἀνθρώποις ἴσοι.* Plinius *Hist. Nat.* VII. 2, fine, VIII. 54, et XXXVII. 9.

συμπάθειάν τινα πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον ἐκτήσατο] De *συμπαθείᾳ* illa inter animalia quaedam et corpora coelestia, Lunamque in primis, plurima adnotavere veteres. Gellius *Noct. Attic.* XX. 8. multorum, qui de ea scripserunt, nomina et opiniones adtulit. Cff. quoque Plinius *Hist. Nat.* VIII. 54, in. et quos laudavimus supra ad cap. 10. — Mercerum, *πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον*, vertentem: *cum Deae congressu*, sequitur de Pauw, scribendum putans: *πρὸς τὴν τῆς θεοῦ σύνοδον*, quoniam tunc demum apte sequatur, *ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ.* Sed correctione non opus videtur, quum explicari possit: *πρὸς τὴν τῆς σελήνης καὶ τοῦ θεοῦ σύνοδον;* et praeterea de

Luna recte dicatur ὁ θεός; ab Aegyptiis enim, ut supra vidimus, ad cap. 12. habebatur ἀρσενόθηλυς.

ὅταν γὰρ ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας] De Pauw reprehendit interpretes qui, ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας, reddiderunt: *aliquanto tempore*, et corrigit *partem horae;* sed solis et lunae conjunctio non ita horae spatio definiri potest; et ὥρα saepissime significat *tempus* universe, veluti apud Hesiodum *Op.* et *D.* vs. 20.

Ὥρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε.

Fortasse verba illa, ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας rectius omittuntur; certe Trebatius ea in suo Codice non videtur invenisse; nam vertit: *quando enim luna soli juncta non apparet, tunc mas cynocephalus neque videt neque comedit.*

καὶ ταὐτὰ τῷ ἄῤῥενι πάσχειν, ἔτι δὲ καὶ] Ald. Merc. et Pierius omittunt δὲ, Hoesch. uncis inclusit; sed supra cap. 3. eodem modo habuimus: ἔτι δὲ καὶ διότι κατὰ τὴν τούτου τοῦ ἄστρου ἀνατολὴν, cet. et infra in hoc cap. 14. ἔτι δὲ καὶ τὸ ζῶον ἐπὶ Ἑρμῇ ἐνεμήθη. Fieri tamen potest, ut pro ἔτι δὲ, legendum sit ἔτι τε, vel ut voluit de Pauw, ἔτι γε καί; ita supra, cap. 7, in. ἔτι γε μὴν καὶ ἀντὶ ψυχῆς, cet.

διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν] Codd. nonnulli omittunt articulum, qui tamen apud alios scriptores plerumque additur; ita Diod. Sic. III. 62. *Wessel.* pag. 231. τεκμήριον δ' εἶναι τούτου τὸ μέχρι τοῦ νῦν ἐν πολλοῖς τόποις ἀγρίας ἀμπέλους φύεσθαι. Sine articulo supra in cap. 8. legitur: τῆς δὲ τοιαύτης αὐτῶν ὁμονοίας χάριν, μέχρι νῦν οἱ Ἕλληνες ἐν τοῖς γάμοις, cet. — In seqq. τὸ — μέρος τῆς συνόδου est τὸ μέρος τοῦ χρόνου τῆς συνόδου, vel ut supra dixit τὸ μέρος τῆς ὥρας. — De Cynocephalo dei Pooh sive Luni symbolo egit Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 14. C. *f.* in *Descript. M. C. X.* pag. 9. A. 153. *bis;* add. etiam pag. 45. B. 200, sqq. Passalacqua in *Catal. Ant. Aeg.*

pag. 18. (v.) 287. Ejus imaginem vide in tabulis nostris, n. 33.

Οἰκουμένην δὲ] Οἰκουμένη est *quaevis terra habitata*, intelligitur γῆ vel χώρα, quae vox interdum additur, v. c. apud Xenoph. *Cyrop.* IV. 4. §. 5. οἰκουμένη — χώρα πολλοῦ ἄξιον κτῆμα, ἐρήμη δὲ ἀνθρώπων οὖσα, ἐρήμη καὶ τῶν ἀγαθῶν γίγνεται. deinde dicitur etiam de *parte alicujus regionis habitata*, v. c. in *Cyrop.* III. 3. §. 2. de *toto orbe habitato*, v. c. apud Xenoph. *de Vectig.* I. §. 6. in. Diod. Sic. I. 1, med. *Wessel.* pag. 4. Aelian. *Var. Hist.* III. 29, fine; usurpatur quoque *de singulis quibusdam populis, regionibusque iis subjectis:* ita de Judea apud scriptores Alexandrinos, et in N. T.; de Graecia apud reliquos scriptores Graecos, v. c. apud Demosth. *de Halonneso.* Vol. I. p. 85. vs. 17, *Ed. Reiskii;* in *Orat. Fun.* Vol. II. pag. 1399. vs. 26. Sed praecipue, ubi de Romanorum imperio agitur, prouti ipsi sua lingua illud *Orbem terrarum*, Graece scribentes τὴν οἰκουμένην vocarunt. Cff. Krebsii *Obs. Flav.* pag. 101. — Quod autem ad septuaginta duas illas τῆς οἰκουμένης regiones adtinet, Merc. adnotat: »Haec climata appellant, a poli inclina- »tione et elevatione." Hoesch. »totidem sunt linguarum »idiomata, Epiphanio auctore Libro I. *contra Haeres.*" Veterum historici et inter eos, Ephorus (teste Clem. Alex. *Strom.* I. cap. 22. Vol. I. pag. 404, med.) statuerant septuaginta esse et quinque gentes et linguas; sed Patres et scriptores Ecclesiastici septuaginta, vel septuaginta et duas tantum nationes, totidemque linguas numerarunt, quibus regionibus singulos angelos praepositos putabant. Cff. Clementinorum *Homil.* 18. cap. 4. auctor *Recognitionum* S. Clementis II. cap. 42. Epiphanius loco ab Hoesch. citato, *contra Haereses* I. Tom. I. Sect. 6. pag. 6. διεσκέδασε

γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομήκοντα δύο διένειμε, κατὰ τῶν τότε ἀνδρῶν ἀριθμὸν εὑρεθέντα. Cff. et reliqui, quos laudavit Potterus ad Clem. Alex. quibus addantur Augustin. *de Civit. Dei* XVI. cap. 3. et 5. et Glycas *Annal.* pag. 128, C. Itaque hîc non est cogitandum de alia majore totius mundi divisione, secundum quam coelum dividebant Aegyptii in partes duas, vel quatuor, vel duodecim, vel sex atque triginta, vel septuaginta duas, vel plures quoque; de qua re cf. Jamblichus *de Myst.* Sect. VIII. cap. 3. ante fin.

τούτους δὲ τρεφομένους — οὕτω καὶ τούτους] De Pauw, ut evitetur ταὐτολογία, locum ita constituendum arbitratur: οὗτοι δὲ τρεφόμενοι ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντες, οὐ, καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ, οὕτω καὶ τούτους, ἀλλὰ, cet. nominativo ut saepe, posito pro genitivo absoluto; eamque correctionem probari putat Aldina, quae pro τυγχάνοντας habet τυγχάνοντες; sed quod animadvertit de Pauw de nominativo pro genitivo absoluto, eodem modo accusativum usurpari, docent Koen ad Gregorium *de Dialectis* pag. 15. et 33, sq. Zeunius ad Xenoph. *Cyrop.* II. 2. §. 20, V. 4. §. 51. Hoogeveen ad Vigerum pag. 58. *Ed. Herm.* 342. a., et Zeunius ibid. pag. 560. b. Matthiae *Gr. Gr.* §. 562. 3. — Sin locus mutandus sit, verba, οὕτω καὶ τούτους potius omiserim; neque tamen nego lectionem vulgatam, etiam meliorum scriptorum exemplis posse defendi, apud quos pronominis demonstrativi repetitio saepissime obtinet. Cf. *Stalb.* ad Plat. *Gorgiam* cap. 53, in. p. 507. C, ad III. *de Rep.* cap. 5. p. 391. D; eademque verba post parenthesin (quali quodammodo continentur illa: καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ) frequenter repetuntur. Cf. Stalb. ad Plat. *Protag.* cap. 37. pag. 355. E. add. Xenoph. *Cyrop.* VII. 2. §. 11. ἐγὼ

γὰρ ὁρῶν τοὺς στρατιώτας πολλὰ πεπονηκότας — ἀξιῶ ὠφεληθῆναι τοὺς στρατιώτας. et VIII. 6. §. 13. οἱ δὲ ὑπηρέται, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσι — οὕτω καὶ — οἱ Κύρου ὑπηρέται. — In sqq. pro νεκρούμενον, in Ald. vitiose legitur νεσθούμενον, sed stellula ad marginem indicat locum esse corruptum: νεκρόω significat neco, eneco, sed plerumque, et in Novo Testamento semper, usurpatur de viribus alicujus debilitandis, de aliquo otioso reddendo, et sic νεκρόομαι est debilitor. Cf. Schleusn. in voce; hic autem sumitur de vitae privatione, sic νέκρωσις γίγνεσθαι apud Galenum dicitur ubi membrum aliquod emoritur. — Pro τότε ὅλος ἀποθνήσκει, non opus est ut cum Pauwio legamus τότε ὅλον ἀποθνήσκει; neque enim ad σῶμα necessario referri debet, neque adverbium hoc loco requiritur, quum recte intelligatur ὁ κυνοκέφαλος.

γράμματα δὲ] Fortasse hic, ut et supra in capitis initio, legendum γραμματέα: sed Codicibus consentientibus lectionem vulgatam non mutavi. Fortasse Philippus hoc loco Horapollinem minus accurate vertit, et pro ⲥⲁϩ, quo scriba indicatur, legit ⲥϧⲁⲓ, quod literas significat.

Αἰγυπτίοις ἐπισταμένων γράμματα] Ita legimus pro eo quod in nonnullis est, Αἰγύπτια — γράμματα; nam velut observat de Pauw, neque supra diserte memorantur γράμματα Αἰγύπτια, et in sqq. simpliciter quoque γράμματα nominantur; sensus itaque est: quoniam apud Aegyptios sit cynocephalorum genus literarum peritum; eandem lectionem secutus quoque est Trebatius. — Aelian. de Nat. Anim. VI. 10. ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς κυνοκεφάλους καὶ γράμματα ἐδίδασκον, καὶ ὀρχεῖσθαι, καὶ αὐλεῖν, καὶ ψαλτικήν· καὶ μισθὸν κυνοκέφαλος ἐπράττετο ὑπὲρ τούτων· καὶ τὸ διδόμενον εἰς φασκώλιον ἐμβαλὼν ἐξηρτημένον ἔφερεν, ὡς οἱ τῶν ἀγειρόντων δεινοί. — Primorum saecu-

lorum Christiani multi quoque crediderunt haec animalia scribendi esse perita. Cf. *Acta* S. Barthelemii, in Zoëgae *Catal. MSS. Musei Borgiani* pag. 285. et Creuzeri *Comment. Herodot.* I. §. 26. pag. 359, ac quos laudavit Matter in *Hist. Crit. Gnost.* II. pag. 31. nota.

δέλτον αὐτῷ παρατίθησιν ὁ ἱερεὺς καὶ σχοινίον καὶ μέλαν] *Tabellam ipsi apponit sacerdos, et calamum et atramentum.* Calamis junceis Aegyptii in scribendo utebantur, quibus cultro formam aptam dabant; ejusmodi calami in Museis multi servantur. Cf. v. c. Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 103. M. 57. et 63. Aegyptiorum scribendi apparatum Clem. Alex. *Strom.* VI. 4. Vol. II. pag. 757. *Potteri*, vocat κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος, ᾗ γράφουσι; tales κανόνες etiam multi supersunt. Cf. Champoll. Op. l. pag. 101. M. 45. sqq. et multi quoque in Museo nostro Lugduno Batavo servantur.

καὶ εἰ γράφει] Mercerus secutus lectionem Aldinam καὶ ἐγγράφει, (quam habuisse quoque videtur Trebatius) vertit: *pingit itaque in ea tabella literas*, et adnotat verbum illud referendum esse sive ad cynocephalum, sive ad sacerdotem, qui ubi viderit cynocephalum ex eo esse genere, quod literis addictum est, eum inter animalia sacra referat, et in ordinem sacrum coöptet.

ἔτι δὲ καὶ τὸ ζῶον ἐπὶ Ἑρμῇ ἐνεμήθη, τῷ πάντων μετέχοντι γραμμάτων] Cynocephalus sacer erat deo Thoth Secundo, sive terrestri, qui cultus divini rituumque sacrorum et omnium scientiarum atque artium inter homines auctor habebatur, earumque rerum omnium descriptionem quadraginta duobus libris comprehensam sacerdotibus reliquerat. Cf. Diod. Sic. I. 16 — 20. et Clem. Alex. *Strom.* VI. 4. pag. 757. *Potteri*. Horum scriptorum reliquias quasdam servasse putatur Stobaeus, quibus etiamsi

non integris hodie, sed interpolatis atque mutilatis, tamen secundum Champollionem, auctoritatem justo minorem tribuere solent viri docti. — De *cynocephalo*, symbolo dei Thoth Secundi cf. Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 45, B. 197—204. et in *Panth. Aeg.* ad tab. 30. *f.* ubi ex sculpturis templi magni Edfuensis, memoratur cynocephalus sedens et scribens. In papyris aliisque monumentis funebribus, ubi mortui facta ponderantur in stateris inferorum, deus Thoth, figurâ cynocephali adest, manibus regulam hierogrammatis tenens. Cff. v. c. Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 145. n°. 5. et tabulae nostrae n. 84.

ὅτι φύσει ὁ κυνοκέφαλος ἰχθὺν οὐκ ἐσθίει] Quod habet Cod. Paris. A. *ὅτι φησὶ*, vel Cod. Morell. *ὅτι φησὶν*, nemo editorum in textum recepit, sed Pierius in margine, lectionem Cod. Morell. restituit *φύσιν*; atque tum eadem significatione qua *φύσει* usurpari potuerit. Xenoph. *Mem.* III. 11. §. 11. *καὶ μὴν ἔφη, πολὺ διαφέρει τὸ κατὰ φύσιν τε καὶ ὀρθῶς ἀνθρώπῳ προςφέρεσθαι.* Diversa significatione, sed eadem constructione, Xenoph. *de Rep. Ath.* cap. 2. §. 19, fine. *ἔνιοι ὄντες ὡς ἀληθῶς τοῦ δήμου τὴν φύσιν, οὐ δημοτικοί εἰσι.* Dativus usurpatur a Platone in VII. *de Rep.* cap. 1. pag. 515. C. *Σκόπει δὴ — αὐτῶν λύσιν τε καὶ ἴασιν — οἷα τις ἂν εἴη, φύσει εἰ τοιάδε ξυμβαίνοι αὐτοῖς.* Cf. Fabricius ad *Sext. Emp.* pag. 9.

ἀλλ' οὐδὲ ἰχθυώμενον ἄρτον, καθάπερ καὶ οἱ ἱερεῖς [*ἐκτός*]] Lectionem Aldinam Merc. emendandam censebat: *ἀλλ' οὐδὲ ἰχθυώμενος ἀργὸν*, vel potius *ἀργός*; et vertendum: *sed neque si piscibus alatur, quod tamen ejus naturae repugnat, propterea ignavus est, aut inertiae torporique deditus, quemadmodum externi sacerdotes.* Gauss. *ἰχθυώμενον ἄρτον* non esse *panem e piscibus confectum* dicit, sed *panem jusculo piscis intinctum.* — Quod adtinet ad

panem illum e piscibus confectum, eo veteres populi plurimi utebantur; de Oritis, Asiae populo, Plinius tradit *Hist. Nat.* VIII. 2, fine: »si nullum alium cibum novere, quam »piscium, quos unguibus dissectis sole torreant, atque ita »panem ex his faciunt, ut refert Clitarchus." Strabo *Geogr.* XV. pag. 720. D. *Ed. Casaub.* οἱ σποράδες δ' αὐτόθι εἰσὶν ὄλβοι, ἐν οἷς πτίσσουσι τοὺς ἰχθύας ἐν ἡλίῳ κατοπτήσαντες· εἶτ' ἀρτοποιοῦνται, σίτου μικρὰ καταμίξαντες. Hoeschelio haec duo loco citanti, Caussinus et de Pauw objiciunt, quod de Oritis narratur, perrarum fuisse neque Aegyptiis consuetum. Sed etiam alii populi ejusmodi cibo usi fuerunt; Diod. Sic. III. 15, 16. pag. 184, sq. eadem fere narrat de Ichthyophagis Aethiopibus, qui pisces spinis exemtis, admixto Paliuri semine, calcabant et cibum illum deinde in lateres oblongos conformatum sole arefaciebant, eoque vescebantur. Constat itaque populum Aegypto finitimum tali pane fuisse usum, ita ut facile apud ipsos quoque Aegyptios cibus ille in usu fuisse potuerit, praesertim quum, si sacerdotes excipiantur, illi piscibus praecipue vescerentur. Herod. II. 92, fine: οἱ δέ τινες αὐτῶν ζῶσι ἀπὸ ἰχθύων μούνων· τοὺς ἐπεὰν λάβωσι, καὶ ἐξέλωσι τὴν κοιλίην, αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον, καὶ ἔπειτα αὔους ἐόντας σιτέονται. Diod. Sic. I. 45. pag. 53. tradit Aegyptios antiquissimis temporibus herbas, et praecipue Agrostin comedisse; deinceps alterum iis cibum fuisse pisces. Idem cap. 52. pag. 62. narrat piscium multitudinem tantam ex lacu Moeridis fuisse captam, ut exinde quotidie vectigal talenti ad regiam domum accederet. Cff. quoque Herod. II. 149. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 7. pag. 352, C. D. Quum itaque tam frequens atque communis apud Aegyptios fuit piscium usus, statui quidem posse videtur, etiam panem illum, qui partim ex piscibus conficiebatur, iis inno-

tuisse. — Quae sequuntur καθάπερ καὶ οἱ ἱερεῖς [ἐκτός] interpretes reddiderunt: *veluti et externi sacerdotes*; at recte de Pauw observavit, illa aptum sensum non praebere: si enim intelligantur sacerdotes extra Aegyptum, hos ab esu piscium abtinuisse aliunde non constat, imo eo tempore, quo hoc opus scriptum fuisse videtur, sacerdotes Christiani piscibus in primis vescebantur; itaque faciendum fortasse cum Pauwio, post ἱερεῖς distinctionem majorem esse ponendam. Vox ἐκτός ita cum sequentibus conjuncta, quomodo recte explicetur non video; sententia certe, veluti observavit de Pauw, recte sese haberet, si verteretur *praeterea*, sed significatio ista usu non probatur, et quo minus pro eo legamus ἔτι τε vel ἔτι δὲ καὶ (quod ita usurpare solet Philippus, ut vidimus ad. princ. hujus cap. quodque hic etiam esse legendum conjiciat aliquis) impedit τὲ illud post γεννᾶται positum; eademque est causa, quam ob rem Pauwium pro ἐκτός corrigentem αὐτός, non sequendum putemus. Tota vox omittenda videtur, orta fortasse ex alia quadam lectione: καθάπερ καὶ οἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς, aut simili. Caeterum sacerdotibus Aegyptiorum fuisse interdictum ut ne vescerentur piscibus, videbimus infra ad cap. 44. hujus libri.

γεννᾶταί τε περιτετμημένος] Circumcidendi ritum apud Aegyptios in usu fuisse docent Herod. II. 36; et 104. Diod. Sic. III. 32, fine. *Wessel.* pag. 198; in. Philo Judaeus in libro περὶ Ἐπιτομῆς. Praecipue tamen eorum sacerdotes hunc ritum observabant. Cff. quos citavit Jablonski *Panth. Aeg.* Prolegg. pag. XIV. Circumcidi debuisse videntur omnes qui mysteriis initiari, atque ad interiores sacerdotum doctrinas admitti vellent; idque passum fuisse Pythagoram narrat Clem. Alex. *Strom.* I. 15, in. *Ed. Potter.* pag. 354, fine. Cff. etiam, quos ad He-

rodotum laudarunt Wessel. et Schweigh. in primis autem Michaëlis *de Jure Mosaico*. Vol. IV. §. 186. et Meiners *de Circumcisionis origine et causis*, in *Commentat. Soc. Reg. Goetting.* Tom. XIV. pag. 211. sqq.

ὀργὴν δέ] Haec quoque cynocephali significatio monumentis probari videtur; certe in inscriptione quadam hieroglyphica tabularum historicarum Medinet-Abuensium *cynocephalus iratus*, tamquam signum determinativum ponitur post tria hieroglyphica, quae respondent literis Copticis ϭⲙⲧ, sive ϫⲙⲧ (ϭ enim pro ϫ saepissime usurpatur in dialectis Sahidicis et Bashmuricis); huic autem voci si addatur vocalis ⲱ, habebimus ϭⲱⲙⲧ, sive ϫⲱⲙⲧ, qua *ira*, *furor* significatur. Ejusmodi cynocephali imaginem vide in tab. nostr. n. 35.

κόλυμβον] H. l. vertendum videtur *natationem*; eodem modo atque κολυμβᾶν secundum Thom. Mag. *Ed. Bern.* p. 624. usurpatur pro eo, quod Attici dicunt νεῖν vel νήχεσθαι.

ἀνπαρὰ φαίνεται, — τῷ ῥύπῳ παραφερόμενον] Locus videtur corruptus. Posteriora illa; κατὰ μηδὲν — παραφερόμενον. Merc. vertit: *nec tamen ullis a nativo colore transfertur aut inquinatur sordibus*: qui sensus utrum ex Graeco textu effici possit, non sine causa dubitasse videtur de Pauw, cujus correctionem adscripsimus in apparatu critico. — Verbum παραφέρεσθαι ita usurpatur de iis *quae vi fluminis, vel fluctuum de via sua deducuntur et abripiuntur, atque huc illuc jactantur*. Cf. v. c. Diod. Sic. XVIII. 35, fine. *Ed Wessel.* Vol. II. pag. 284. οἱ πλεῖστοι δὲ παρενεχθέντες ἐπὶ πολὺν χρόνον — κατεβρώθησαν. et XIV. 115. Vol. I. pag. 728. καὶ διὰ τὴν περὶ τὸ αἷμα ὁρμὴν καὶ σφοδρότητα τοῦ ῥεύματος ἐκλυόμενοι, παρεφέροντο. — De verbo προαιρεῖσθαι, *voluntatis* significatione usurpato, vidimus supra ad cap. 6. pag. 149.

Seyffarth, Op. c. pag. 144, fine. *cynocephalum*, Mercurii planetae symbolum, Lunam quoque indicasse putat, quoniam hi planetae multa habeant communia; sed fortasse *cynocephalum foemininum* tantum ad Lunam pertinuisse; *literas* praeterea per *cynocephalum* indicatas fuisse, quoniam et illae Mercurio sacrae sint; *orbem terrarum* vero, quum ei Mercurius praesit.

CAPUT XV.

Κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι σχήματι τοιῷδε] Quod legitur in Cod. Paris. C. et in Ald. *τρόπῳ τοιῷδε*, a nonnullis editoribus fuit receptum; attamen et in Cod. Paris. et in eo quem Aldus secutus est, aderat quoque reliquorum Codd. lectio, *σχήματι*, alteri *τρόπῳ* superscripta, sed ita, ut ad praecedentis capitis finem pertinere videretur; qua re decepti nonnulli priorum editorum, post ultimam praecedentis capitis vocem, *παραφερόμενον*, parva lacuna relicta, addiderunt illud *σχήματι*.

ἑστῶτα καὶ χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐπαίροντα, βασίλειόν τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα] Priores editores, ut Merc. Pierius, interpres Gallicus anni 1574, aliique, qui figuras qualescumque editionibus suis addiderunt, *βασίλειον* acceperunt pro *corona regia;* eos reprehendit Causs. dicens eo nomine designari *quodvis insigne regium, quodcumque in aliqua re praecipuum est, atque primarum partium;* atque ita *βασίλειον* h. l. intelligi *lunam*: » quia cynocephalus prototypum suum, Lunam scilicet, in imagine suo » capiti imminentem defixis intuetur oculis.". — Vox *βασίλειον* h. l. veluti recte monuit de Pauw, signicare videtur *Lunae formam μηνοειδέα, ipsum orbem Lunarem complectentem.* Atque eo habitu saepissime effingitur cynocephalus, cf. v. c. tab. nostr. n. 33; quin et veri simile

videtur, ipsos quoque *discos* illos *rubros*, qui in capitibus cynocephalorum deum Lunam adorantium saepe cernuntur, eo nomine ab Horapolline vocari potuisse. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* tab. 14. C. et tab. nostr. n. 30. *a.* et *b.* Confirmatur interpretatio illa vocis βασίλειον eo, quod saepe usurpatur ad quodvis *capitis tegumentum*, vel *ornamentum*, vel *insigne quod capiti imponitur*, designandum. Supra ad cap. 11. vidimus vulturem dearum reginarumve capitibus impositum ita vocari; apud Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 19. pag. 358. D. legimus, Horum Isidi matri iratum, quod Typhonem captum atque vinctum solvisset, ἐπιβαλόντα τῇ μητρὶ τὰς χεῖρας ἀποσπάσαι τῆς κεφαλῆς τὸ βασίλειον· ex Porphyrio apud Eusebium *Praep. Euang.* III. 12. memoratur βασίλειον κέρατα τράγεια ἔχον; idem Eusebius II. pag. 38. C. dicit Astarten sibi imposuisse κεφαλὴν ταύρου ut βασιλείας παράσημον, qui locus Sanchoniathonis ex interpretatione Philonis Byblii ibi servatur. Rarioris usus est vox βασιλεία, quam usurpavit Diod. Sic. I. 47, fine. *Wessel.* pag. 57. narrans in aditu sepulcri Osymandyae εἶναι — εἰκόνα μητρὸς αὐτοῦ — ἔχουσαν — τρεῖς βασιλείας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· ubi βασιλείας Rhodomanum male reddidisse *reginas*, docent Salmas. ad Solin. pag. 337. et Wessel. ad Diod. Sic. l. l. ea tamen significatione praeterquam in *Inscript. Rosettana.* vs. 43. (ubi est ΧΡΥΣΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ) et in eo loco Diodori, quem laudavimus, vocem illam non facile inventum iri, indicavit Sturzius *de Dialecto Maced. et Alexandr.* p. 151. — Ovidius *Metamorph.* IX. 687, sqq. Isidem apparuisse ait, cujus:

—— inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,
Et *regale decus*, cum quâ latrator Anubis.

Cf. Jablonski *Panth. Aeg.* III. pag. 53.

τοῦτο γράφουσι τὸ σχῆμα ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς, ὃ κυνοκέφαλος ποιεῖται] De Pauw distinctione post ἀνατολῆς sublata, eaque post σχῆμα posita, articulum ὃ ita accipiendum dicit, ac si ante voces ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς positus fuisset: *hunc pingunt habitum, quem in exortu lunae facit;* sed vereor ut ejusmodi pronominis relativi constructionis exempla afferri possint. Neque tamen locus, prouti in Codd. et Edd. legitur, videtur sanus; requiritur enim articulus ante κυνοκέφαλος. Fortasse ex superioribus, errore scribentis pro γὰρ huc irrepsit γράφουσι; ita ut legendum sit: τοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα, ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ὁ κυνοκέφαλος ποιεῖται, ὡς εἰπεῖν προσευχόμενος τῇ θεῷ: i. e. *hunc enim habitum in exortu cynocephalus effingit, ut ita dicam gratulans Deae;* et tum σχῆμα ποιεῖται dicatur pro σχηματίζεται, solemni verbi ποιεῖσθαι usu, quo, addito nomine, periphrasin facit verbi cognati.

ἐπειδὴ ἀμφότεροι φωτὸς μετειλήφασι] Interpretes acceperunt de sole atque de luna. De Pauw ea corrupta putat, pro ἀμφότεροι legens ἀμφοτέρου, et μετειλήφασι mutans in singulare μετείληφεν, ita ut referatur ad cynocephalum, »sole occidente mox lunam orientem videntem, atque sic »pro uno lumine, luminibus fruentem duobus." Sed mutatione non opus videtur, neque accipiendum de sole et luna, verum de luna ipsoque cynocephalo; superiori enim capite dictum erat: ὅταν γὰρ — ἡ σελήνη — ἀφώτιστος γένηται, τότε ὁ μὲν ἄρσην κυνοκέφαλος οὐ βλέπει; quando igitur luna iterum illuminatur, atque ita luminis particeps fit, ipse quoque cynocephalus lumen rursus adspicere potest, et sic recte hoc loco usurpatur verbum μεταλαμβάνειν. — Quae h. l. narratur cynocephalorum consuetudo novam lunam gratulandi, eam quoque elephantibus tribuit Aelianus *de Nat. Anim.* IV. 10. cui addatur Plinius *Hist. Nat.* VIII. 1.

CAPUT XVI.

Ἰσημερίας δύο πάλιν σημαίνοντες] Trebatius vertit: *Aequinoctia, quae bis in anno contingunt, significare volentes; cynocephalum sedentem pingunt;* itaque vocem πάλιν non legisse videtur in Cod. quo usus fuit: eandem vocem de Pauw transpositam putat, atque post σημαίνοντες inserendam, quum in prioribus de cynocephalo, non vero de aequinoctiis sermo fuerit; in superiori quidem cap. vox illa ita ponitur, sed non semper *iterationem* indicat, at *continuationem* quoque, ita ut vertendum sit *praeterea, porro.* Cf. Palairet *Observ. Philol.* pag. 20, seq.

ζωγραφοῦσι ζῶον] De Pauw recte vidit ζῶον abundare; quominus autem cum eo distinctionem ponamus post ζωγραφοῦσι, et ζῶον jungamus cum sequentibus, impedit particula γάρ; melius fortasse prorsus omittatur, ut pote ex praecedenti voce ζωγραφοῦσι ortum.

δωδεκάκις τῆς ἡμέρας καθ' ἑκάστην ὥραν οὐρεῖ] Idem fere narrat Marius Victorinus in *Comm. ad* Ciceronis *libros Rhetoricos* Lib. I. *Ed. Orell.* Tom. V. pag. 79. »Quodam tempore Trismegistus, quum esset in Aegypto, sacrum quoddam animal Serapidi dicatum, quod in toto »die duodecies urinam fecisset, pari semper interposito »tempore, per duodecim horas diem dimensam esse conje»cit, et exinde hic horarum numerus custoditur. Deinde »alii dicunt ex quadratura coeli, quae secundum musicam »rationem in duodecim partes dicitur esse divisa, horas »duodecim esse nominatas. Aquam enim per totum diem »exceperunt tenuissima caverna defluentem, et hanc majo»res nostri in duodecim partes diviserunt: ex his partibus »horis nomen imposuerunt." — Veteres non, veluti nos, unam semper eamdemque in aequales partes diei noctisque

21

divisionem sunt secuti; aliam habebant, naturalem, qua quisque dies, pro tempore quod durabat, in duodecim partes dividebatur; eadem quoque erat noctis divisio, ita ut semper septima diei pars medium diem, noctis vero, mediam noctem constitueret. Cf. Censorinus *de Die Natali* cap. 23. pag. 124. Tales horas Geminus, Ptolemaeus et Theon vocant καιρικὰς, i. e. *tales quarum duratio penderet a longitudine diei atque noctis*. Sed aliam quoque, qua et hodie nos utimur, temporis divisionem cognoverunt, eamque ad computationes suas Astronomi adhibebant, qua dies et nox singuli in duodecim horas aequales distribuuntur, easque vocarunt ἰσημερινὰς, i. e. *aequinoctiales*, quoniam tempore aequinoctiorum, etiam horae καιρικαὶ noctis et diei sunt aequales. Horarum illarum aequinoctialium, praeterquam apud scriptores de astronomia, non saepe mentio fit apud veteres; Plinius eas nominat in *Hist. Nat.* II. 97, post in. et XVIII. 25, med. quibus locis de rebus ad astronomiam pertinentibus agit; et Galenus *de Septimestri Partu.* Tom. V. pag. 348. Opp. Hippocratis et Galeni 1679. fol. ubi dimidium anni statuit 182 dierum atque 15 horarum aequinoctialium. De his omnibus accurate Ideler in *Enchir. Chron. Math. et Techn.* I. pag. 84-87. et in hujus operis *Compendio.* pag. 41-44. — Quod autem hic de cynocephalo memorat Horapollo, de fele narrat Damascius apud Photium *Bibl.* Cod. CXLII. pag. 1048, fine: τὰς δώδεκα ὥρας ἡ αἴλουρος διακρίνει, νύκτας καὶ ἡμέρας οὐροῦσα καθ᾽ ἑκάστην, ἀεὶ δίκην ὀργάνου τινὸς ὡρογνομονοῦσα. Ex quo loco auctoritatem fortasse aliquam acciperet Codicis Morell. lectio, in verbis καθ᾽ ἑκάστην ὥραν, omittentis ὥραν, nisi in fine hujus cap. omnes Codd. haberent: δωδεκάκις τῆς ἡμέρας κράζει καθ᾽ ἑκάστην ὥραν.

ἐν τοῖς ὑδρολογίοις] Hydrologium, quo per totum annum horae civiles, diei et noctis indicabantur, Alexandriae

fuit inventum a Ctesibio, regnante Ptolemaeo Euergeta II[do], 140 annis ante aeram nostram. Cf. Vitruvius IX. 9. quem laudavit Ideler in *Hand. Chronol.* I. pag. 230, II. p. 9.

ἵνα δὲ μὴ εὐρύτερον — κατασκευάζουσι πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν] Locum hunc corruptum diversis modis sanare atque explicare conati sunt viri docti, quorum correctiones et conjecturas vide in apparatu critico. Merc. vertendum putat: *Caeterum ne foramen illud acute artificioseque constructum, per quod in horologium aqua profluit, atque excernitur, aut latius sit, — remedium hoc excogitarunt, ut quidquid pilorum est ad caudam usque abradentes, pro hujus crassitudine ferream quamdam fistulam in usum jam dictum fabricentur.* Eodem fere modo, omissis quibusdam Trebatius. Hoeschelius lacunam post ὕδωρ, hoc modo supplendam conjicit: *ἵνα δὲ μὴ εὐρύτερον τὸ ὕδωρ που καταῤῥυῇ, κατασκευάσματα ὑπάρχει, δι' ὧν. κ. τ. λ.* et conjecturam suam confirmari putat Phasianini versione: *ne vero latius aqua utique decurrat neve rursus restrictius, praeparationes quaedam ibi fiunt, per quas aqua ipsa ad horologium defluit, ambobus etenim praeparamentis opus est.* cet. sed quo minus Hoeschelii rationem admittamus, prohibent sequentia: *τὸ μὲν γὰρ εὐρύτερον ταχέως ἐκφέρον τὸ ὕδωρ* cet. quae manifesto pertinent ad *κατασκεύασμα*, quum ex Hoeschelii interpretatione ad *τὸ ὕδωρ* referenda essent. Causs. dicit interpretes hic minus recte cogitasse videri de vivo animali, non vero de ejus effigie, quum de abradendis pilis ad emissionem aquae loquantur; praeterea voci *διείρειν* numquam *radendi* significationem inesse, verum *perforandi*, *transigendi;* itaque pro *τρίχα*, conjicit legendum esse *τρίπα*, cujus vocis literam *π*, in *κ* mutatam originem dedisse arbitratur pravae lectioni *τρίχα; τρίπα* autem Graecis recen-

tioribus idem esse quod τρύμα. sive ὀπή, *foramen;* et totum locum ita vertit: *Cynocephali effigiem,* (vel potius *vasculum in ejusdem animalis formam edolatum*) *ad caudam usque* (vel ad *membrum et naturam*, quae per *caudam* hic significatur) *perforant, per foramen autem ferream fistulam seu canalem trajiciunt quo aequabilior fiat per ferreum sive aereum epistomium, aquae defluentis emissio.* De Pauw vertit: *meatus urinarii scissuram perforantes, pro hujus crassitie ferream fistulam fabricantur in usum modo dictum;* τρύπαν explicat *aperturam* οὐρήθρας, alteram vero vocem τρίπαν, quam Causs. conjecerat, a Philippo usurpari potuisse negat: utpote nimis barbaram; οὐρᾶς autem, ea significatione, qua voluerat Causs. de animali non posse dici arbitratur; quod autem Salmasius ad Solinum pag. 454. legit: ἐκ τῆς οὐρᾶς τρίχα διείραντες, πρὸς τὸ ταύτης πάχος σίδηρον κατασκευάζουσι, in eo errasse virum illum doctissimum indicat, quod ea ratione fistulae illi, per quam aqua defluere debet, crassities non major quam unius pili tribuatur. — Nobis locus ita videtur constituendus: ἵνα δὲ μὴ εὐρύτερον τὸ κατασκεύασμα ὑπάρχῃ, δι' οὗ κ. τ. λ. deinde verba inde ab ἀμφοτέρων γὰρ χρεία, usque ad ἀπολύον τὸν κρουνόν, parenthesi includentes legimus: ἕως τῆς οὐρᾶς τρύπαν διείραντες, πρὸς τὸ ταύτης πάχος, σίδηρον κατασκευάζουσι πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν· *ne vero latior apparatus sit, per quem aqua in horologium excernitur, neque contra angustior,* (*utrumque enim necesse est; nam latior nimis celeriter emittendo aquam, non recte dimensionem horae perficit; angustior vero, paulatim et nimie tarde dimittendo scatebram*) *usque ad membrum foramen transigentes, ad hujus crassitiem ferreum* [tubum] *apparant, ad usum expositum;* i. e. *fistulam ferream faciunt, ad eum*

unum quem jam exposuimus. Nam recte statuisse videntur Mercerus Causs. et de Pauw nullam hic esse lacunem; itaque fortasse ὕδωρ priori loco positum vitio scribentis, ortum fuit ex sequentibus: τὸ ὕδωρ εἰς τὸ ὡρολόγιον ἀποκρίνεται. Quod autem in Codd. Morell. et Paris A. B. legebatur: τὸ ὕδωρ μομᾶ, recte jam explicasse videtur de Pauw, docens μομᾶ, vel potius μῶμα, margini fortasse adscriptum fuisse ab aliquo, ut indicaret vocem ὕδωρ hoc loco adesse non debere; in eo tamen errare videtur de Pauw, quod formam activam μῶμα usurpatam pro media ita defendere conatur, ut dicat μωμεύειν, μωμέειν et μωμάειν in usu promiscuo fuisse olim; quod de antiquissimis temporibus dici posse, non vero de iis, quibus talis glossa scripta fuerit, docet D'Orville in *Crit. Vanno* pag. 549, sq. (*). Verbum ἀποκρίνεσθαι passive h. l. significat *excerni*, *separari*, *ejici*; inter passivam et mediam hujus verbi significationem ita distinguunt Grammatici veteres, ut haec *respondendi*, illa *separandi* significationem habeat. Cff. Thom. Mag. pag. 96. *Ed. Bern.* Phrynichus in *Ecl.* pag. 208. *Ed. Lobeck.* Ammonius *de Adfinium Vocab. Differentia* pag. 21. *ed. Valcken.* in voce ἀποκριθῆναι. et, quem ibi laudavit Valcken. Eustath. ad *Il. E.* 12. Contra hanc regulam docuerunt Schwarzius in *Notis* ad Olearium *de Stilo N. T.* pag. 16. et in *Comm. Linguae Gr.* pag. 863. Büttman in *Gramm. Uber.* Voll. II. Parte I. pag. 173. ubi monet posterioribus demum temporibus ἀποκριθῆναι, pro ἀποκρίνασθαι fuisse usurpatum. — Verba: ἀμφοτέρων — κρουνὸν, parenthesi sunt includenda, quoniam causam red-

---

(*) Trillerus in *Observ. Crit*, pag. 437, seq. arbitratur glossatorem quemdam, adscribentem vocem illam μομᾶ, indicare voluisse nomen Aegyptium, quo aqua indicetur, ⲙⲱⲟⲩ, sive ⲙⲟⲟⲩ.

dunt, quam ob rem foramen apparatus illius neque nimis látum, neque nimis angustum esse debeat, atque ita post *κρουνὸν* demum continuatur sententia; ad illa *ἀπολεῖον τὸ κρουνὸν*, ex superioribus intelligendum est: *οὐχ ὑγιῶς τὴν ἀναμέτρησιν τῆς ὥρας ἀποτελεῖ*, itaque non opus est ut cum Pauwio, *ἕως* mutatum in *ὁμοίως* cum praecedentibus jungamus. — *Οὐρὰ* ab Hesychio explicatur *ὁ κέρκος καὶ τὸ αἰδοῖον*, qua significatione si quis cum Pauwio statuat minus recte vocem illam usurpari, sequi poterit ejusdem conjecturam *οὐρήθρας*. — *Τρύπαν* legimus potius quam *τρίπα*, quoniam illud est usitatius; attamen non negaverim *τρίπα*, vocem inferioris aetatis, a Philippo usurpari potuisse, qui et aliis locis, vocibus barbaris utitur. Cff. Causs. ad h. l. D'Orville. l. l. et *Prolegg.* nostra. — Aldinam lectionem *διάφραντες* ex *διαπείραντες* corruptam putat de Pauw, D'Orville vero l. c. ex *διαφράξαντες*. — *Πρός τὴν προκειμένην χρείαν*, est quasi *πρὸς τὴν παρακειμένην χρείαν*, i. e. *ad usum qui jam appositus est, de quo jam egimus, exposuimus;* Hesychius *πρόκειμαι* explicat *παράκειμαι*. — *Σίδηρον* est *instrumentum ferreum, fistula ferrea*, veluti recte verterunt interpretes. (*) Instrumento, quod hic ab Horapolline describitur, fortasse simile est illud, quod ex monumentis Aegyptiacis Musei Lugduno Batavi, depinximus in tab. nostr. n. 37. in eo partes literis *a.* et *b.* indicatae, cavae sunt et aquae recipiendae inservire potuerunt; a parte superiori, *a.* aqua tum defluxerit ad inferiorem, *b*, per foramen, *c*, in basi *cynocephali sedentis*, *d.* factum. Monumenti longitudo est centimetrorum 9. latitudo 3. et altitudo 4½. — Ejusmodi cynocephalum hydrologiis suis im-

(*) Locum hunc Horapollinis adtigit quoque et explicare conatus est Gesnerus in *Hist. Anim.* Lib. I. pag. 971, 972.

posuisse vel insculpsisse Aegyptii videntur, tamquam symbolum dei Thoth, omnium artium inventoris. Ita stateris quoque, quae pinguntur in parte illa monumentorum funebrium, qua *judicium animae* continetur, imponi solet cynocephalus sedens. In Libro qui inscribitur *Museum Worsleianum*, Tom. I. Cl. III. tab. 10. pag. 93. occurrit effigies cynocephali sive cercophithecae sedentis, et, veluti in textu ad eam tabulam dicitur, excisi ex manubrio vasis aquarii. (*)

CAPUT XVII.

Θυμὸν] Phasian. vertit *furorem*; Trebatius *animum, iram aut furorem*, et sic quoque Causs. De Pauw intelligit *animi praestantiam*, *animi magnitudinem*. Videtur hic non tantum *iracundiam* significare, sed universe *omnem animi fervorem*, *excandescentiam*, quam Cicero vocat *Tuscul.* IV. 9. §. 21. *motum illius animi nostri partis, in qua cupiditates fervent;* qua significatione si accipiamus, melius quoque intelligemus, quare hic etiam leonem inter et solis convenientiae sermo sit. — De Leone Cff. Aristot. *Hist. Anim.* III. 7. Vol. II. pag. 248. C, VIII. 5, fine. pag. 386. A. B, IX. 44. pag. 449. D. et aliis locis; *de Physiogn.* cap. 5. pag. 749. C. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 1, IV. 3. 34, V. 39, IX. 30, XII. 7, XVII. 26. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 16.

(*) In aliarum quoque rerum ornamentis Aegyptios symbolicas significationes observasse, satis constat, et probatur quoque descriptione sistri, quam servavit Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 63. pag. 376. D. E. *τῇ δὲ ἁψῖδι τοῦ σείστρου κατὰ κορυφὴν ἐντορεύουσιν αἴλουρον ἀνθρώπου πρόσωπον ἔχοντα.*

κεφαλὴν γὰρ ἔχει μεγάλην] Plinius *Hist. Nat.* VIII. 36, fine: »invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum.“ Oppianus Lib. III. loco ab Hoesch. laudato:

— μεγάλην δέ τε κόρσην
Ὄμματα δ' αἰγλήεντα.

In primis autem accuratam leonis descriptionem servavit Aristot. *Physiogn.* capite, quod supra laudavimus; in eo vero ab Horapolline differt, quod leoni tribuit *πρόςωπον τετραγωνότερον οὐκ ἄγαν ὀστῶδες*, deinde addit: *χαροπούς ὀφθαλμούς, ἐγκοίλους, οὐ σφόδρα περιφερεῖς, οὔτε ἄγαν προμήκεις, μέγεθος δὲ μέτριον*. Caeterum leonum excandescentiae et irae a poetis in primis fuerunt celebratae: inde Horat. *Od.* I. 16. 14. dicit Prometheum

—— insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Sic et apud Virgilium *Aen.* VII. 15. *irae leonum.* Addatur Lucretius *de Nat. Rer.* III. 297—299. Leonem autem hieroglyphicum esse *θυμοῦ ἀμέτρου*, Horapollo docet infra II. 38. cf. quoque ejusdem libri cap. 75.

ὅθεν καὶ ὑπὸ τὸν θρόνον τοῦ Ὥρου λέοντας ὑποτιθέασι] Leonem apud Aegyptios Soli sacrum fuisse, docet Aelian. *de Nat. Anim.* V. 39. idem XII. 7. dicit Aegyptios, quoniam igneum sit animal, propterea Solis domicilium Leonem putasse, et quia, quum Sol accedat ad signum Leonis, tum calidissimus sit et fervidissimus. Leones throno Hori subjecti cernuntur in *Tab. Isiaca*, quam laudavit Jablonski *Panth. Aeg.* II. 4. §. 10. pag. 219. Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 47. B. 282, sqq. et pag. 53. C. 311—313. *leonem* vocat *emblema Hori;* idem pag. 43. B. 135-144. per illud animal significari putat deum Phtha, cujus rei auctor quoque est Aelian. l. c. XII. 7. *Διάπυρον δέ ἐστι τὸ ζῶον ἰσχυρῶς, καὶ ἐντεῦθεν καὶ Ἡφαίστῳ ἀνῆψαν*

αὐτὸ *Αἰγύπτιοι*. et in *Panth. Aeg.* tab. 39. A. deum Haroeri, sive Horum natu majorem, effictum videmus, secundum sculpturas pronai templi magni Ombi, imagine leonis, cum capite accipitris, ornato tegumento illo, quod Pschent vocatur; quin et ipsius nominis hujus dei, leo sedens signum est determinativum.

ἥλιος δὲ ὁ Ὧρος, ἀπὸ τοῦ τῶν ὡρῶν κρατεῖν] Horum apud Aegyptios ad Solem referri solitum fuisse, allatis veterum scriptorum testimoniis, docuit Jablonski, *Panth. Aeg.* II. 4. §. 4, sqq. quibus addantur Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 52. pag. 372. B. *τῇ τριακάδι τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς ἑορτάζουσιν ὀφθαλμῶν Ὥρου γενέθλιον, — ὡς οὐ μόνον τὴν σελήνην, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον ὄμμα τοῦ Ὥρου καὶ φῶς ἡγούμενοι.* et oraculum Apollinis, apud Eusebium *Praep. Euang.* III. 15.

Ἥλιος, Ὧρος, Ὄσιρις, Ἄναξ, Διόνυσος, Ἀπόλλων
Ὡρῶν καὶ καιρῶν ταμίης, ἀνέμων τε καὶ ὄμβρων
Ἠοῦς καὶ νυκτὸς πολυάστερος ἡνία νομῶν
Ζαφλεγίων ἄστρων βασιλεύς, ἠδ' ἀθάνατον πῦρ.

Idem quoque animal, per quod Solem significari putabant Aegyptii (conf. supra cap. 6. de *accipitre*), Horo quoque sacrum erat, qui aeque ac deus Phre, accipitris vultu effingebatur. Cf. Champoll. in *Descript. M. C. X.* p. 33. A. 701, sqq. — Quod vero additur, Solem ab Aegyptiis *Horum* dici, propterea *quod horis praesit*, facile patet in eo falli Horapollinem; neque tamen cum Pauwio statuerim ea non potuisse proficisci ab ipso homine Aegyptio, quum, ut in *Prolegg.* indicavimus, in Aegypto, posterioribus certe temporibus, ab initio regni Ptolemaeorum, Graecae linguae studium scriptorumque Graecorum lectio adeo floruerint. Quae dicit Horapollo, inversa ratione, apud Macrobium *Saturn.* I. 21, med. leguntur: »apud eosdem

»Apollo, qui est Sol, Horus vocatur, ex quo et horae »viginti quatuor, quibus dies noxque conficitur, nomen »acceperunt: et quatuor tempora; quibus annuus ordo im- »pletur, horae vocantur." Veteres quoque scriptores Graeci meliorem rationem secuti, Hori nomini originem Aegyptiacam tribuerunt, eumque eundem esse deum atque Apollinem Graecorum docuerunt. Cff. v. c. Herod. II. 144, fine. 156, fine. Diod. Sic. I. 25, fine. *Wessel.* pag. 30. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 61, fine. pag. 375, F. Nominis autem diversas explicationes ex ipsa lingua Coptica petitas recensuit, suamque addidit Jablonski *Panth. Aeg.* II. 4. §. 12. Opusc. I. pag. 421, sqq. — Caeterum per *leonem* apud Gnosticos quoque Solem indicatum fuisse, docet Matter *Hist. Crit. Gnost.* expl. tab. pag. 60, sqq.

De Gouliaнof. Op. cit. pag. 13. quae dicit Horapollo de facie leonis: καὶ περὶ αὐτὸ ἐκτινοειδεῖς τρίχας, κατὰ μίμησιν ἡλίου, per paronomasiam explicat; quoniam *leo* apud Coptos ⲙⲟⲩⲓ vocetur, *splendor* ⲙⲟⲩⲉ; deinde per *leonem* indicari statuit θυμὸν, per acrologiam; voces enim ⲙⲁⲑⲟⲩⲓ (qua *ira*, *furor*, significatur), et ⲙⲟⲩⲓ ab eadem litera, ⲙ incipere.

Seyffarth Op. cit. pag. 148. med. dicit per *leonem* indicatum fuisse *Solem* planetam — De Klaprothi sententia videbimus ad cap. 20.

CAPUT XVIII.

Ἀλκὴν δὲ γράφοντες] Clem. Alex. *Strom.* V. 7. Vol. II. pag. 671, in. *Potteri:* ἀλκῆς μὲν καὶ ῥώμης σύμβολον αὐτοῖς ὁ λέων. Diod. Sic. I. 48. pag. 57. *Wessel.* ubi describit sculpturas in muris sepulcri regis Osymandyae, addit: *regem in primo pariete cerni in prima acie pug-*

nantem, a leone terribili modo adjutum; atque exinde nonnullos conjicere regem re vera habuisse animal tale mansuefactum; alios vero dixisse, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἀνδρεῖος ὢν καὶ φορτικὸς, ἑαυτὸν ἐγκωμιάζειν βουλόμενος, διὰ τῆς τοῦ λέοντος εἴκονος τὴν διάθεσιν ἑαυτοῦ τῆς ψυχῆς ἐσήμαινεν. Partes leonis anteriores totius corporis esse robustissimas, confirmat Plinius *Histor. Nat.* VIII. 16. »vis »summa in pectore." — Ex hoc Horapollinis loco, Champoll. olim explicandum putabat nomen regis, quem a Manethone Psammum dictum, in monumentis vero Aegyptiacis Amonhem-Djom appellari statuebat; in eo autem nomine vocem Djom, sive ϫⲟⲙ, vel ϭⲟⲙ, quae significat *hominem fortem, potentem*, exprimi per *partes anteriores leonis*. Cf. Op. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 249, sqq. addatur et pag. 348. et quamquam Vir Doctiss. nomen illud postea alia ratione legendum indicavit, (Cf. Rosellini *Monum. Aeg. et Nubiae*. Parte I. Tom. I. pag. 157. et 189.) eandem tamen *fortitudinis* et *potentiae* significationem huic hieroglyphico esse tribuendam docuerunt textus Aegyptiaci; quapropter et hoc signum, veluti in monumentis occurrit, in tab. nostr. addidimus, n. 38.

De Goulianof. Op. cit. pag. 13, 14. hoc hieroglyphicum per paronomasiam explicat: »ⲙⲟⲩⲓ" inquit »significat *leonem;* ⲙⲁⲓⲏ vertitur ἡλικία, quo verbo indicatur »*virilitas, aetatis vigor;* et veluti ἡλικία et ἀλκὴ pertinent ad eandem radicem, ita et vox ⲙⲁⲓⲏ, qua indicatur etiam *aetas, quantitas*, significaverit quoque *robur* »et *vigorem*."

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 149, in. *leonis anteriora* Martis planetae sunt symbola.

—

CAPUT XIX.

'Εγρηγορότα] Causs. ad marginem editionis suae adnotavit *γρηγορόντα*, vitio ut videtur typothetharum, pro diversa illa Cod. Morelliani lectione *γρηγορότητα*. Est autem perf. partic. ab *ἐγείρω*, et *vigilandi* significatione pro praesenti usurpari solet, ut adnotarunt Fischer. III. pag. 65. Porson et Schneid. ad Xenoph. *Anab.* IV. 6. §. 22. et Lobeck ad Phryn. pag. 119. quos citavit Buttmann in *Gramm. Gr. Ub.* Vol. II. pag. 115. cf. quoque pag. 50. Infra pag. 60. eadem vox iterum occurrit Codd. consentientibus.

κοιμώμενος δὲ ἀνεῳγότας τούτους ἔχει] Quod hic narrat Horapollo, leones in vigilando oculos claudere, de eo apud alios scriptores veteres, quantum memini, non constat; alterum vero, leones dormire oculis appertis, affirmat quoque Aelian. *de Nat. Anim.* V. 39. qui, postquam ex Democrito narraverat leonem solum ex omnibus animalibus, oculis apertis nasci, addit: alios observasse, eum dormientem caudam movere et *τοιοῦτόν τι φυλάξαντας Αἰγυπτίους ὑπὲρ αὐτοῦ κομπάζειν φασὶ λέγοντας, ὅτι κρείττων ὕπνου λέων ἐστὶν, ἀγρυπνῶν ἀεί.* Plutarch. *Sympos*, libro IV. Quaest. V. cap. 2, med. pag. 670. C. *τὸν λέοντα τῷ ἡλίῳ συνοικειοῦσιν, ὅτι τῶν γαμψωνύχων τετραπόδων βλέποντα τίκτει μόνος· κοιμᾶται δ' ἀκαρὲς χρόνου καὶ ὑπολάμπει τὰ ὄμματα καθεύδοντος.* Add. quoque Epiphan. *ad Physiol.* cap. 2. — Idem vero de leporibus narrant Aelian. *de Nat. Anim.* XIII. 13. Plinius *Hist. Nat.* XI. 37, med. et ipse Horapollo infra cap. 26.

διόπερ καὶ συμβολικῶς τοῖς κλείθροις τῶν ἱερῶν λέοντας ὡς φύλακας παρειλήφασιν] *Κλεῖθρα* de Pauw recte accipit de *januis* templorum, allato Hesychio, qui dicit: *Κλεῖθρα·*

μοχλοὶ ἀσφαλείας, *πύλαι*. Hac significatione occurrit apud Eurip. in *Hippol.* vs. 808.

Χαλᾶτε κλῇθρα πρόσπολοι πυλωμάτων.

et in Phoen. vs. 268.

Τὰ μὲν πυλωρῶν κλῇθρά μ' εἰσεδέξατο.

Eodem modo Romani *claustra* dicunt pro *janua*. cf. Martialis X. 28. 8. — Rem confirmat Plutarchus, qui *de Is et Os.* cap. 38. pag. 356. A. *καὶ τὸν λέοντα*, inquit, *τιμῶσι, καὶ χάσμασι λεοντείοις τὰ τῶν ἱερῶν θυρώματα κοσμοῦσιν.* Nostris quoque temporibus inventi sunt leones sedentes ante primum Pylonem templi magni in insula Philis. Cf. *Descript. Magna Aeg.* Antiq. Vol. I. tab. 9. n. 6, 7. Thebis quoque in dromis, vel ante januas templorum cernuntur series statuarum deae Neith, leonum capitibus instructarum. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 6. *sexies*, et 6. *septies*. Quin et ipsum *leonis caput* in inscriptionibus hieroglyphicis *vigilandi* vel *custodiendi* significatione ponitur. Cf. tab. nostr. n. 89. (*)

CAPUT XX.

Ἐπειδὴ ἀλκιμώτατον ὑπάρχον τοῦτο τὸ ζῶον, πάντας εἰς φόβον τοὺς ὁρῶντας φέρει] Requier in adnot. ad hoc hierogl. suspicatur voci *ἀλκιμώτατον*, aliam esse substituendam, qua *iracundia* vel *ferocia* significetur; quoniam putat leonem robore suo non adeo reliquis animalibus, quorum et multa ipsa robustissima sunt, praestare, sed *ira* potius et *ferocia*. At mutatione non opus videtur: recte

(*) Saepe quoque leo effingitur in monumentis Aegyptiacis, cultrum unguibus tenens, v. c. in sculpturis porticus cujusdam in insula Philis, (*Descript. Aeg.* Antiq. Vol. I. tab. 13. n. 1.) in sculpturis templi parvi Edfuensis, (ibid. Vol. 1. tab. 63. n. 6. et tab. 64. A.) et templi parvi Karnacensis. (Vol. III. tab. 60. n. 2.)

enim leo, ob fortitudinem reliquis animalibus terrorem incutere dicitur, et inde quoque poetae veteres, ubi aliquem belli ducem hostibus fortitudine sua terribilem describunt, talem cum leone comparare solent; atque simili quoque significatione fortasse statuas deae Neith leoninis capitibus instructas posuere ante templa sua Aegyptii, ut quae terrore profanos a locis illis sacris abigerent. Cf. Champoll. *Panth. Aeg.* loco, quem ad cap. 19. laudavimus.


Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 15. statuit per *leonem* significari *hominem vigilantem* et *iram magnam*, ex doctrina, quam vocat acrologicam: voces enim ⲙⲙⲟⲩⲧ i. e. *vigilare*, ⲙ̄ⲃⲟⲛ *ira magna*, et ⲙⲟⲩⲓ *leo*, ab eadem litera, ⲙ, omnes incipere; quod ad vocem ⲙⲙⲟⲩⲧ, Champoll. in *Ephemeridibus*, quas supra laudavimus, dubitat an *vigilantem* significaverit; atque ⲙ̄ⲃⲟⲛ, ob accentum literae ⲙ, enuntiatum fuisse putat ⲉⲙⲃⲟⲛ. Adversus hanc objectionem Klaproth in Ep. II. pag. 29—31. sententiam suam iterum defendere conatus est.

De Goulianof. Op. cit. pag. 25. θυμὸν vertit ⲙⲁⲑⲟⲩⲓ, atque ita ipse quoque hoc caput refert ad doctrinam acrologicam.

CAPUT XXI.

Ὃν καλοῦσιν Αἰγυπτιστὶ νοῦν, ἑρμηνευθὲν δὲ σημαίνει νέον] Jablonski *Opusc.* I. pag. 179. dicit, voce Aegyptiaca ⲛⲟⲩⲛ non significari *Nilum*, sed *incrementum* ejus, Itaque pro ὃν legendum esse ἦν (*); ⲛⲟⲩⲛ autem in Coptorum scriptis saepissime occurrere significatione *profundi*, *abyssi*, et usurpari quoque de *aquis fluviorum in campos sese effundentium;* quod si verum est, ejus vocis explicatio

(*) Idem jam ante suspicatus erat Gilbertus Gaulminius, quem ad h. l. Jablonski citavit.

ab Horapolline, vel potius a Philippo proposita, secundum quam respondeat Graeco vocabulo *νέον*, falsa erit putanda. Neque aliunde constare videtur, Nilum aliquando vocatum fuisse *Νοῦν*, quum tamen de diversis ejus fluminis nominibus abunde egerint scriptores veteres, v. c. Diod. Sic. I. cap. 19. pag. 22. Dion. Periegetes vs. 223. Tzetzes *ad Lycophron*. V. 119. Plinius *Hist. Nat.* V. 9. Amm. Marcell. XXII. 15. aliique quos citarunt Jablonski *Panth. Aeg.* VI. 1. §. 2, sqq. et Champoll. in Op. de *Aeg. sub Pharaonibus* I. pag. 128, sqq. hic tamen, nomen ab Horapolline in hoc cap. memoratum non adtigit. — Nilus, quum ex eo omnis Aegypti salus revera penderet, et ejus fluminis ipsa illa regio donum haberetur, ab Aegyptiis summo honore ut deus colebatur. Cf. Jablonski l. l. §. 1. Docuit autem Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab. 3. *ter.* apud eos flumen illud cultum fuisse nomine et forma dei Amon-Chnouphis, qui tum secundum inscriptiones hieroglyphicas dictus fuerit Phen vel Phen'i. e. *Deus effundens* vel *effusus*), et *dominus inundationis*. Nomen ejusdem dei antiqua Aegyptiorum lingua, fuisse videtur Neb, Noub, sive Noum (cf. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 143, sqq. et in *Panth. Aeg.* ad tab. 3, et 3. *a.*), quae posterior appellatio ita convenit cum ea, quam hoc loco memoravit Horapollo, ut fortasse quis statuat et hic ita esse legendum. Fieri quoque potest, ut ipsum illud ⲛⲟⲩⲛ supersit in inscriptionibus hieroglyphicis, in quibus ad *aquam* indicandam adhibentur signa illa , quae si literis Copticis transcribuntur efficiunt ⲛⲛ, vel addita vocali ⲛⲟⲩⲛ. (*) — Caeterum Champoll. in *Panth. Aeg.* ad

(*) Haec quoque quodammodo confirmantur ex eo, quod ipsa *vasa*, quibus Nili incrementum indicari infra docetur, eundem valorem habent, literae ⲛ.

tab. 3. *ter*, ubi hunc locum Horapollinis vertit, facere videtur cum Jablonskio, *Νοῦν* ad *Νείλου ἀνάβασιν* referente. Quod autem Hesychius vocem *Νοῦς* interpretatur *ψυχή, ποταμὸς, μονάς*, non nimis erit urgendum, quum fortasse non distinxerit appellationem fluminis ordinariam, ab ea qua indicabatur tempore incrementi.

ἐπειδὴ ὁ ἥλιος εἰς λέοντα γενόμενος πλείονα τὴν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου ποιεῖται] Cff. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 38, in. pag. 366. A. Plinius *Hist. Nat.* V. 9, med. et XVIII. 18, in. Quod habent Codd. nonnulli, *λέοντι γενόμενος*, ferri posset, si pro *γενόμενος* legeretur *συγγενόμενος*, ut recte animadvertit de Pauw: sic in versu, quem laudavit Plutarch. l. c.

Ἠελίου τὰ πρῶτα συνερχομένοιο λέοντι.

De usu praepos. *εἰς* pro *ἐν* adnotarunt Taylor ad Lys. *Epit.* F. 5. pag. 72. Villoison ad Long. III. pag. 175. Palairet *Observat.* Bernard ad Nonn. T. I. pag. 20. de Pauw ad Philen pag. 4. Wakef. *Silv.* T. II. pag. 132. Schweigh. ad Herod. I. 21. quos omnes laudavit Boissonade ad Nicetam Eugenianum II. pag. 132, 133. — Cod. Morell. lectio: *πλείονα τὴν ἀνάβασιν ποιεῖται τοῦ θεοῦ*, etsi Nilus recte *deus* dicatur, tamen huic loco minus convenire videtur, atque reliquorum auctoritate inprobatur; error fortasse ortus ex varia lectione, qua in iis quae proxime sequuntur, pro: *ὥςτε ἐμμένων τῷ ζωδίῳ τούτῳ*, lectum fuerit: *ὥςτε ἐμμένοντος τοῦ ἡλίου*, vel *τοῦ θεοῦ*. Illud: *ὥςτε ἐμμένοντος τοῦ ἡλίου τῷ ζωδίῳ τούτῳ*, habent Codd. Aug. Paris. C. et Edd. omnes; attamen secuti sumus Codd. Pariss. A, B. quibuscum facere videtur Cod. Morell. habens *ἐμμένον*. Alterum, *ἐμμένοντος* tribuendum fortasse glossatori cuidam, nominativum absolute positum ita explicare volenti. Cf. Boissonade ad Nicetam Eugen. II. pag. 97. 98.

τὸ δίμοιρον τοῦ νέου ὕδατος] Interpretes reddiderunt: *in duplum ipsius Nili aqua excrescit;* quasi *τοῦ νεοῦ* appellatione hic indicetur Nilus, vel potius versio nominis Aegyptiaci *Νοῦν*; sed *νέον ὕδωρ* est *aqua, quae accessit flumini tempore incrementi;* eodem modo quoque Plutarchus quem mox laudabimus: *ὅτι Νεῖλος ἐπάγει νέον ὕδωρ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος.*

ὅθεν καὶ τὰς χολέδρας — λεοντομόρφους κατεσκεύασαν οἱ ἀρχαῖοι — ἐπιστάται]. Pro *χολέδρας* de Pauw recte conjicere videtur *χολέρας*, citans Hesychii: *χολέρα· σωλὴν, δι' οὗ τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῶν κεράμων φέρεται ἐξακοντιζόμενον.* Igitur non opus est Merceri conjectura, *κλεψύδρας* vel *χολέδρας* corrigentis, *παρὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ὡςανεὶ χολᾷν τὸ ὕδωρ.* Pauwii mutationem probavit quoque Jablonski in *Panth. Aeg.* II. cap. 4. §. 10. — De fontibus autem apud Aegyptios leonum capitibus ornatis, cf. quoque Plutarch. *Sympos.* IV. Quaest. V. cap. 2. pag. 670. C. *κρῆναι δὲ κατὰ χασμάτων λεοντείων ἐξίασι κρουνοὺς, ὅτι Νεῖλος ἐπάγει νέον ὕδωρ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις, ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος.* add. idem *de Is. et Os.* cap. 38, quod supra pag. 224. laudavimus.

ἀφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν — ὑγρότητος *] Locus corruptus, ad quem explicandum diversas rationes secuti sunt viri docti; Phasian. vertit: *qui mos in hodiernum usque diem etiamnum apud eos firmus perdurat, qui vota pro humoris et aquae abundantia suscipiunt;* itaque legisse videtur: *ἀφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν — ὑγρότητος τοῦτο ποιοῦσιν*, aut simile quid; Codd. Pariss. A, B, et Morell. lacunam quodammodo supplent, neque tamen ita ut vera lectio inde erui possit; Pierius, qui in suo Cod. similia invenisse videtur, *Hierogl.* I. cap. 13. »illud" inquit »non omittam, quod »Horus Apollo tradit, in supplicationibus pluvias exposcen-»tibus, plerisque in locis leonum ora vino prolui fuisse

»morem. Sed advertendum est, vulgatos Hori-Codices hoc »loco esse depravatos." De Pauw adtulit locum Graeci scriptoris, editi a Stephano le Moyne, in quo *Aegyptii* dicuntur, *quoniam sole versante in signo leonis, Nili inundatio sit uberrima, propterea* καὶ — τοὺς ὑποληνίων κρουνοὺς λεοντοειδεῖς κατασκευάζειν, εἰς μίμησιν τοῦ Νειλώου ὕδατος προχύσεως, προςκαλουμένων ἡμῶν, οἱονεὶ καὶ τὴν τοῦ οἴνου δαψιλῆ καὶ ἄφθονον διαῤῥοήν. Ex hoc autem loco conjicit simile quid etiam hic ab Horapolline indicari, itaque quae adduntur in Cod. Morell. ita mutat: καὶ ἐγχώριοί γε νῦν ὄντες τὸν οἶνον, ζῶον λέοντα*, et sententia sic quoque imperfecta ac mutila relicta, sensum esse putat: *quare — et indigenae nunc viventes vinum, leonis imaginem vasorum torcularium tubis affingentes, in dolia excipiunt.* Eodem fere modo Cuperus in *Harpocr.* pag. 49. — Caeterum supellectilem suam Aegyptii saepe diversis leonis partibus ornare solebant: sic v. c. lecti saepissime in monumentis occurrunt, pedibus leoninis fulti, ejusdemque animalis capite et cauda instructi, cf. vb. c. tab. nostr. n. 47. *e.* Graeci quoque canales et fistulas, quibus aquae ex tectis effluebant, leoninis capitibus, et tecta sua, columnas aliaque, diversorum animalium figuris ornare solebant. Cff. Dio Chrys. Or. LXXX. pag. 670. A. laudatus a Wyttenb. ad Plutarch. et Cuperus in *Harpocrate* l. c.

τρία δὲ ὑδρεῖα, [ἢ οὐρανὸν καὶ γῆν ὕδωρ βλύζουσαν] (τὸ μὲν ὑδρεῖον ὁμοιοῦντες, κ. τ. λ.)] Etiam haec turbata videntur, itaque aut statuendum cum Pauwio, scriptorem hic duo hieroglyphica illa, *tria vasa aquaria*, et *coelum et terram aquam emittentem* simul explicare, aut putandum verba illa: ἢ οὐρανὸν καὶ γῆν ὕδωρ βλύζουσαν, hic errore scribentis inrepsisse, et potius pertinere ad ea quae sequuntur infra: ὅτι δὲ γεννᾷ ἡ Αἴγυπτος τὸ ὕδωρ, κ. τ. λ.

quibus explicatur quare *Nilum* significaverint Aegyptii per *coelum et terram aquam emittentem.* — Caeterum totus locus ita videtur constituendus, ut post τρία δὲ ὑδρεῖα, inde a verbis, τὸ μὲν ὑδρεῖον ὁμοιοῦντες, usque ad γενέτειραν τοῦ εἶναι καλοῦσι, parenthesis statuatur, post quam, ob longiorem sententiae interruptionem, eadem verba, quae jam ab initio dicta erant, iterum repetuntur.

καρδίᾳ γλῶσσαν ἐχούσῃ] *Cordi lingua instructo.* An hic fortasse intelligit *vas aquarium*, veluti in tab. nostr. n. 40. *c.* pingendum curavimus, quodque in hieroglyphicis pro *Nilo* poni solet? Sane ejus figura ab altero illo, solito *cordis* symbolo (vid. tab. nostr. n. 45. *a.*), non adeo recedit. *Linguam* tunc Philippus fortasse vocavit *fistulam* illam *lateralem*, ex qua aqua effluit. Mirum profecto videbitur cur rem satis apertam tam ambiguis verbis descripserit; sed si versionem revera habemus operis Aegyptiace scripti, Philippum hic minus recte suo munere functum, aut sermone Aegyptiorum eandem vocem pro vasis *fistula*, et pro ipsa *lingua* usurpatam fuisse, statui poterit.

γενέτειραν τοῦ εἶναι καλοῦσι] Adnotat Merc. »forte »quod in hac gustus sit, sine quo nullum esse animal tra»dit Aristoteles." Alia ratione de Pauw, qui τοῦ εἶναι referendum putat ad praecedens ὑγρῷ, ita ut sit: *linguae vero, quia hanc perpetuo in humido existentem, etiam genitricem ipsius humidi esse asserunt.* — Fortasse intelligitur placitum philosophorum nonnullorum, secundum quod omnia ex humido nata; quae fuit sententia Thaletis Milesii (cf. Cic. *de Nat. Deor.* I. 10.), et Zenonis quoque (Diog. Laert. IX. cap. 5. §. 29.).

ἓν μὲν ὑπὲρ τῆς Αἰγυπτίας γῆς] Nili incrementum ipsi Aegypto originem debere statuerat Ephorus. Cf. Diod. Sic. I. cap. 39. *Wessel.* pag. 48. φησὶ γὰρ ἅπασαν τὴν Αἴγυπ-

τον ποταμόχωστον οὖσαν καὶ χαύνην, ἔτι δὲ κισσηρώδη τὴν φύσιν, ῥαγάδας τε μεγάλας καὶ διηνεκεῖς ἔχειν· διὰ δὲ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν ὑγρου πλῆθος· καὶ κατὰ μὲν τὴν χειμερινὴν ὥραν συνέχειν ἐν ἑαυτῇ τοῦτο, κατὰ δὲ τὴν θερινὴν, ὥςπερ ἱδρῶτας τινὰς ἐξ αὐτῆς πανταχόθεν ἀνιέναι, καὶ διὰ τούτων πληροῦν τὸν ποταμόν. Add. Plutarch. *de Plac. Philos.* L. IV. cap. 1. pag. 898. B.

ἕτερον δὲ, ὑπὲρ τοῦ Ὠκεανοῦ] Herod. II. 21. *ἡ δ᾽ ἑτέρη* [sc. ὁδὸς] *ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι — ἡ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι, τὸν δ᾽ Ὠκεανὸν γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν.* Plutarch. l. c. hanc sententiam refert ad Euthymenem Massiliensem.

τρίτον δὲ ὑπὲρ τῶν ὄμβρων] Erat haec sententia Agatharchidis Gnidii. Cf. Diod. Sic. I. cap. 41, pag. 50. Strabo (quem ad hunc locum laudavit Wessel.) *Geogr.* XVII. pag. 1138. narrat sub Ptolemaeis id re ipsa fuisse cognitum atque exploratum Aegyptiis; idem narrat Eratosthenes in Procli *Comment. in Plat. Timaeum* pag. 37. Cff. quoque Photius *Bibl. Gr.* Cod. III. col. 8. Heliodorus *Aethiop.* II. pag. 109. 110. quos laudavit Champoll. in Op. *de Aeg. sub Pharaonibus* Vol. I. pag. 126. not. 3. Caeterum alias quoque fluminis incrementi rationes adtulere veteres, Thales, Anaxagoras, Euripides, Democritus Abderita aliique, quorum opiniones vide apud Herod. II. 24. 25. Diod. Sic. I. cap. 38, sq. pag. 46. *Wessel.* Plutarch. de *Plac. Philos.* IV, cap. 1. pag. 897. F. Plinium *Hist. Nat.* V. 9. med. Pomp. Melam I. 9. Senecam *Nat. Quaest.* IV. 2. Arrian. *Indic.* cap. 6. et ipsum Horapollinem infra cap. 35. — *Nilum* autem ejusque fluminis *inundationem* significari apud Aegyptios per *tria vasa aquaria*, e monumentis probavit Champoll. in Op. *de Hierogl. Vet Aeg.* pag. 348, 350. et tab. gen. n. 241, 242. Cff. idem in *Panth. Aeg.* ad

tab. 3. ter, et Salt. *de System. Hierogl. Youngii et Champollionis* (vers. Gallicae) pag. 46. Eorum imagines vide in tab. nost. n. 40. *a.* et *b.* Vera causa, quam ob rem *tribus* plerumque *hydriis* indicaverint Nili incrementum, in eo quaerenda videtur, quod, ubi pluralis numerus indicandus erat in sacra Aegyptiorum scriptura antiquissima, rei ejusdem imaginem ter pingebant; atque sic vasis imago ter repetita, pluralem numerum et itaque *incrementum* recte indicare potuit.

ἐπεὶ μέση τῆς οἰκουμένης] Idem de templo Delphico, et de aliis quoque locis gloriabantur Graeci. De Pauw pro *ἐπεὶ*, legendum putat *ἥπερ*. »quoniam particula causalis »hic prorsus sit insulsa." Sed mutatione non opus videtur: solent enim regiones quo longius a mari recedant, eo et fieri altiores, quae igitur mediae sunt regiones, eae recte altissimae dicuntur; quum autem fluvii in locis superioribus oriantur atque inde ad alia descendant, recte quoque causam Nili incrementi, et aquarum in Aegypto scaturientium arcessere potuit Horapollo, ex ipso ejus regionis situ in media terra. Caeterum eadem Aegyptiorum opinio memoratur quoque in Hermetis fragmento, apud Stobaeum *Eclog.* I. cap. 52. (Vol. I. pag. 992, seq. *Heerenii*). *Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ μέσῳ τῆς γῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῶν ἱερωτάτη χώρα, τὸ δὲ μέσον τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος μόνης τῆς καρδίας ἐστὶ σηκός, τῆς δὲ ψυχῆς ὁρμητήριόν ἐστι καρδία, παρὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, ὦ τέκνον, οἱ ἐνταῦθα ἄνθρωποι τὰ μὲν ἄλλα ἔχουσιν οὐχ ἧττον, ὅσα καὶ πάντες, ἐξαίρετον δὲ τῶν πάντων νοερώτεροί εἰσι καὶ σώφρονες, ὡς ἂν ἐπὶ καρδίας γεννάμενοι καὶ τραφέντες.*

ἡ λεγομένη κόρη] Aegyptus hoc loco comparatur cum *pupilla.* Plutarchus *de Is. et Os.* cap. 33. pag. 364. C. dicit Aegyptum ab incolis dictam fuisse *Χημίαν*, quoniam

solum ejus sit *nigrum*, quasi *nigrum oculi*, Cff. Jablonski Opusc. I. pag. 404, seq. Champoll. in Op. *de Aeg. sub Pharaonibus*. Vol. I. pag. 101, seqq.

De Goulianof Op. cit. pag. 14, 15. adnotat Nili adscensum duplici ratione, tribus hydriis indicari: 1° per paronomasiam, nam *vas aquarium* apud Coptos ϫⲟⲗϩⲥ, *inundare* ϫⲱⲗⲕ, et *adscensus*, *elevatio* ϫⲱ dicitur; 2° ex doctrina acrologica, nam *tres* Coptice ϣⲟⲙⲧ, *vasa* ϣⲟⲙϣⲟⲩ, et *elevatio* quoque ϣⲱⲓ efferuntur. Posteriori hac ratione Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 15, 16. statuit *Nili adscensûs* (voce ⲙⲱⲟⲩ, ut conjicit, aut simili ab Aegyptiis dicti) *vasa aquaria*, et *coelum aquam emittens* hieroglyphica fuisse, quoniam voces ⲙⲟⲩⲛ̄ϩⲱⲟⲩ, i. e. *pluvia*, et ⲙⲁⲩⲣⲏⲥ, qua *vas magnum* indicatur, ab eadem litera, ⲙ, incipiant.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 181, med. *hydriae tres* in monumentis astronomicis quoque Nilum i. e. Solem planetam indicant.

CAPUT XXII.

Θυμιατήριον καιόμενον ζωγραφοῦσι καὶ ἐπάνω καρδίαν] Plutarchus *de Is. et Os.* l. c. *Αἴγυπτον — Χημίαν καλοῦσι, καὶ καρδίᾳ παρεικάζουσι.* Idem docet cap. 10, fine. pag. 355. A. per *acerram cordi suppositam* indicari *coelum: τὸν δὲ οὐρανὸν, ὡς ἀγήρω διὰ ἀϊδιότητα*, [sc. *γράφουσι*] *καρδίᾳ θυμιατηρίῳ ὑποκειμένῃ* (*). — *Πυροῦσθαι*, ut et *καίεσθαι* et *φλέγεσθαι*, saepe transferuntur ad *animum furore*, *aliove affectu vehementer commotum.*

(*) Ita hunc locum correxit Xylander; antea legebatur *θυμὸν ἐσχάρας ὑποκειμένης.* ' De Pauw, correctionem eam nimis arbitrariam putans, legendum conjicit: *καρδίᾳ θυῶν ἐσχάρας ὑποκειμένῃ*, et *θυῶν ἐσχάραν* explicat *focum in quo fiunt suffitus*, *et adolentur thura.* Xylandri conjecturam probat Wyttenb. in adn.

⁴ Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 14, 15. adnotat, *Aegyptum* ab incolis ⲭⲏⲙⲓ, *ignem* et *urere* ⲭⲣⲱⲙ dicta, *cordis* autem figuram additam fuisse, quoniam hoc Coptice ϩⲏⲧ vocatum, incipiat a litera adspirata, quae interdum cum ⲭ permutari soleat.

CAPUT XXIII.

'Ονοκέφαλον] Pierius vertendum putat *asininum caput*, Merc. intelligit *quoddam animalis genus cui ab asinino capite nomen est*, de Pauw *hominem asinino capite*, voce ficta ad exemplum vocis κυνοκέφαλος, aliarumque similium. — Hominem qui res exterorum non cognoscit, neque discendi cupiditate itinera suscepit, cum asino comparabant Aegyptii, quoniam huic animali praecipue stupiditatem tribuerent et indocilitatem; propterea quoque Typhoni asinum consecrasse dicuntur (*). Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 50. pag. 371. C. *Διὸ καὶ τῶν μὲν ἡμέρων ζώων ἀπονέμουσιν αὐτῷ* [Typhoni] *τὸ ἀμαθέστατον, ὄνον.* Add, cap. 30, med. pag. 362. F, cap. 31, fine. p. 362. C. D. Aelian. de *Nat. Anim.* X. 28. ubi indicat asinum Aegyptiis animal fuisse odiosum, addit Pythagoreos docuisse: *asinum solum ex animantibus μὴ γεγονέναι κατὰ ἁρμονίαν, ταύτῃ τοι καὶ πρὸς τὴν ἦχον τὸν τῆς λύρας εἶναι κωφότατον.* Cf. quoque Plutarch. in libro, *de Anim. Ratione Utentibus* cap. 10, fine, pag. 992. D. Ab eo animali proverbium: *Ὄνος τὰ ὦτα κινῶν*, quod secundum Suidam, usurpatur de iis, qui simulant se jam rem ante cognovisse, quam aliquis ipsis narraturus sit. Horat. *Epist.* II. 1. vs. 199.

Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo.

(*) Ex interpretatione Graecorum, sed utrum ex monumentis Aegyptiacis res illa jam confirmata sit, nondum patuit.

De Goulianof Op. cit. pag. 26, 27. hoc caput refert ad hieroglyphica acrologica; verba *μὴ ἀποδημήσαντα* reddit una voce a se, ad exemplum aliorum vocabulorum Aegyptiacorum composita, ⲁⲧⲉⲣϣⲉⲙⲙⲏⲟⲩⲧ, (ϣⲉⲙⲙⲟ *peregrinus*, ⲉⲣϣⲉⲙⲙⲟ *peregrinari*, ⲁⲧⲉⲣϣⲉⲙⲙⲟ *non peregrinari*, unde participium ⲁⲧⲉⲣϣⲉⲙⲙⲏⲟⲩⲧ, *non peregrinatus*); priores hujus vocis partes, altera ab ⲁ, altera (ⲉⲣ) ab ⲉ incipiunt. Eadem porro ratione componitur Coptorum ⲁⲧⲉⲙⲓ, i. e. *homo imperitus*, qualis secundum Horapollinem haberetur, *qui extra patriam peregrinatus non esset*; *Ὀνοκέφαλον* denique, cujus imagine talis homo indicatus fuerit, nominatum fuisse putat de Goulianof voce composita ab ⲁⲫⲉ, *caput*, et ⲉⲱ (quo *asinus* dialecto Sahidica indicatur), cujusque compositionis partes eodem modo a literis ⲁ et ⲉ incipiunt.

CAPUT XXIV.

Φυλακτήριον] Quamquam duo ejusmodi capita ab Horapolline descripta (vid. tab. nostr. n. 41. *a*. 41. *b*.), foemineum flavo, alterum viri, rubro colore pictum, (*) *custodiendi* significatione saepissime in monumentis Aegyptiacis occurrunt, hoc loco tamen scriptor in primis cogitasse videtur de amuletis e collo, aliisve coporis partibus suspensis: nam talia praecipue vocantur *φυλακτήρια*. Plutarch. *de Is. et Os*. cap. 65, med. pag. 377. B. *τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει, περιάψασθαι φυλακτήριον, ἕκτῃ μηνὸς ἱσταμένου Φαωφί*. — Ejusmodi autem amuleta valere docet Horapollo ad arcenda *τὰ δαιμόνια*, i. e. *malos genios*, calamitatum

(*) In monumentis Aegyptiacis, incolae ejus regionis, viri rubro colore, mulieres vero et infantes quoque, flavo colore pingi solent.

effectores. Apud scriptores Graecos voce ea indicantur *genii*, sive *boni* (ἀγαθοδαίμονες), sive *mali* (κακοδαίμονες), et ipsa *fortuna* quoque, sive *secunda*, sive *adversa* sit, eodem modo atque δαίμων; quo *sortem* universe indicari docuit Valcken. ad *Hippol.* vs. 1809. Apud scriptores N. T. δαιμόνια fere semper sunt *genii mali*. — Quod autem capita illa, viri *intus*, foeminae *foras* spectare, atque ita φυλακτηρίου vim habere dicuntur, originem fortasse praebuit, vulgatae illi Arabum et Maurorum superstitioni, qua fascinationem per oculos, et adspectûs vim malam in primis sibi timendam esse credunt; ad quam fascinationem avertendam manum apertam aedibus vel monumentis insculpunt, vel tamquam amuletum e collo dependentem gerunt; equorum quoque suorum femoribus imprimunt; quin et manum suam apertam ei, cujus adspectûs vim malam frangere cupiunt, obvertere solent. Cff. Cl. Reuvens in *Periculo Archaeol.* ad *Cippos Humbert.* pag. 5, seq. et *Humbert* in *Descriptione* eorumdem cipporum (*) pag. 5, seq.

ἐπειδὴ καὶ χωρὶς γραμμάτων] *Sine literis vel characteribus magicis*, quibus tamen magnam inesse vim veteres statuerunt, et adhuc quoque multae gentes, Orientales praecipue, credunt; multum quoque iis tribuerunt Gnostici, ut patet ex eorum monumentis. Inter papyros, quae cum Collectione monumentorum Aegyptiacorum Anastasianorum, servantur in Museo Lugd. Batavo, duae sunt, quibus continentur descriptiones diversorum amuletorum, et modorum quibus ea sint componenda. Cf. de iis Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium*. Ep. I. in primis pag. 48. et in Additam. pag. 145, seqq.

(*) *Notice sur Quatre Cippes Sépulcraux et Deux Fragments, decouverts, en 1817, sur le Sol de l'ancienne Carthage*, par le Major I. E. Humbert. La Haye. 1821.

Klaproth. Ep. I. pag. 8. de *capitibus intus et foras spectantibus* hic agi putat, quoniam φυλακτήριον Coptice ϲⲁϫⲟⲗ, *intus* ϲⲁϧⲟⲩⲛ, *foras* vero eadem lingua, ϲⲁⲃⲟⲗ efferatur; quod ad vocem ϲⲁϫⲟⲗ, negavit Champoll. in *Censura*, quam laudavimus, ita vocari *amuletum;* sed eam significationem iterum defendere conatus est Klaproth. Ep. I. pag. 19, 20.

CAPUT XXV.

Ὡς καὶ ἐκλείποντι τῷ ποταμῷ, συνεκλείπειν] De Pauw corrigens: *οὗ καὶ ἐκλιπόντος τῷ ποταμῷ, συνεκλείπει, οὗ* refert ad *γεώδει*, ita ut sit: *si limus, si terrestre illud fluvio desit, ipsa rana deëst simul;* ad quam explicationem probandam citat Aelian. de *Nat. Anim.* II. 56. narrantem, quum aliquando iter faceret Neapoli Dicaearchiam, pluviam decidisse ranarum: *καὶ τὸ μὲν μέρος αὐτῶν τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ. εἷρπε, καὶ δύο πόδες ἦγον αὐτό· τὸ δὲ ἐπεσύρετο ἔτι ἄπλαστον, καὶ ἐῴκει ἔκ τινος ἰλύος ὑγρᾶς συνεστῶτι.* Non tamen opus videtur ut locus mutetur: nam, quum ipso illo aquae defectu limus non amplius humidus sit, atque ita quoque ipse deficiat, recte dicuntur ranae deficere, ubi aqua discedit. Plinius *Hist. Nat.* IX. 51. »Ranae — pariunt minimas carnes nigras, quas »*gyrinos* vocant, oculis tantum et cauda insignes; mox »pedes figurantur, cauda findente se in posteriores. Mi»rumque semestri vita resolvuntur in limum nullo cernen»te, et *rursus vernis aquis renascuntur*, quae fuere na»turae perinde occulta ratione, cum omnibus annis id »eveniat." — De rana iterum agitur infra II. cap. 101. et 102. — Caeterum Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 40. B. 66-81. *ranam* vocat *symbolum materiei primae, humidae et informis;* fortasse ex hoc loco Horapollinis.

CAPUT XXVI.

Λαγωὸν ζωγραφοῦσι] Plutarch. IV. *Sympos.* Quaest. V. cap. 3. pag. 670. F. ὅ τε γὰρ ὀφθαλμὸς ἄτρυτός ἐστιν αὐτῶν [sc. *leporum*], ὥςτε καὶ καθεύδειν ἀναπεπταμένοις τοῖς ὄμμασιν· Aelian. *de Nat. Anim.* XIII. 13. οὐ μὲν ἐπιμύει καθεύδων ὁ λαγὼς, καὶ τοῦτο αὐτῷ ζώων μόνῳ περίεστιν, οὐδὲ νικᾶται τῷ ὕπνῳ τὰ βλέφαρα· φασὶ δὲ αὐτὸν καθεύδειν μὲν τὸ σῶμα, τοῖς δὲ ὀφθαλμοῖς τηνικάδε ὁρᾷν. Idem narrat Plinius *Hist. Nat.* XI. cap. 37. med. Add. Callimachi *Hymn. in Dianam* vs. 96. et Suidas in voce. — Quod autem ad significationem leporis in hieroglyphicis, eam monumenta Aegyptiaca confirmarunt, in quibus *lepus*, *aperiendi* vel *apertionis* significatione saepissime occurrit. Vid. tab. nostr. 42. *a.* et 42. *b.* Ratio autem, quam addit Horapollo, ex historiae naturalis scriptoribus potius, quam ex Aegyptiorum doctrina, petita videtur. — Caeterum Plutarch. l. c. *auditum* per *leporem* ab Aegyptiis significatum fuisse dicit: ὀξυηκοΐᾳ δὲ δοκεῖ διαφέρειν, ἣν Αἰγύπτιοι θαυμάσαντες, ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ἀκοὴν σημαίνουσι τοὺς λαγωοὺς γράφοντες; eam tamen explicationem monumenta nondum confirmarunt. — Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 46. B. 242. *leporem* memorat *symbolum Osiridis.*

Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 6. et II. pag. 12, 13. *apertionem* per *leporem* indicatam putat secundum doctrinam acrologicam, vocibus сво, i. e. *apertura*, *porta*, et сарахωϥ, i. e. *lepus*, ab eadem litera, с, incipientibus.

CAPUT XXVII.

Γλῶσσαν ζωγραφοῦσι καὶ ὕφαιμον ὀφθαλμὸν] Trebatius ὕφαιμον ὀφθαλμὸν vertit *vulneratum oculum*, Merc. *sub-*

tusque cruentum, Hoesch. *oculum cruore suffusum*, atque huc pertinere putat Graecorum phrases; *φοινικὸν*, *φοβερὸν*, *ὕποπτον*, *ἰταμὸν*, *δριμὺ*, *ὀρίγανον*, *ταυρωπὸν βλέπειν*, *ἀποβλέπεσθαι*, *ταυρηδὸν ὁρᾷν*, similesque. Pauwio locum corrigenti sese opposuit D'Orville in *Crit. Vanno.* pag. 551. *ὑπαὶ* a prosae orationis scriptore usurpatum fuisse negans; praeterea in ea correctione offendere quoque videtur articulus ante *ὀφθαλμὸν*; neque tamen fortasse sine ratione de Pauw vocem *ὕφαιμον* hîc non recte legi opinatur, quum in seqq. non addantur rationes, quare per *oculum ὕφαιμον sermo* indicatus fuerit; itaque forte legendum: *γλῶσσαν ζωγραφοῦσι καὶ ὑπ' αὐτὴν ὀφθαλμὸν*, aut: *γλῶσσαν ζωγραφοῦσι καὶ ὑποκάτω ὀφθαλμόν*. Ita supra, cap. 22. *θυμιατήριον — καὶ ἐπάνω καρδίαν*, et infra, hoc ipso cap. *γλῶσσαν καὶ χεῖρα ὑποκάτω γράφουσι*. Lectionem eam si sequamur, recte quoque explicari posse videtur quod in sqq. primas partes linguae, secundas vero oculis tribui dicit Horapollo. Sed fortasse hîc iterum habemus explicationem hieroglyphici alicujus non recte intellecti, *oculi mystici*, qui dicitur, quemque in tab. nostr. n. 43. depingendum curavimus; *γλῶσσα* tunc erit pars lit. *a.* indicata, ab oculo illo dependens. (*) Cogitandum forte etiam de deo Thoth, sermonum et eloquentiae domino, oculum illum Osiridi offerente: vel de ejusdem oculi oblatione deo Ooh Thoth a cynocephalo facta; qualis oblatio occurrit in Champoll. *Panth. Aeg.* tab. 30. G.

οὕτω γὰρ οἴτε λόγοι — συμμεταβάλλοντες] Legendum videtur: *οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι*, *κ. τ. λ.* *hi enim* [oculi] *ser-*

(*) Vox *γλῶσσα* ea ratione, rariori significatione usurpata fuerit, sed et supra ad cap. 21. eadem usum fuisse Philippum ad indicandam fistulam lateralem vasis aquarii diximus in adnot. ad eum locum.

mones prorsus sunt animi, quum secundum motus ejus simul varient, mutentur; certe pro illo οἴτε, Cod. Morell. habet οἴγε. In seqq. pro εἴπερ, de Pauw legendum conjicit ἥπερ — ὀνομάζονται, *unde et alter sermo apud Aegyptios vocantur;* quam correctionem si quis cum D'Orvillio *Crit. Vann.* l. c. inprobandam putet, legere poterit διόπερ quod ita usurpare solet Philippus.

Lingua et *Manus*, secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 182, med. et 183. med. Mercurio sunt sacrae, eumque planetam significant in monumentis astronomicis.

CAPUT. XXVIII.

Τριετοῦς — χρόνου] Idem quoque tempus esse, quo quis dimidiam partem magnitudinis suae adtigerit, docet Basil. Magn. *Homil.* 10. *Hexaëm.* quem. citavit Hoesch. ad. h. l. Aristoteles vero *de Gen. Anim.* I. 18. sub finem, Vol. II. pag. 597. E. idem quinto anno fieri dicit. Caeterum Plinius in *Hist. Nat.* differt ab Horapolline; cap. enim 51. libri XI. »Primus" inquit »sermo anniculo est." — Verbum παραποδίζεσθαι, eodem modo de lingua usurpavit Clem. Alex. *Paedag.* II. 1. pag. 172. *Potteri.* *καὶ ἡ γλῶσσα τῇ τροφῇ πιεζομένη τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας παραποδισθεῖσα, τὴν προφορὰν ἐκδίδωσι τεθλιμμένην.*

Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 26, 27. hierogyphicum hoc ratione acrologica explicandum putat; dicens numerum CIↃXCV, hic tantum poni pro *tribus annis; tres* autem lingua Aegyptiaca ϣⲟⲙⲧ dici, et *annum* ⲣⲟⲙⲡⲓ, priori voce a ϣ, altera a ⲣ incipiente; *silentium* vero postea quidem ⲭⲁⲣⲱ, sed primis temporibus ϣⲁⲣⲱ sonuisse, eamque vocem componi ex ⲭⲁ *relinquere, cessare,* et ⲣⲱ os; quae itidem a literis ϣ et ⲣ incipiunt.

CAPUT XXIX.

Φωνὴν δὲ μακρόθεν — ἀέρος φωνὴν] Intelligendum de *fulgure*, si modo hoc hieroglyphicum pertinuit ad Aegyptios. Fortasse Philippus hic iterum scriptorem suum minus recte vertit; nam lingua Aegyptiaca *fulgur* et *tonitru*, eaden voce, ϧⲁⲣⲁⲃⲁⲓ, indicantur.

ὃ καλεῖται παρ' Αἰγυπτίοις οὐαιέ] Bochart. *Hieroz.* I. pag. 866. vocem *οὐαιέ* ex Arabum lingua explicare voluit; at frustra, ut probat Jablonski *Opusc.* I. pag. 191. ubi docet vocem esse Aegyptiacam ⲟⲩⲉⲓ, eamque accipi pro *μακρόθεν*. — Quod autem articulus hic neutro genere ponitur, quum quis exspectaverit ἥ, praecedente nomine foeminini generis, difficultatem non movebit, quia Graeci sic solent per enallagen casum saepe non accommodare verbo, sed significato. Cf. Greg. *de Dialectis* §. 39. Thiersch *Gramm. Hom.* §. 344. 1. a.

De Goulianof Op. cit. pag. 15. 16. caput hoc per paronomasiam explicat: docet Coptice *vocem* ϧⲣⲱⲟⲩ, *distantiam, distare, longinquum esse* eadem lingua ⲟⲩⲉⲓ dici; has vero duas voces conjunctas ϧⲣⲱⲟⲩⲟⲩⲉⲓ, non multum differre a ϧⲁⲣⲁⲃⲁⲓ, quo significatur *tonitru*, *fulgur*; posterius quidem scribi literâ ⲃ, sed hanc saepissime cum ⲟⲩ commutari in aliis quoque vocabulis Copticis, vb. c. in ⲟⲩⲱⲛϣ, pro quo et ⲃⲱⲛϣ in usu fuisse statuit.

CAPUT XXX.

Διὰ τοῦτο δηλοῦντες τὰς πρώτας τροφάς] *Αἱ πρῶται τροφαὶ*, ut observavit de Pauw, non recte ab interpretibus redduntur *prima educatio*; significant *primum victum*, *primum alimentum*. Herod. II. 92, fine, scribit Aegyptios qui loca palustria habitarent, antiquitus solitos fuisse vesci

papyro. Plinius *Hist. Nat.* XIII. 11, sub finem: » man» dunt quoque crudum decoctumque, succum tantum de» vorantes." Cf. quoque Casaubonus in *Animadv.* ad Athen. pag. 674, 675. In *papyris Gemellarum*, Musei Lugd. Batavi n. 71, 72, 73 (*) inter edulia, in expensa refertur quoque papyrus. — Caeterum monumenta hanc papyri, significationem nondum confirmarunt. Fortasse scriptor hîc minus accurate explicat hieroglyphicum (*papyri volumen*), quod in tab. nostr. n. 44. depingendum curavimus, quodque pluribus vocibus hieroglyphicis tamquam signum determinativum addi solet. Cf. Rosellini *Monum. Aeg. et Nubiae.* Parte II. Tom. I. pag. 332.

De Goulianof Op. cit. pag. 27, caput hoc per acrologiam explicandum statuit; *fasciculum* enim Coptice dici ϣⲟⲗ, *papyrum* ϣⲁⲣⲓ, *primum* sive *antiquum* ϣⲟⲣⲡ, et *nutrire* sive *nutrimentum* ϣⲁⲛϣ.

CAPUT XXXI.

Ἐπειδὴ πᾶσα γεῦσις τούτοις τελεῖται] De Pauw pro *πᾶσα γεῦσις*, fortasse recte, corrigendum putat *παράγευσις:* nam *γεῦσις μὴ τελεία* dici non potest *πᾶσα γεῦσις*. — Quod autem dicitur omnis gustus servari usque ad *ἀρχὴν στόματος*, de Pauw recte quoque vertisse videtur usque ad *partes anteriores oris, ante fauces et guttur:* oris enim partes sunt duae; *ὑπερῷον*, et *φάρυγξ*, secundum Aristot. *de Hist. Anim.* II. 11. Vol. II. pag. 204. A. Plinius *Hist. Nat.* XI. 37, med. » Intellectus saporum est caeteris in prima lin» gua, homini et in palato." Aristot. l. c. pag. 204. B. *τὸ δὲ αἰσθητικὸν χυμοῦ, γλῶττα· ἡ δὲ αἴσθησις ἐν τῷ ἄκρῳ, ἐὰν δὲ ἐπὶ πλατεῖ ἐπιτεθῇ, ἧττον.* — Caeterum hoc et se-

(*) Cf. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium* Ep. III. p. 106, sqq.

quens hieroglyphicum de suo potius addidisse, quam ex Aegyptiorum doctrina petiisse videtur scriptor.

CAPUT XXXII.

Ἀπὸ γὰρ τούτων τῶν ἐτῶν] Aristot. *de Hist. Anim.* VII. 1, in. Vol. II. pag. 362. B. tempus illud describit in viris, anno decimo quarto. — In seqq. pro πρὸς τέκνα γενέσεως de Pauw legendum putat καὶ τῶν τέκνων γενέσεως. Dictio τῆς πρὸς γυναῖκας συνουσίας, quodammodo defendi posse videtur loco Diod. Sic. qui II. 23. pag. 137. *Wessel.* dicit: ἔχρητο γὰρ ταῖς ἐπ' ἀμφότερα συνουσίαις ἀναιδῆν· et Clem. Alex. *Strom.* III. 7. Vol. I. pag. 537. *Potteri* συνουσιάζει πρὸς τὸ μὴ παρόν. — Dubitari posse videtur, utrum in hoc cap. et in seq. sive Horapollo male compilaverit, sive Philippus imperite addiderit; quin et fere conjecerim alterum horum festinanter excerpentem, quae apud Plinium leguntur *Hist. Nat.* V. 9. de Nili incremento, minus recte intellexisse: »justum incrementum est cubito»rum sedecim, — in duodecim cubitis famem sentit; in »tredecim etiamnum esurit; quatuordecim cubita hilarita»tem adferunt; quindecim securitatem; *sedecim delicias.*" Jam si statuamus Philippum, sive ex scriptore Graeco, quem fortasse secutus quoque fuerat Plinius, sive ex ipso Plinii libro, apud se adnotasse postrema illa: *sedecim delicias*, vel Graece δεκαέξ ἡδονήν, causam videbimus, quam ob rem postea sua quoque reliquo operi addens, per ipsum numerum *sedecim*, τὴν ἡδονὴν indicatam fuisse conjecerit; in quem errorem quum semel incidisset, facile ulterius progressus, *coitum* igitur, per eundem numerum, sed bis scriptum, in sacra scriptura expressum fuisse concluserit. Monumenta autem Aegyptiaca neutrum horum hieroglyphicorum confirmarunt.

Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 9. »*amor*" inquit »Coptice ⲙⲁⲓ sive ⲙⲉⲓ, incipit a litera ⲙ, quae quoque prima »est vocis ⲙⲉⲧⲥⲟⲟⲩ, Lat. *sedecim*." Champollioni in *Censura* quam laudavimus, objicienti omnes numeros inde ab 11. usque ad 19. ab eadem litera ⲙ incipere, respondit Klaproth in Ep. II. pag. 20, 21. ex omnibus iis numeris ab Aegyptiis, sedecim electum, ob rationem ab Horapolline memoratam (*).

CAPUT XXXIV.

Πλημμύραν] Causs. vertendum putat *multitudinem*, quoniam tunc manifesta ratio sit, quare phoenici ejusmodi significatio tribuatur; solem enim, quem *Πολὼν* vocari ex posterioribus hujus capitis verbis ait, quum per eam avem indicaverint Aegyptii, recte quoque eidem animali τῆς πλημμύρας sive τοῦ πλήθεος significationem inesse posse; Caussino assentitur de Pauw. Sed faciendum videtur cum iis qui *inundationem* interpretantur: nam quod solem *Πολὼν* vocari dicit Causs. nititur loco MSS. mutilo, ut infra docebitur (†); atque praeterea ubi phoenix in Aegyptiorum monumentis repraesentatur, saepissime ei apponitur *vas aquarium*, quo fortasse *inundatio* Nili indicata fuit. Cf. Ideler in *Enchir. Chron. Math. et Techn.* Vol. I. p. 186.

(*) Addendum est, apud Persas decimum sextum uniuscujusque mensis diem *Mihr* fuisse dictum, qua voce in primis *amor* ea lingua significatur. Cff. J. de Hammer *Mithriaca*. Caen et Paris. 1833. pag. 55. et Ideler in *Enchir. Chronol.* II. pag. 516. sqq.

(†) Neque Caussini opinionem defendit ratio quae additur: οὐ μηδὲν ἐστι πλεῖον κατὰ τὸν κόσμον, quoniam haec sapiunt indolem Graecam, et fortasse ab interprete sunt addita, eodem modo atque supra cap. 17, fine.

φοίνικα τὸ ὄρνεον] Addit τὸ ὄρνεον, quoniam etiam supra cap. 3. memoraverat phoenicem arborem, anni symbolum. — De phoenice atque de fabulis ad eam avem pertinentibus egerunt Herod. II. 73. Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 58. Artemid. *Oneirocr.* IV. 49, med. Philostr. *Vita Apollonii* III. 49. Ovid. *Metam.* XV. vs. 402. Tacitus *Annal.* VI. 28. Plinius *Hist. Nat.* X. 2. Seneca Ep. 42. Pompon. Mela. III. 9. et, quos ad h. c. laudavit Hoeschel. Nonnus *Dionys.* XL. 395. M. Glycas *Annal.* I. p. 46. C. Greg. Nazianz. *Carm. Paraenet. ad Virg.* V. 526. Epiphanius *ad Physiol.* cap. 11. *Ancyroti* cap. 85. Lucianus in *Navig.* cap. 44. Add. Georg. Pisides vs. 1092. Tzetzes *Chil.* V. 6. vs. 387. Apostolius Cent. XX. prov. 31. et carmen *de Phoenice*, quod Lactantio vulgo tribuitur. Phoenicem in monumentis Aegyptiis repraesentatam ediderunt Galli docti in *Magna Descript. Aeg.* Antiq. Vol. I. tab. 60. fig. 22, tab. 78. fig. 16, tab. 80, fig. 17. quae citavit Ideler Op. cit. pag. 185. nota. 1.

πάντων γὰρ ἐπιβαίνει καὶ πάντα ἐξερευνᾷ ὁ ἥλιος] Ita cum Pauwio legimus ex Cod. Morell. reliquis habentibus πάντας ἐξερευνᾷ. Aelian. *de Nat. Anim.* XVI. 5, med. Ἀγασθέντα δὲ τὸν πάντα ἐφορῶντα ἥλιον οἱ αὐτοί φασι, κ.τ.λ. Notum est solem a poetis et in primis ab Homero vocari Ὑπερίονα; propterea quoque in Od. *M.* 326.

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

quem versum citavit Diod. Sic. I. 11. pag. 14. *Wessel.*

εἶθ' οὕτω πολὺς * ὀνομασθήσεται] Faciendum fortasse cum Hoeschelio, pro πολὺς legenti πολυόφθαλμος, quam correctionem probavit quoque Jablonski in *Panth. Aeg.* II. cap. 1. §. 11. Nomen Osiridis quem multi solem esse opinabantur, (cf. vb. c. Plut. de *Is. et Os.* cap. 52, p. 373. B, sqq.) nonnullos interpretatos fuisse πολυόφθαλ-

μον docent Plutarch. l. c. cap. 10. pag. 364. F. (*) Diod. Sic. I. 11, pag. 14. *Wessel.* Eusebius *Praep. Euang.* I. cap. 9. Cff. Jablonski *Panth. Aeg.* II. cap. 1. §. 10. sqq. Opusc. I. pag. 187, et adn. Te Wateri ad eum locum. Quod autem idem Plutarch. l. c. et iterum cap. 50. p. 371. D. dicit: *τὸν γὰρ βασιλέα καὶ κύριον Ὄσιριν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν*, partem saltem, monumentis confirmatum est, in quibus Osiris scribitur *oculo* et *throno*. — *Οὕτω* vertimus *praeterea*, *ideo*; qua significatione saepe a scriptoribus, N. T. usurpatur. Cf. Schleusn. in *Lexico*. Futurum *ὀνομασθήσεται* Mercerus defendi posse statuebat, dicens illud, prout fit in lingua Hebraica pro praesenti esse positum, eodem modo atque in seq. cap. fine *ἀποδοθήσεται*. Afferri quoque possit, si versionem hic habeamus libri Aegyptiaci, in hoc futurum usurpatum fuisse pro praesenti vel praeterito, cujusmodi temporum mutationem interdum fieri in Coptica lingua docet Tattam *Gramm. Ling. Aeg.* p. 131. Sed mirum tunc sit, Philippum in hoc tantum et in seq. cap. non vero alibi, ejusmodi hebraismo vel Copticae linguae idiotismo fuisse usum.

Secundum Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 20. phoenix apud Aegyptios indicabat *vetustatem*, *antiquum*, *diu durans*, et *Nili inundationem*, quoniam Coptorum ⲁⲗⲗⲁⲥ

(*) *ὡς τοῦ μὲν ος τὸ πολύ· τοῦ δὲ ιρι τὸν ὀφθαλμὸν Αἰγυπτίᾳ γλώττῃ φράζοντος;* ⲟϣ, sive ⲱϣ Coptica lingua significat *multum*; ⲓⲣⲓ *facere*, *actionem*; hac vero voce utrum *oculum* quoque indicaverint Aegyptii, affirmare non audeam; sed in hieroglyphicis *oculo*, eandem *faciendi* significationem tribuendam esse monumenta docuerunt. Altero loco, cap. 52. pag. 368. B. ipse Plutarchus vocem ⲓⲣⲓ *faciendi* significatione accepisse videtur: *ὁ γὰρ Ὄσιρις ἀγαθοποιός, τοὔνομα πολλὰ φράζει, οὐχ ἥκιστα δὲ κράτος ἐνεργοῦν καὶ ἀγαθοποιόν, ὃ λέγουσι.*

antiquus, *vetus*, et ⲁⲙⲏⲣⲓ vel ⲁⲧⲧⲏⲥ, quibus nominibus *Nilus* vocetur, ab eadem litera incipiant, atque vox ⲁⲗⲗⲟⲏ, qua *phoenicem* ab Aegyptiis vocatum fuisse statuit; cf. quoque Ep. II. pag. 35–37. ubi refutare conatur Champollionem, in *Censura* quam laudavimus, vocibus ⲁⲗⲗⲟⲏ et ⲁⲧⲧⲏⲥ originem Graecam tribuentem.

Apud Seyffarth pag. 161. med. *phoenix* Solis atque Jovis planetarum symbolum vocatur.

CAPUT XXXV.

Διὰ πεντάκοσίων ἐτῶν παραγίνεται] De Pauw numerum annorum corruptum dicit, eum nimis exiguum putans, quum Lib. II. cap. 89. cornici quadringenti anni tribuantur, et basiliscus hujus libri, cap. 1. ex correctione, quam ad eum locum proposuit, dicatur pertinere ad serpentium genus *μόνον οὐκ ἀθάνατον*; itaque non dubitat »quin ipse »Horapollo vel septem annorum millia, vel annos saltem »mille quadringentos sexaginta et unum phoenici pro vitae »spatio adsignaverit." Sed Codd. consentientibus locus mutandus non videtur; quum, etiamsi concedamus hoc caput uti et praecedens ab eodem atque reliqua, scriptore esse profecta, (quod tamen ob styli differentiam minime pro certo haberi potest) tamen recte phoenicem omnium animalium diutissime vivere, Horapollo dicere potuit, vel quingentis tantum annis ejus vitam circumscribens; ita enim centum annis superat aetatem cornicis; et cum basilisco comparari non potest, cui immortalitatem ab Aegyptiis tribui dictum est supra cap. 1. Praeterea ipsi veteres dissentiunt de aetate phoenici tribuenda. Chaeremon Aegyptius, apud Tzetzem, 7000 annos illi adscribit: Nonnus 1000; Plinius 660, vel, ut nonnulli legunt, 540. Cum Horapolline faciunt Herod. Aelian. Glycas, alii. Cf. in pri-

mis Ideler in *Enchir. Chronol. Mathem. et Techn.* Vol. I. pag. 183. sqq. ubi agit quoque de periodo ab ea ave nominata.

καὶ ἀποδοὺς, ἐὰν φθάσῃ ἐντὸς τῆς Αἰγύπτου, τὸ χρεὼν] in aliis legitur: *ἐντὸς τῆς Αἰγυπτίας*, quod non secuti sumus, quoniam tunc addi solet *γῆς* a Philippo, cf. vb. c. cap. 21. med. *ἐν μὲν ὑπὲρ τῆς Αἰγυπτίας γῆς τάξαντες.* In eo autem Herodoti, aliorumque narratio differt ab ea, quam tradit Horapollo, quod hic dicit avem, ubi mortis tempus appropinquare sentiat, in Aegyptum proficisci, ut ibi moriatur; illi vero phoenicem pullum, ubi pater mortuus sit, hunc ovo ex myrrha confecto impositum Heliopolin transportare, ibique sepelire.

λέγεται γὰρ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἡλίῳ χαίρειν ὑπ' Αἰγυπτίων] De Pauw pro *ἀνθρώπων* legendum putat *ὀρνέων*, atque sic causam reddi, quare post mortem in primis phoenicem honorandum censeant Aegyptii, quum ardentius quam reliquae aves solem colat. Sed obstant quae sequuntur apud Horapollinem: *διὸ καὶ τὸν Νεῖλον αὐτοῖς πλημμυρεῖν, κ. τ. λ.* quae contra confirmare videntur Hoeschelii conjecturam: *λέγονται — οἱ Αἰγύπτιοι*, quam lectionem habuisse quoque Phasianinum verisimile est, vertentem: *Sole namque supra reliquos mortales omnes Aegyptii gaudere traduntur.* Idem sensus, sed minori mutatione efficitur, si, quod monuit me Vir Cl. Reuvens, legamus: *λέγεται γὰρ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἡλίῳ χαίρειν γῇ Αἰγυπτίων;* quam correctionem nisi demum post Horapollinis libros impressos cognovissem, in textum recipere non dubitassem. Neque tunc opus sit majori illa mutatione, quam ad correctionem suam verisimilem reddendam adhibuit de Pauw. — De solis calore, Nili exundationem promovente dictum est supra cap. 21.

CAPUT XXXVI.

Ἴβιν ζωγραφοῦσι] De ibide cff. Herodot. II. 65, 75, 76, Aristot. *de Hist. Anim.* IX. cap. 27. Tom. II. pag. 428. C. et de *General Anim.* III. cap. 6. pag. 654. C. Diod. Sic. I. 87. pag. 98. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 38, II. 35, 38, VI. 46, VII. 45, et X. 29. Strabo XVII. pag. 1179. (823. D. *Casaub.*) Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 75, med. pag. 381. C. *de Solertia Anim.* cap. 20. pag. 974. C. *Sympos.* IV. Quaest. V. cap. 2, p. 670. C. et IX. Quaest. III. cap. 2. pag. 738. E. Theon. *Progymn.* cap. 2. pag. 122. (*Ed. Heinsii*) Pompon. Mela III. 8. Euseb. *Praep. Evang.* pag. 482. Clem. Alex. *Strom.* V. cap. 7. fine. pag. 671. Philo pag. 516. Cicero *de Nat. Deor.* I. 36, II. 50. *Tuscul.* V. 27. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 27, X. 28, XXX. 7. Ammianus Marcell. XXII. cap. 15. Solinus cap. 32. — Caeterum ipsum hujus avis nomen Aegyptiacum est ϩιπ. Cff. La Croze in *Lexico*, et Te Water ad *Opusc.* Jablonskii I. pag. 94.

τὸ γὰρ ζῶον Ἑρμῇ ᾠκείωται] Cff. Plato in *Phaedro* pag. 212, fine, et quos in adnot. praec. laudavimus. *Aelian.* l. c. X. 29. rationem addit, quare Mercurio in primis hanc avem caram esse statuerint Aegyptii: *ἐπεὶ ἔοικε τὸ εἶδος τῇ φύσει τοῦ λόγου· τὰ μὲν γὰρ μέλανα ὠκύπτερα τῷ τε σιγωμένῳ καὶ ἔνδον ἐπιστρεφομένῳ λόγῳ παραβάλλοιτο ἄν· τὰ δὲ λευκὰ τῷ προσφερομένῳ τε καὶ ἀκουομένῳ ἤδη, καὶ ὑπηρέτῃ τοῦ ἔνδον καὶ ἀγγέλῳ, ὡς ἂν εἴποις.* Cff. Jablonski in *Panth. Aeg.* V. cap. 5. §. 6. Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab. 30, e. in *Descript. M. C. X.* pag. 45. B. 184 — 187. in opere de *Hierogl. Vet. Aeg.* Explic. tab. n. 80, 108. *b.* Quibus locis quoque docetur, in sacra scriptura deum Thoth, i. e. Mercurium, significari per *ibidem*. Cf. tab. nostr. n. 45.

ἐπεὶ καὶ ἡ ἶβις αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῇ καρδίᾳ ἐστὶν ἐμφερής] Trebat. reddit: *et Ibis ipsa majus quam pro magnitudine corporis cor habet*; itaque locum aliter legisse videtur. De ibidis et cordis similitudine Aelian. l. c. ὅταν ὑποκρύψηται τὴν δέρην καὶ τὴν κεφαλὴν τοῖς ὑπὸ τῷ στέρνῳ πτεροῖς, τὸ τῆς καρδίας σχῆμα ἀπεμάξατο; et Scholia MSS. ad Platon. *Phaedr*. pag. 356. C. ἔχει γὰρ [sc. ibis] τὸ καρδιοειδὲς σχῆμα, κ. τ. λ. quem locum citavit Wyttenb. ad Plutarch. *de Is. et Os.* pag. 381. C. Ibidum quoque mumiae, quales innumerae fere in Aegypto inveniuntur, semper *cordis* figuram referunt; eandem etiam formam habent *vascula* illa *symbolica* (cf. tab. nostr. 45 *a*.), ibidis quoque imaginem saepissime in parte exteriori offerentia. — Quod autem Thoth dicitur πάσης καρδίας καὶ λογισμοῦ δεσπότης, tenendum est Aegyptiorum lingua et *cor*, et *doctrinam*, *intellectum* indicari voce ϩΗΤ. Cf. ipse Horap. supra cap. 7. et Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg*. pag. 336; atque eam fortasse causam fuisse, quam ob rem *ibis*, *cordis* simul et *doctrinae* symbolum, deo Thoth in primis consecrata fuerit, statuit Champoll. in *Panth. Aeg*. ad tab. 30. *a*. — Quod autem a nonnullis, (vb. c. ab Aeliano *de Nat. Anim.* II. 38, et a Clem. Alex. l. l.) *ibis Lunae* sacra fuisse dicitur, id propterea factum est, quod credebant Aegyptii, deum Thoth, postquam homines omnibus artibus instruxisset, eosque deorum cultum docuisset, in Lunam, migrasse; unde saepissime Thoth Ibiocephalus in monumentis Aegyptiacis occurrit, manibus orbem Lunae tenens, aut in capite ornatus Lunae figura crescentis, ipsam orbem Lunarem complectentis. Cff. Champoll. l. l. Matter in *Hist. Crit. Gnostic*. II. pag. 30, 31. — Caeterum quod post nomen foeminini generis infertur pronomen neutro genere, αὐτὸ καθ' αὑτὸ, fortasse ex enallage erit explican-

dum, atque intelligendum τὸ ὄρνεον, aut simile quid, veluti supra ad cap. 29. pag. 238. vidimus; vel statuendum ea hic adverbialiter sumi. Alia res est, ubi substantivo, rem aliquam per se spectatam indicanti, pronomen neutro genere additur; de quo egit Stalbaum ad Plat. *de Republ.* II. cap. 6. pag. 363. A, aliisque locis. Cf. quoque Matthiae *Gramm. Gr.* §. 439.

CAPUT XXXVII.

Οὐρανὸν δρόσον βάλλοντα ζωγραφοῦσι] In Aegypto, ubi pluviae sunt rarissimae, in earum locum succedit ros, quando Nilus non exundat. Theophr. *Hist. Plant.* VIII. 6. *Ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βάκτροις, ὅπου μὴ ὕεται ἡ χώρα, ἢ σπανίως, αἱ δρόσοι τὸ ὅλον ἐκτρέφουσιν.* Cf. Jablonski in *Panth. Aeg.* Lib. III. cap. 4. §. 12. — Champoll. in *Panth. Aeg.* tab. 15. (A) edidit symbolum dei Thoth Trismegisti, quale in plurimis aedibus sacris Aegyptiorum conspicitur: constat autem illud symbolum globo, rubro colore picto, alisque instructo deorsum versis, variisque coloribus distinctis; Uraei duo, supremae potestatis insignia, pendent ab utraque parte a globo eo, in capitibus ornati symbolis imperii regionis superioris et inferioris; denique ab inferiori globi parte descendunt *tres parvorum triangulorum series*, qui singuli se invicem tangunt; his triangulis Vir Doct. putat aut *lumen* indicari, aut *rorem*, per quem secundum Horapoll. *doctrina* atque *scientia* significata fuit, quae omnis ad deum Thoth Trismegistum referebatur.

τὰ δὲ σκληρὰ μένοντα — ἀδυνατεῖ τὸ αὐτὸ ἑτέροις ἐκτελεῖν] Notanda constructio: *ἐκτελεῖν τὸ αὐτὸ τὰ σκληρά*, veluti *ποιεῖν τινά τι.*

Secundum Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 22. *doctrina*, *intelligentia*, *scientia* Coptice ⲛⲉⲃⲉⲧ et ⲛⲓⲁⲧ, *coelum* ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ, et *humectare*, eadem lingua ⲛⲟϫϧ vel ⲛⲟⲩϫϧ dicuntur; quorum verborum omnium prima litera est ⲛ, eamque veram hujus hieroglyphici significationis esse explicationem. Champoll. in *Censura*, quam laudavimus, objicit in voce ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ, syllabam priorem ⲛⲓ, esse articulum pluralem, itaque quum remaneat ⲫⲏⲟⲩⲓ, in singulari ⲫⲉ, ejus vocis primam literam esse ⲫ. Sententiam suam iterum defendit Klaproth Ep. II. pag. 38, 39.

CAPUT XXXVIII.

Αἰγύπτια δὲ γράμματα] Supra cap 14. jam docuerat Horapollo *literarum* hieroglyphicum esse quoque *cynocephalum*.

διὰ τὸ τούτοις πάντα παρ' Αἰγυπτίοις τὰ γραφόμενα ἐκτελεῖσθαι] De Pauw recte observavit *τούτοις* pertinere tantum ad *μέλαν* et *σχοίνιον*, non vero ad *κόσκινον*. Fortasse ordo verborum quodammodo est conturbatus, atque ita restituendus: *κόσκινον, καὶ μέλαν, καὶ σχοίνιον ζωγραφοῦσιν*. — De *atramento* et *junco* ut et de *tabula scriptoria*, quibus in scribendo utebantur Aegyptii cf. Clem. Alex. *Strom.* loco, quem supra laudavimus, ad cap. 14. pag. 201. — Caeterum hoc quoque hieroglyphicum monumentis confirmari docet Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 339, 340, 348, 350, ex *Inscriptione Rosettana*, in qua *scriptura* vel *literae* exprimuntur per *penicillum* vel *juncum*, junctum *tabulae scriptoriae* et *vasculo*, in quo *atramentum* continebatur. Cf. idem in Expl. Tab. tab. gen. nº. 310-316. et in *Panth. Aeg.* ad tab. 30. C. Vid. tab. nostr. 46. *a*. 46. *b*. Iisdem quoque signis *ἱερογραμματεὺς*

significatur; plerumque tamen praemittuntur alia duo, (vid. tab. nostr. 46, *c.*) quibus *sacri* notio inest (*).

ἀφ' οὗ καὶ παιδεία παρ' αὐτοῖς σβῶ καλεῖται, ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευθὲν, πλήρης τροφή·] Jablonski *Opusc.* I. pag. 274. confirmat *doctrinam* Aegyptiis σβῶ vocatam fuisse; quam vero Horapollo addit explicationem hujus vocis, quasi significet *plenum nutrimentum*, si omnino vera sit, ad occultas Aegyptiorum scientias pertinere putat. Adnotat autem Te Water ad eum locum, Trillerum in *Observ. Critic.* pag. 465. opinatum esse vocem σβῶ respondere Hebraeorum שֹׂבַע, qua *saturitas* significatur.

ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς ἱερογραμματεῦσι καὶ βίβλος ἱερὰ, καλουμένη ἀμβρῆς] Ita hunc locum recte distinguit de Pauw, reliquis post βίβλος comma ponentibus, atque ea ratione vocem Graecam prave cum Aegyptiaca jungentibus: nam ἀμβρῆς nomen esse Aegyptiacum jam indicaverat Merc. ad h. l. ab Jablonskio tamen in *Collect. Vocum Aeg.* non explicatur; at agit de eo Te Water in *Auctuario*, quod collectioni ei addidit, ubi monet se nomen illud alibi non legisse, neque illud extare in *Lexico* La Crozii. Apud Hesychium Ἀμβρίζειν explicatur, θεραπεύειν ἐν τοῖς ἱεροῖς, quod tamen de Pauw putat huc trahi non posse. Clem. Alex. *Strom.* VI. cap. 4. pag. 758. *Potteri*, inter Aegyptiorum sacerdotes recenset quoque Παστοφόρους, quorum erat cognoscere sex libros Hermeticos ad medicinam pertinentes; τὰς δὲ λοιπὰς ἓξ οἱ Παστοφόροι, ἰατρικὰς οὔσας, περί τε τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, καὶ περὶ νόσων, καὶ περὶ ὀργάνων, καὶ φαρμάκων, καὶ περὶ ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῶν γυναικείων.

(*) Nisi in seqq. rationem addidisset scriptor, quare κόσκινον reliquis signis adderent Aegyptii, ex ipsa hujus hieroglyphici figura, qualis in monumentis apparet, conjici posset, pro κόσκινον legendum esse δέλτον, aut simile quid.

ταύτα ἐκ τῆς κατακλίσεως τοῦ ἀῤῥώστου σημειούμενοι] Vox *κατακλίσεως* hoc loco de *tempore* quo aegrotus decumbere inceperit, accipienda videtur, praecipue ob locum Papyri Anastasiani, qui in Museo Lugd. Batavo servatur, n°. 75. Columna Graeca 11. vs. 1, sqq. ubi haec leguntur:

Δημοκρίτου (*) *σφαῖρα* (§). *Προγνωστικὸν ζωῆς καὶ θανάτου. Γνῶθι πρὸς τὴν* ☾ (†) *ἀνέπεσεν νοσῶν, καὶ τὸ ὄνομα τὸ ἐκ γενετῆς· συμψήφισον τὴν* ☾ (**), *καὶ βλέπε πόσαι αἱ τριάκαδες* (§§) *γίνονται, καὶ τὰ περιλειπόμενα τοῦ ἀριθμοῦ κατανόησον* (††) *εἰς τὴν σφαῖραν· καὶ ἂν ᾖ ἄνω ἡ ψῆφος, ζήσει· ἐὰν δὲ κάτω, τελευτήσει.*

α'	ι'	ιθ'
β'	ια'	κ'
γ'	ιγ'	κγ'
δ'	ιδ'	κε'
ζ'	ιϛ'	κϛ'
θ'	ιζ'	κζ'
ε'	ιε'	κβ'
ϛ'	ιη'	κη'
η'	κα'	κθ'
ιβ'	κδ'	λ'

(*) In MS. *Δημοκριτοῦς*. Sub Democriti nomine plura exstant scripta chemica. Cf. vb. c. Cl. Reuvens *Epp. ad Letronium* Ep. III. p. 79, sqq.

(§) Sphaerae nomine indicari videtur *tabella* ista, in qua certo ordine, fortasse ex doctrina astrologica, 30 numeri sunt dispositi.

(†) *πρὸς τὴν* ☾ i. e. *σελήνην*; *lunam* saepe significare *mensem*, diximus supra in adn. ad cap. 4. pag. 138.

(**) In MS. *συνψηφισον την* ☾ Sensus esse videtur: numero, qui efficitur si omnes numeros nominis aegrotantis computes, adde mensem illum, sive numerum mensis illius, in quo decubuerit, ita ut, si vb. c. aegroto Democriti nomen sit, mensis addendus sit numero 822, qui decem literis, *δ*, *η*, *μ*, *ο*, *κ*, *ρ*, *ι*, *τ*, *ο* et *ς*, efficitur.

(§§) In MS. *α τριακαδες*.

(††) In MS. *κατανοησον*.

Democriti Sphaera. Prognosticum vitae et mortis. Cognosce qua luna [i. e. in quo mense (?)] *decubuerit aegrotans, et nomen a natalibus* [i. e. nomen quod ei die natali datum fuit]; *computa lunam, et vide, quot trigesimae* [sc. mensis dies] *efficiantur, et reliqua numeri considera in sphaera; et si in superiori parte sit numerus, vivet; si vero in inferiori, morietur.*

1	10	19
2	11	20
3	13	23
4	14	25
7	16	26
9	17	27
5	15	22
6	18	28
8	21	29
12	24	30

ἐπειδὴ μαθὼν γράμματα — ἐλήλυθεν] Nonnulli Codd. articulum addunt, *ὁ μαθών*; sed etiam apud meliores scriptores Graecos, saepe omittitur, ubi aliquid non certo definitur. Cf. Stalb. ad Plat. *Gorgiam* cap. 76. p. 520. E. Ita apud eundem *de Legibus* pag. 795. B. legitur: *διαφέρει δὲ παμπολὺ μαθὼν μὴ μαθόντος καὶ ὁ γυμνασάμενος τοῦ μὴ γεγυμνασμένου.* Cf. Matthiae *Gr. Gr.* in Obs. ad §. 271. — Perfectum *ἐλήλυθεν*, hoc loco usurpatur de re certissime eventura; neque hoc sine exemplo meliorum scriptorum; vb. c. Demosth. *de Symm.* in. pag. 178. vs. 17. *Reiskii.* Add. quoque Matthiae *Gr. Gr.* §. 500. Clarke ad Homeri *Il. A.* 37; quem laudavit Ernesti ad Xenoph. *Memorab.* I. 4. §. 2. Zeunius ad Xenoph. *Cyrop.* VI. 4. §. 6.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 21. *literas Aegyptiacas, eruditionem* vertit ⲕⲁϯ, *finem* ⲕⲏⲙ, *atramentum* ⲕⲁⲙⲉ

(proprie *nigrum*), *juncum* κλϣ, et *calamum scriptorium* κλϣ, atque ita hoc caput ex doctrina sua acrologica explicandum putat, omnibus illis vocibus ab eadem litera κ incipientibus.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 188, med. *tabula scriptoria* Mercurio sacra, in monumentis quoque planetam hunc indicare dicitur.

CAPUT XXXIX.

Ἱερογραμματέα] De sacerdotibus Aegyptiorum, eorumque divisione in primis cf. Clem. Alex. loco, quem in adn. ad cap. praec. citavimus; agit ibi Clemens de ritibus sacris Aegyptiorum: *Πρῶτος μὲν γὰρ προέρχεται ὁ ᾠδός, ἕν τι τῶν τῆς μουσικῆς ἐπιφερόμενος συμβόλων· — μετὰ δὲ τὸν ᾠδὸν, ὁ ὡροσκόπος, ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, πρόσεισιν· — ἑξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται, ἔχων πτερὰ ἐπὶ κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χέρσι καὶ κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος ᾗ γράφουσι· ἔπειτα ὁ στολιστὴς τοῖς προειρημένοις ἕπεται, ἔχων τόν τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον· — ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ προφήτης ἔξεισι, προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπισμένος· ᾧ ἕπονται οἱ τὴν ἔκπεμψιν τῶν ἄρτων βαστάζοντες.* Denique ultimo loco memorantur *οἱ παστοφόροι.* Ex iis autem in hoc et in seqq. capitibus Horapollo mentionem facit Hierogrammateorum, Prophetarum, Horoscoporum et Pastophororum. Cff. porro de eodem argumento Jablonski in *Panth. Aeg.* Proleg. pag. XCI, sqq. Schmidt *de Sacrif. et Sacerd. Aegypt.* Zoëga *de Obeliscis* pag. 513.

κύνα ζωγραφοῦσι]. Canes quoque ab Aegyptiis magno in honore habebantur. Cf. Herod. II. 66. ubi narrat Aegyptios, cane mortuo, solitos fuisse totum corpus atque caput radere, eumque sepelire in sacris thecis, singulos in urbe

sua (*). Cf. quoque Diod. Sic. I. cap. 18. pag. 21, cap. 83. pag. 93, cap. 87. pag. 97. idem, cap. 88. pag. 99. narrat lupos ab Aegyptiis fuisse cultos, ob affinitatem quae intercedat inter eos et canes. Add. Aelian. *de Nat. Anim.* X. 45. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 44. pag. 368. F. narrat canem antea in Aegypto maxime fuisse honoratum; postquam vero solus animalium, carnes Apis a Cambyse interfecti gustasset, non amplius eum primum locum obtinuisse inter animalia divinis honoribus culta. Ita enim locum eum Plutarchi esse accipiendum recte docuisse videtur Wyttenbachius. — Hic autem ab Horapolline indicari puto canem aureum, *Sjacal* plerumque dictum; cui animali, in hieroglyphicis inscriptionibus saepe *scribae* significatio tribuenda videtur, ita certe accepit Champoll. in sigillo Sphragistae, quod memorat in *Descrip. M. C. X.* p. 70. N. 18. quodque in tab. nostr. depingendum curavimus n. 47. *a.* Saepissime quoque per idem animal *prophetam* significari monumenta confirmarunt. Vid. tab. nostr. 47. *b.* 47. *c.* 47. *d.*

χρὴ πολλὰ μελετᾶν, ὑλακτεῖν τε συνεχῶς, καὶ ἀπηγριῶσθαι]

Fortasse ὑλακτεῖν accipiendum de *vigilando*, deque *hominum vitiis reprehendendis*; ἀπηγριῶσθαι, quod proprie significat *exacerbari*, hic verti poterit *severum esse*. (†) — Caeterum de canum vigilantia et judicio egit Plato in *Republ.* II. cap. 16. pag. 376. A. B. quem locum, prout observavit Wyttenb. ante oculos habuisse videtur Plutarch.

(*) Et hodie in Aegypto canum mumiae plures inveniuntur, et in museis servantur.

(†) Verba ὑλακτεῖν et *latrare* saepissime de hominibus dicuntur. Sic in Sophocl. fragmento pag. 12. *Ed. Bothii.*

Βοᾷ τις; ὢ ἀκούετ'. ἢ ὑλακτῶ μάτην;

Cfr. quoque Homer. *Od.* Υ. vs. 13. Cicero *de Or.* II. 54. Lucret. *de Rer. Nat.* III. 17. Bunsen *Annal.* X. pag. 93.

in libro *de Is. et Os.* cap. 11. pag. 355. B. add. cap. 44. pag. 368. E. *Quaest. Rom.* cap. 51. pag. 276. F.

ὁ κύων ἀτενίζει — εἰς τὰ τῶν θεῶν εἴδωλα] De Pauw corrigendum putat: ἐπειδὴ ὁ κύων ἀτενίζει — εἰς τὰ ἁπλᾶ θεῶν εἴδωλα, et τὰ ἁπλᾶ θεῶν εἴδωλα explicat ex opinione illa veterum secundum quam dii interdum formam quandam aëriam induant, nulli nisi acutissimis oculis praeditô visibilem; atque ita τὰ ἁπλᾶ θεῶν εἴδωλα opponi τοῖς ἄλλοις εἰδώλοις, i. e. iis quae in templis stant; sed credo exempla deësse, quibus probetur ejusmodi deorum formas dici ἁπλᾶ εἴδωλα; ita ut fortasse nimis temere hic, invitis Codicibus, vox ea intrudatur, praesertim quum etiam in cap. seq. legatur εἰς τὰ τῶν θεῶν εἴδωλα ὀξυωπεῖ.

ἐνταφιαστὴν δὲ τῶν ἱερῶν] Ἐνταφιασταὶ apud Aegyptios erant illi, qui cadavera condiebant; diversa eorum genera describit Diod. Sic. I. 91. pag. 101, 102. *Wesseli.* Erant autem ὁ γραμματεὺς, qui partem ex sinistro cadaveris latere excidendam circumscribebat; ὁ παρασχίστης, qui lapide Aethiopico carnem dissecabat, et οἱ ταριχευταὶ, qui sacerdotibus familiares erant, et omnium maxime in honore habebantur. — Voces τῶν ἱερῶν de Pauw recte videtur explicasse de *sacris animalibus.*

ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς γυμνὰ — θεωρεῖ — τὰ εἴδωλα] Caussin pro ἀνασεσυρμένα corrigit ἀνατετμημένα, et αὐτὸς referens ad canem, vertit: *nuda et explicata spectat, quae custodit, deorum simulacra;* atque ita voci κηδεύεσθαι hic non *funerandi*, sed universe *curandi*, et *servandi* significationem tribuit; sed οὗτος referendum videtur ad Entaphiasten, qui nuda et resecta spectat, quibus justa facit, animalium corpora; εἴδωλα tunc accipienda videntur, veluti recte adnotavit de Pauw, de *animalibus deorum symbolis.* Hesych. εἴδωλον explicat ὁμοίωμα, εἰκών, σημεῖον, et similia.

cap. 6. *accipiter* vocatur: εἴδωλον ἡλίου. Attamen melius fortasse statuemus, vocem εἴδωλα errore huc ex praecedentibus esse translatam, pro σώματα, vel ζῶα, aut simili quadam. — Quod autem dicitur, per *canem* in hieroglyphicis indicari *entaphiasten*, monumentis Aegyptiacis confirmatur; nam deus Anubis, quem capite *canis aurei* effingebant Aegyptii (cff. vb. c. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 44. pag. 368. E. Diod. Sic. I. 87. pag. 97. *Wessel.* Proclus in Plat. *Polit.* pag. 417.) cadaveribus condiendis praeërat; et in loculis mumiarum, aliisve monumentis idem ille deus saepissime pingitur stans juxta mumiam in lectulo jacentem. Cf. tab. nostr. n. 47. *e.* Add. Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 34. A. 751, sqq.

ἐπειδὴ τοῦτο τὸ ζῶον — ἐλαφρότερον ἔχει] Interpretes ἐλαφρότερον retulerunt ad σπλῆνα, vertentes: *splenem, quoniam hunc inter caetera animalia levissimum habet;* reprehendit eos de Pauw, qui ἐλαφρότερον arcte conjungendum putat cum ἔχει, et reddendum: *quoniam hoc animal prae caeteris bona valetudine gaudet.* Verum quidem est veterum nonnullos putasse canes tribus tantummodo morbis laborare, rabie, angina et podagra, (cff. Aristot. *de Hist. Anim.* VIII. 22. pag. 402. C. et, quem citavit de Pauw, Aelian. *de Nat. Anim.* IV. 40.); sed vereor ut significatio ista, qua ἐλαφρότερον ἔχειν dicatur pro ὑγιῶς ἔχειν, recte probari possit. Fortasse pro ἐλαφρότερον legendum erit μακρότερον; nam canibus magnum esse splenem, idem docet Aristoteles, quem citavit ad h. l. Hoesch. *de Part. Anim.* III. 12. Vol. II. pag. 535. D. τὰ δὲ πολυσχιδῆ πάντα μακρὸν [sc. splenem habent] οἷον ὗς, καὶ ἄνθρωπος, καὶ κύων; quam conjecturam si admittamus, rationem videbimus, quam ob rem per *canem* significari *splenem* statuerit scriptor; quoniam hunc majorem quam reliqua ani-

malia habeat illud animal, et morbi, quibus praecipue laborat, ex eo oriantur.

καὶ οἱ θεραπεύοντες τὸ ζῶον τοῦτο ἐν ταῖς κηδείαις] *Κηδεία* veluti et *κῆδος* in primis usurpantur de *exsequiis* et *funeribus*. Diod. Sic. I. 21. pag. 25. *Wessel.* *τιμᾷν ὡς θεὸν τὸν Ὄσιριν, καθιερῶσαι δὲ καὶ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῖς ζώων ἓν — καὶ τοῦτο ἐν μὲν τῷ ζῆν τιμᾷν — μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τῆς ὁμοίας ἐκείνῳ κηδείας ἀξιοῦν.* Suidas *Κηδεία· ταφή, ἐκφορά.* Sunt igitur *οἱ θεραπεύοντες τὸ ζῶον ἐν ταῖς κηδείαις*, veluti recte observavit de Pauw, *οἱ ἐνταφιασταί.* Particulam *δὲ*, quam nonnulli Codd. insertam habent post *θεραπεύοντες*, omisimus auctoritate Codd. Pariss. A, B. quoniam hic supervacanea videtur. — Caeterum aut hoc caput minus recte a sequenti separatur, quod statuit de Pauw, aut in initio capitis verba: *ἢ ἀρχὴν ἢ δικαστὴν* errore sunt inserta; quum reliqua illa: *ἱερογραμματεὺς, προφήτης, ἐνταφιαστής, σπλήν, ὄσφρησις, γέλως* et *πταρμὸς*, per unum *canem* significentur, *ἀρχὴ* vero et *δικαστὴς* per *canem* et *vestem regiam*. — Quod autem ad *splenem*, *odoratum*, *risum et sternutamentum*, vix crediderim ea *canis* hieroglyphico ab Aegyptiis fuisse indicata. Statui fortasse potest, Horapollinem hoc loco deum Anubin, canino capite insignem, ob muneris similitudinem, mortuos ad inferos deducendi, confudisse cum Mercurio (*); huic enim planetae astrologi, nonnulli certe, *splenem*, *odoratum* et *sternutamentum* tribuere potuerunt; de *odoratu* adnotavit Seyffarth, quem infra laudabimus; *risus* vero se-

(*) Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 11. pag. 355. B. *Οὐ γὰρ τὸν κύνα κυρίως Ἑρμῆν λέγουσιν, ἀλλὰ τοῦ ζώου τὸ φυλακτικὸν καὶ τὸ ἄγρυπνον, καὶ τὸ φιλόσοφον, κ. τ. λ.* idem cap. 44. pag. 368. *Ὁ δὲ — καλούμενος ὁρίζων κύκλος, Ἄνουβις κέκληται, καὶ κυνὶ τὸ εἶδος ἀπεικάζεται.*

cundum astrologorum doctrinam, pertinebat ad Selem. Cf. Hermes apud Stobaeum *Eclog*. I. §. 14. vs. 12. pag. 176. *Heerenii* (*).

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 17. per *canem*, quem ⲥⲟⲉⲓⲥ et ⲥⲓⲱⲉⲓ Coptice dictum fuisse statuit, significari putat *sacrum scribam* ⲥⲁϧ, sive ⲥϧⲟⲩⲓ, *ridere* ⲥⲱⲃⲓ, *odoratum* ⲥⲑⲟⲓ, et *magistratum* vel *judicem* ⲥⲁⲱ, quoniam omnes hae voces ab eadem litera, ⲥ, incipiant; quod autem *canis sternutamentum* indicare dicitur, explicat ex alio nomine, quo canis etiam a Coptis nominetur ϩⲱⲣ, ϩⲟⲣ, ϩⲟⲟⲣ (†); *sternutare* autem Coptice ϩⲉⲣϩⲉⲣ ab eadem litera, ϩ, incipere. Vocibus ⲥⲟⲉⲓⲥ et ⲥⲓⲱⲉⲓ, quibus *canem* significari, praeëunte Jablonskio, negaverat Champoll. in *Censura*, quam saepius laudavimus, hanc significationem iterum vindicare conatur Klaproth in Ep. II. pag. 31, 32.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 143, sub finem, *scriba*, *vates*, *vespilio* et *odoratus*, Mercurio planetae *sacri* erant, quum et ipse *canis* ad eundem planetam referri soleat; add. pag. 183, fine.

CAPUT XI.

σχῆμα γυμνόν·] Merc. legendum conjicit, σχήματι γυμνῷ· aut accusativum ita explicandum, ut pendeat a participio παρακειμένην, ex vi praepositionis; aut denique distinguen-

(*) Secundum Oneirocritas *splen* significat *risum*. Artemid. I. 46, fine; Σπλὴν δὲ ἡδονὰς καὶ γέλωτα.

(†) At *canis* Coptice non ita vocatur, verum ⲟⲩϩⲱⲣ, vel ⲟⲩϩⲟⲣ; quod enim asserit Klaproth, syllabam ⲟⲩ articulum esse indefinitum, ad ipsum nomen proprie non pertinentem, monumentis hieroglyphicis inprobatur, in quibus *canis* ⲟⲩϩⲣ, vel si vocalem addas ⲟⲩϩⲟⲣ dicitur. Cf. Rosellini *Monum. Aeg. et Nub.* P. II. Vol. I. pag. 199.

dum post παρακειμένην, ita ut σχῆμα γυμνὸν per se intelligatur. Priorem rationem probandam censet de Pauw, qui recte rejecisse videtur Caussini conjecturam, conjunctionem transponentis hoc modo: προςτιθέασι τῷ κυνὶ βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην καὶ σχῆμα γυμνόν. Locus corruptus; nulla harum conjecturarum satis explicari videtur; fortasse duo haec verba sunt rejicienda; ad sensum certe non requiruntur. Quod autem per *canem* significari dicit Horapollo *magistratum*, ea interpretatio monumentis nondum confirmatur; sed Plinius, quem citavit ad h. l. Mercerus, *Hist. Nat.* VI. 30, med. »At ex Africae parte" inquit »Ptoembari, Ptoemphanae, qui canem pro rege habent, »mota ejus imperia augurantes Auruspi oppido longe a Nilo »sito." Idem fere de Aethiopum gente quadam narrat Aelian. *de Nat. Anim.* VII. 40.

ὀξυωπεῖ] De verbo ὀξυωπεῖν vidimus supra ad cap. 6. pag. 148. — Caeterum aliam quoque *canis* significationem hieroglyphicam memoravit Clem. Alex. *Strom.* V. 7. p. 671. *Potteri:* εἰσὶν δὲ οἳ τοὺς μὲν τροπικοὺς πρὸς τῶν κυνῶν μηνύεσθαι βούλονται, οἳ δὴ διαφυλάσσουσι καὶ πυλωροῦσι τὴν ἐπὶ νότον καὶ ἄρκτον πάροδον τοῦ Ἡλίου. Quam Clementis explicationem partim saltem veram esse, monumenta Aegyptiaca docuerunt, in quibus per *duos canes aureos*, *custodes duorum tropicorum* indicari solent. Cf. Champoll. in *Descript. M C. X.* pag. 48. B. 320-333.

CAPUT XLI.

Παστοφόρον] Causs. recte reprehendit interpretem vertentem *eum qui sacrum gestat pallium.* Significatur autem sacerdos ille *qui aediculam dei* sive *sacellum portabat.* Memorantur quoque Παστοφόροι a Diod. Sic. I. 29,

med. pag. 34. *Wessel.* et a Clem. Alex. *Strom.* VI. 4. pag. 758. *Potteri;* cff. etiam Porphyrius *de Abstin.* IV. 8. Cuperus in *Harpocr.* pag. 130. Creuzer *de Symb. et Mythol. Vet.* Tom. I. pag. 247. nota 10. Jablonski in *Panth. Aeg.* Lib. II. cap. 2. §. 4. Apud Plutarchum *de Is. et Os.* cap. 3. pag. 352. B. dicuntur *ἱεροφόροι*. — Caeterum Horapollo ante oculos habuisse videtur hieroglyphicum, quo ex doctrina Champollionis, ipsum illud *sacellum* indicatum fuit; cf. ejus operis de *Hierogl. Vet. Aeg.* tab. gen. n. 293. tab. nostr. n°. 48.

CAPUT XLII.

Ὡροσκόπον] *Ὡροσκόπος* est ex eorum sacerdotum Aegyptiorum numero, qui astronomiae in primis operam dabant. Cf. Clem. Alex. *Strom.* loco, quem supra laudavimus, ubi docet ad eorum insignia pertinuisse *ὡρολόγιον καὶ φοίνικα*, eosque ediscere debuisse quatuor libros Hermeticos: *τὸ μὲν*, — *περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων· τὸ δὲ, περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης· τὸ δὲ λοιπὸν, περὶ τῶν ἀνατολῶν*. Apud Porphyr. *de Abstin.* IV. §. 8, fine, dicuntur *ὡρολόγοι*.

ἐπειδὴ αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῶν ὡρῶν πορίζονται] Trebat. *Quod in horas homines cibum parent; ὧραι* fortasse quoque intelligi possunt *anni tempestates*, quarum vicissitudines fruges afferunt, ita ut sensus sit: *quoniam nutrimentum hominibus ab anni tempestatibus praebeatur*. — Caeterum non crediderim ejusmodi hieroglyphicum in monumentis Aegyptiacis inventum iri.

CAPUT XLIII.

Ἀγνείαν] Trebat. quoque in suo Cod. *ἀγνοίαν* legit: nam vertit *ignorantiam;* praeterea in seqq. pro *καθαρμὸς*,

aliud quoque habuisse videtur, quum reddat: *quod his duobus elementis omnis corruptio fiat.*

πῦρ καὶ ὕδωρ]. Porphyr. *de Abstin.* IV. §. 9, med. dicit Aegyptios *aquam* et *ignem* maxime ex omnibus elementis coluisse; cf. quoque Eusebius. *Praep. Euang.* III. 4. — Haec quoque Horapollinis explicatio monumentis confirmatur, in quibus *flamma* et *vasculum* ex quo *aqua* defluit, *puritatem*, *purificationem* significant. Cff. Champoll. de *Hierogl. Vet. Aeg.* tab. gen. 324. et tab. nostr. 49. *a.* 39. *b.*

CAPUT XLIV.

Μῦσος] De Pauw scribendum putat μῖσος. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 32. pag. 363. F. ἱέρακι δὲ τὸν θεὸν γράφουσιν, ἰχθύϊ δὲ μῖσος, ὥςπερ εἴρηται διὰ τὴν θαλάτταν. Clem. Alex. *Strom.* V. pag. 670. *Potteri.* ὡς ὁ ἰχθὺς μίσους [sc. symbolum est].

διὰ τὸ τὴν τούτου βρῶσιν μισεῖσθαι καὶ μεμιᾶσθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς·] Piscibus sacerdotes Aegyptii non vescebantur. Herod. II. 37, fine: ἰχθύων δὲ οὔ σφι ἔξεστι πάσασθαι. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 7. pag. 353. D. οἱ δὲ ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων [sc. ἰχθύων]. *Sympos.* VIII. Quaest. VIII. 2. pag. 729. A. Ἰχθύων δὲ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἴσμεν ἔτι νῦν ἀπεχομένους. et cap. 3. ibid. D. ἰχθύων δὲ θύσιμος οὐδείς, οὐδὲ ἱερεύσιμός ἐστιν. Add. Clem. Alex. *Strom.* VII. cap. 6. pag. 850. Porphyr. *de Abstin.* IV. 7. pag. 314. Julianus *Or.* V. pag. 176. B. quorum nonnullos laudavit Wyttenb. ad Plutarch. *de Is. et Os.* l. l. Cf. quoque ipse Horapollo supra cap. 14, fine. Plutarch. ll. cc. aliam hujus sacerdotum Aegyptiorum abstinentiae rationem memorat: *quoniam pisces sint cibus neque necessarius, neque a curiositate liber; et quoniam vitam degant in elemento ab*

eo, in quo homines vivunt tam alieno, atque Typhoni sacro. Cf. quoque *de Is. et Os.* cap. 32. pag. 363. E. Clem. Alex. l. l. causam addit hanc: καὶ δι᾽ ἄλλους μὲν τινας μύθους, μάλιστα δὲ ὡς πλαδαρὰν τὴν σάρκα τῆς τοιᾶςδε κατασκευαζούσης βρώσεως; qui locus quodammodo confirmare videtur Pauwii opinionem statuentis, vocem κενοποιὸν non indicare *piscem omnia, quae offenderit exhaurire,* prouti reddiderunt interpretes, sed eum pertinere ad cibos διαχωρητικοὺς καὶ τῆς κοιλίας ὑπακτικοὺς, *ventrem solventes.* Cf. Artemid. *Oneirocr.* II. 14, med. λύει δὲ τὴν γαστέρα πάντα τὰ ὀστρακόδερμα, πορφύρα, κῆρυξ, ὄστρεον, καὶ ῥόμβος, ἐχῖνος, μῦς, πελωρὶς, χῆμαι, κτένες, καρκινάδες, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. Phasianinus pro κενοποιὸν legisse videtur καινοποιὸν aut simile quid, veluti adnotavit Hoesch. vertit enim: *esset que perinde, ac rem novam et inusitatam moliri, si quis sacerdos id facere tentaret: nam pisces apud eos se invicem absumunt, ob id odio summopere habiti.* Reliquos autem Aegyptios piscibus vesci solitos fuisse, vidimus supra ad cap. 14. pag. 202, sqq. neque tamen omnibus, nam Oxyrynchitae vb. c. abstinebant ab oxyrinchis; Suenitae vero ab esu phagrorum, quoniam his Nili incrementum adnuntiari credebant. Cff. Strabo *Geogr.* XVII. pag. 1166. c. seq. Aelian. de *Nat. Anim.* X. 19. et 46. Clem. Alex. *Protrept.* pag. 34. *Potteri.* Schmidtius *Dissert. de Sacerd. et Sacrif. Aegypt.* pag. 296—298. quos laudavit Wyttenb. ad Plutarch. *de Is. et. Os.* cap. 7. pag. 353. C. Piscium imagines et mumiae quoque inter monumenta Aegyptiaca plures servantur in Museis, Champoll. in *Descript. M. C. X.* pag. 41. B. 106—114. memorat *Latum* symbolum *Nili, tempore inundationis;* et pag. 45. B. 226—229. *oxyrynchum* consecratum deo Thoth et Lunae. In opere

de Aeg. sub Pharaonibus I. pag. 187. dubitare videtur utrum piscibus divinos honores umquam tribuerint Aegyptii.

ἀλληλοφάγον] Pisces se invicem devorare, satis est notum. Aristot. *Hist. Anim.* IX. cap. 2, fine. p. 414. A. *ὁ δὲ πόλεμός ἐστι τοῖς κρείττοσι πρὸς τοὺς ἥττους, κατεσθίει γὰρ ὁ κρείττων.* Cf. quoque Plinius *Hist. Nat.* IX. 52.

Caeterum in inscriptionibus hieroglyphicis *piscis* revera hac *nefarii* atque *odii* significatione occurrit; quapropter ejus imaginem addendam curavimus tab. nostr. nº. 50.

CAPUT XLV.

Οὐδενὶ ἑτέρῳ τῶν μελῶν ἰσχύει, εἰ μὴ τῷ στόματι μόνον] Quoniam in eo venenum. Aristot. *de Part. Anim.* IV. 11, sub finem. pag. 567. E. narrat serpenti esse proprium *στρέφειν τὴν κεφαλὴν εἰς τα ὄπισθεν, ἠρεμοῦντος τοῦ λοίπου σώματος.*

De Goulianof Op. cit. pag. 16. rationem hujus hieroglyphici quaerit in paronomasia; quoniam *os* Aegyptiace dicatur ⲣⲱ, et ⲣⲱϥ, *serpens* vero ϩⲟϥ; in qua voce literam ϩ adspiratam atque veluti *rh.* pronuntiatam fuisse statuit, argumentum afferens ipsam hujus literae figuram a figura serpentis parte corporis priore erecti, atque secundum Champollionem literam *r.* indicantis non valde differentem.

CAPUT XLVI.

Ταῦρον ὑγιᾶ φύσιν ἔχοντα] Interpretes vertunt *taurum integra corporis constitutione praeditum.* De Pauw minus recte *φύσιν* intelligit *τὸ αἰδοῖον*; nam *φύσις* apud Horapollinem de foemina tantum usurpatur; supra cap. 14. in. *ἡ δὲ θήλεια, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αἱμάσσεται*; et in ipso hoc cap. *εἰς τὴν θήλειαν φύσιν καθεὶς τὸ ἑαυτοῦ.*

ἅπαξ εἰς τὴν θήλειαν φύσιν] Plinius *Hist. Nat.* VIII. 45. »conceptio uno initu peragitur, quae si forte erravit vi»gesimo post die marem foemina repetit."

ἀλλὰ καὶ σώφρων ἐστὶ] Aristot. *de Hist. Anim.* VI. cap. 18. pag. 346. C. tauros narrat coitus tantum tempore cum foeminis pasci. De tauri abstinentia et temperantia cf. quoque Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 1. et ipse Horapollo infra II. 78.

Per *taurum* ab Aegyptiis *fortitudinem* fuisse significatam, monumenta confirmarunt; quem enim Apollinis titulum, in versione Graeca inscriptionis obelisci Aegyptiaci Hermapion, (in fragmento servato apud Amm. Marcell. XVII. 4.) reddidit *'Απόλλων κρατερὸς*, eundem Champollion scriptum invenit in hieroglyphicis per *accipitrem* et *discum solis*, (signa nominis *Aroeri*, cf. supra cap. 6. et tab. nostr. n. 27. *e.* 27. *f.*) quibus additur *taurus*, *fortitudinis* symbolum. Cf. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 204, 205. add. pag. 348. et tab. gen. n. 348. Ejus imaginem in tab. nostr. depingendam curavimus n°. 51. — Quod vero hîc ut et infra Lib. II. cap. 78. scriptor dicit *temperantiae* quoque significationem *tauro* esse tribuendam, illud ex historia naturali potius, quam ex vera Aegyptiorum doctrina addidisse videtur; monumentis certe nondum confirmatum est.

CAPUT XLVII.

Τότε μυκᾶται μέγιστον] Aristot. *Hist. Anim.* IV. cap. 11, fine. pag. 287. D. *καὶ περὶ φωνῆς δὲ, πάντα τὰ θήλεα λεπτοφωνότερα καὶ ὀξυφωνότερα, πλὴν βοὸς, ὅσα ἔχει φωνήν· οἱ δὲ βόες, βαρύτερον φθέγγονται αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων.* Cf. idem V. 14. pag. 299. E.

συνιεὶς τε ὀργᾶν] Articulo τὸ, quem de Pauw post *συνιεὶς* inserendum putat, non opus videtur, quum recte intelligatur *τὴν θήλειαν; taurus audit* — et *intelligens subare vaccam, celeriter accurrit.*

διὰ δρόμου παραγίνεται ἐν τῇ συνουσίᾳ] Merc. in versione distinxisse videtur post *παραγίνεται*, verba enim *ἐν τῇ συνουσίᾳ* cum seqq. jungens vertit: *mox accurrit; id quod soli huic ex omnibus animantibus in congressu peculiare est.* Quod de Pauw proponit: *εἰς τὴν συνουσίαν*, si codicum auctoritate confirmaretur, praeferendum esset; sed praepositio *ἐν*, saepe quoque apud meliores scriptores usurpatur pro *εἰς*, *motum ad locum* vel *finem* significans. Xenoph. *Cyrop.* VIII. 3. §. 2. *ἕπεσθε ἐν τῇ ῥηθείσῃ χώρᾳ. Anab.* V. 3. §. 6. *ἐδόκει ἰέναι — ἐν Κορωνείᾳ. de Venat.* V. §. 8. *ὁτὲ δὲ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ διαῤῥιπτῶν ἐπὶ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν ὕδατι.* Supra ad cap. 21. pag. 223. vidimus de usu praepositionis *εἰς* pro *ἐν*.

Caeterum *tauri aurem* revera significatione ab Horapolline memorata, in inscriptionibus hieroglyphicis occurrentem addidimus tab. nostr. n°. 52. *a.* 52. *b.* Rationem autem hujus significationis, a Philippo potius ex historiae naturalis scriptore quodam additam, quam ex Aegyptiorum doctrina petitam putaverim. *Auditum* porro *auris humana* quoque significat. Cf. Champoll. *Epistolarum scriptarum ex Aeg. et Nub.* (*) XIV. pag. 285.

Apud Seyffarth. l. c. *auris bubula* symbolum est Saturni et Veneris planetarum.

---

(1) *Lettres écrites d'Égypte et de Nubie en 1828 et 1829.* par Champollion le Jeune. Paris. 1833.

CAPUT XLVIII.

Ἐπειδὴ οὗτος μέχρις οὗ ἐνιαύσιος γένηται οὐ βιβάζει] Aristot. *Hist. Anim.* VI. 21. pag. 351. A. *ὀχεύει δὲ τὰ ἄῤῥενα, καὶ ὀχεύεται τὰ θήλεα, ἐνιαύσια ὄντα πρῶτον, ὥστε καὶ γεννᾷν· οὐ μὴν ἀλλὰ, τό γε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐνιαύσιοι καὶ ὀκτάμηνοι· τὸ δὲ ὁμολογούμενον μάλιστα, διετεῖς.*

τράγος δὲ ἑβδομαῖος μετὰ τὴν γένεσιν γενόμενος, ὀχεύει] Hircum ob foecunditatem Aegyptii consecrarunt deo Mendes, quo nomine et animal ipsum vocare solebant, ut narrat Herod. II. 46, fine. Diod. Sic. I. cap. 88. pag. 98. *Wessel.* *Τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν, — διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον· τὸ μὲν γὰρ ζῶον εἶναι τοῦτο καταφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 74. p. 380. E. quo loco in verbis: *οἷόν ἐστιν ἶβις καὶ ἱέραξ, καὶ κυνοκέφαλος, αὐτὸς ὁ Ἆπις· οὕτω δὴ γὰρ τὸν ἐν Μένδητι τράγον καλοῦσι*, post *ὁ Ἆπις* excidisse *καὶ Μένδης*, non sine verisimilitudine conjecit *Wessel.* ad Diod. Sic. 1. 84. p. 95, probante Wyttenbachio ad Plutarch. l. l. Cff. quoque Clem. Alex. *Protrept.* pag. 34. *Potteri.* Suidas in voce: *Μένδην· οὕτω καλοῦσι τὸν Πᾶνα Αἰγύπτιοι τῷ καὶ τὸν τράγον τῇ αὐτῶν διαλέκτῳ οὕτω καλεῖν· καὶ τιμῶσιν αὐτὸν ὡς ἀνακείμενον τῇ γονίμῳ δυνάμει — ὀχευτικὸν γὰρ τὸ ζῶον.* Jablonski in *Panth. Aeg.* Lib. II. cap. 7. §. 2. et *Opusc.* I. pag. 138. docet hircum ab Aegyptiis ita vocatum fuisse, quatenus symbolum atque viva dei Mendes imago esset; nomen autem illud ⲙⲛ̅ⲧⲏϫ, significare *seminalem*, *prolificum*, *foecundum*. Cf. quoque de eo Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab. 4.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 184, in. *hircus* Mercurium et Venerem planetas indicat. Artemid. *Oneirocr.* II. 12. de *ariete* dicit: *καὶ γὰρ ταχὺ τὸ ζῶον, καὶ Ἑρμοῦ νενόμισται εἶναι σχῆμα.*

CAPUT XLIX.

"Ὄρυγα ζωγραφοῦσι] De oryge (*) cff. Aristot. *de Hist. Anim.* II. cap. 1. pag. 216. E. Aelian. *de Nat. Anim.* VII. 8, X. 28, XV. 14. Oppianus *Cyneg.* II. 445. 450. 551, sqq. Plinius *Hist. Nat.* II. 40, VIII. 53, fine, X. 73, XI. 46. Columella IX. 1. Juvenalis XI. vs. 140. Martialis XIII. 94. vs. 2. Hujus animalis cornibus veteres usos fuisse ad instrumenta Musica facienda, narrant Herod. IV. 192. Athen. *Deipnos.* V. 7. pag. 200. Diod. Sic. III. cap. 28. pag. 194. *Wessel.* tradit orygum cornua inserviisse quoque armis conficiendis, et universe quum multa ejusmodi animalia sint in Africa, incolas magnam ex iis capere utilitatem. — Saepissime confunditur hoc animal in Graecorum scriptorum Codicibus MSS. cum *coturnice*, quae avis ὄρτυξ vocatur; cf. vb. c. infra II. cap. 10. In editione Horapollinis, quae prodiit Romae a° 1599, pro ὄρυγα etiam ὄρτυγα legi, altero tamen in margine adscripto, adnotavit Causs. Mercerus ὄρτυγα retinuit, ob ea quae sequuntur: διὸ καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν πτηνῶν ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν; neque tamen negavit ei lectioni obstare, quae in hoc capite animali tribuunter, quaeque in avem convenire non possunt; nam quod τοῖς γὰρ ἐμπροσθίοις αὐτοῦ σκέλεσιν, indicari putat *anteriores partes pedum*, ut ita ad avem referri possint, nemini, credo, placebit. Trebat. quoque in Codice suo ὄρυγα legisse videtur.

ζωγραφεῖ ἑαυτοῦ τὰς κόρας] Locus videtur corruptus. Merc. explicat: » pupillas ita depingit, eoque colore inficit, » ut indignantis tristantisque habitu conspiciatur, aut certe

---

(*) De Oryge conferri quoque merentur *Observationes Zoologicae Criticae in Aristot. Hist. Animal.* quas scripsit A. F. A. Wiegman Philos. Dr. Lips. 1826. pag. 36, seqq.

»humi oculis defigens, velut eos pingere, pulveri inpri- »mens videtur." Bochart *Hieroz.* I. pag. 971. corrigens ἀσαφεῖ, vertit: *et abscondit pupillas suas;* atque ejusmodi quid secutus videtur Trebatius vertens: *effodiens terram caput abscondit;* at verbum ἀσαφεῖν in lingua Graeca non exstare adnotavit de Pauw, scribendum conjiciens: συγκρύπτει, vel potius συστρέφει ἑαυτοῦ τὰς κόρας, *contorquet et in gyrum agit pupillas suas;* atque haec tunc recte opponi praecedenti ἀτενίζων, quae conjectura quum a Codicum scriptura non multum differat, magnam habet verisimilitudinem. Fortasse recte quoque legi possit ἀποστρέφει, *avertit pupillas suas, in terram despicit.* Sic apud Herodian. III. 2. 5. junguntur ἀποστρέφεσθαι καὶ κάτω βλέπειν. Hesychius ἀποστρέφεται explicat ἀποτρέπει τὸ πρόςωπον.

ἐπὶ τοῦ ἡλίου θείου ἄστρου ἀνατολῇς] Aelian. *de Nat. Animal.* X. 28. *Μισοῦσι δὲ οἱ αὐτοὶ θεραπευταὶ τοῦ Διὸς τοῦ προειρημένου* [Sarapidis] *καὶ τὸν ὄρυγα· τὸ δὲ αἴτιον, ἀποστραφεὶς πρὸς τὴν ἀνατολὴν τὴν τοῦ ἡλίου τὰ περιττὰ τῆς ἑαυτοῦ τροφῆς ἐκθλίβει, φασὶν Αἰγύπτιοι.* idem VII. 8. Syrii exortum oryge adnuntiari dicit: *Αἰγυπτίων ἀκούω λεγόντων τὸν ὄρυγα συνιέναι τὴν τοῦ Σειρίου ἐπιτολὴν πρῶτον, καὶ τὴν ἐπιτολὴν μαρτύρεσθαι τῷ πταρμῷ αὐτόν.* Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 21. pag. 974. F. *Λίβυες δ' Αἰγυπτίων καταγελῶσι μυθολογούντων — περὶ τοῦ ὄρυγος ὡς φωνὴν ἀφιέντος, ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας, ἧς ἐπιτέλλει τὸ ἄστρον, ὃ Σωθὴν αὐτοί, Κύνα δὲ καὶ Σείριον ἡμεῖς καλοῦμεν.* Add. Schol. ad Arati *Phaenom.* vs. 133, 152. Photius *Bibl.* Cod. CCXLII. p. 1047, fine. (*Ed.* anni 1611.) Plinius *Hist. Nat.* II. 40. »Orygem appellat Aegyptus »feram, quam in exortu ejus contra stare, et contueri tra- »dit, ac veluti adorare, cum sternuerit."

ἐπικαθίσαντες τούτῳ τῷ ζώῳ] Bochartus *Hieroz.* l. l.

corrigit ἐπικαθίσαντος, ita ut intelligatur τοῦ ὡροσκόπου, quem in Orygem adscendisse putat. Causs. ἐπικαθίσαντες intelligit de regibus horoscopum in animali illo *collocantibus;* deinde διὰ μέσου αὐτοῦ, quod interpretes reddiderunt: *per medium ipsum velut gnomones quosdam*, vertendum dicit: *ejus interventu, ipso mediante.* Eodem fere modo Salmasius ad Solinum pag. 462, qui praeterea legendum putabat: ἐπικαθίσαντες τοῦτο τὸ ζῶον, aut potius τούτῳ τὸ ζῶον, supplendo τῷ ἡλίῳ; sed objicit de Pauw, ἥλιος non ita praecessisse, ut hic repeti possit, atque praeterea ἐπικαθίσαντες τῷ ἡλίῳ, eo sensu recte dici non posse; neque etiam admittendum esse alterum, quod voluerat Salmasius, ἀντικαθίσαντες. Ipse vero de Pauw aliam conjecturam proferens, (cf. apparatus crit.) vertit: *quare antiqui reges, Horoscopo ortum illis nuntiante, animal hoc in medium collocantes, eo, veluti gnomone quodam, ortus certitudinem explorabant;* quomodo autem ἐπικαθίζειν διὰ μέσου reddere potuerit: *in medium adducere* non intelligo. Nulla mutatione opus videtur, quum locus recte explicari possit: Reges antiqui, postquam horoscopus iis exortum solis adnuntiaverant, assidentes huic animali, juxta orygem sedentes, (ἐπικαθίσαντες τούτῳ τῷ ζώῳ) ope ejus, tamquam gnomonum quorumdam, exortûs tempus accurate cognoscebant. Locutio διὰ μέσου τινὸς apud Scholiastas veteres Graecos significat *interprete aliquo;* jam vero oryx recte dici potest interpres temporis, quo Sol exoriatur; itaque Causs. recte vertit: *ipsius interventu, ipso mediante.*

διὸ καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν κτηνῶν, ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν] Ita legendum putant Hoesch. et Causs. in adn. et Gesnerus in Libro de *Viviparis*, pro πτηνῶν, quod habent Codd. et Edd. Κτῆνος de *victimis* usurpat Herodot. II. 38, 39. Etymol. Magn. Κτήνη· κυρίως ἐπὶ τῶν σφαζο-

μένων εἰς βρῶσιν — καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Eorum objectioni, qui orygem, animal ferum, non recte κτῆνος dici putant, quoniam hoc nomen significet tantum pecudes, occurrit quoque Causs. citans locum ex Columellae IX. 1. »ferae pecudes ut capreoli, damaeque, nec mi»nus orygum cervorumque genera, et aprorum, modo lau»titiis et voluptatibus dominorum serviunt, modo quaestui »ac reditibus." addi poterit locus ex Heliod. *Aeth.* X. ubi Persina Aethiopum regina ad sacrificia et convivia adhibuisse dicitur: βοῶν τε ἀγέλας, καὶ ἵππων καὶ προβάτων ὀρύγων τε καὶ γρυπῶν. Pro ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν, de Pauw, fortasse recte, legendum censet: ἀσφράγιστον θύουσιν. Herod. II. 38. dicit victimam a sacerdotibus Aegyptiis explorari solitam fuisse: ἢν δὲ τούτων πάντων ᾖ καθαρὸς, σημαίνεται βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα εἱλίσσων· καὶ ἔπειτα γῆν σημαντρίδα ἐπιπλάσας, ἐπιβάλλει τὸν δακτύλιον· καὶ οὕτω ἀπάγουσι· ἀσήμαντον δὲ θύσαντι θάνατος ἡ ζημίη ἐπικέεται. Sed fortasse vulgatum ἐσθίουσιν eo defendi poterit, quod sacrificia plerumque cum conviviis conjungebantur, et mactatae bestiae partes relictae a sacerdotibus comedebantur, quod ipsum confirmatur ab Herod. in fine cap. 40. καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν τύπτονται πάντες· ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται, δαῖτα προτίθενται τὰ ἐλίποντο τῶν ἱρῶν. Vox ἀσφράγιστον, (pro qua minus recte ab interprete aliquo legi ἀσφάγιστον Causs. docet) recte jam explicata fuit a Pierio et Causs. in adn. ad h. l. et a Salmasio in *Exercit. Plin.* pag. 157. in Solinum pag. 229. — De Sphragistis autem, sive, ut vocantur quoque, Moschosphragistis cf. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 31. pag. 363. B. ubi ipsum sigillum quoque descripsit: τὸν δὲ μέλλοντα θύεσθαι βοῦν οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι τῶν ἱερέων κατεσημαίνοντο, τῆς σφραγῖδος (ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ) γλυφὴν μὲν ἐχούσης ἄνθρωπον εἰς γόνυ καθεικότα ταῖς

χερσὶν ὀπίσω περιηγμέναις, ἔχοντα κατὰ τῆς σφαγῆς ξίφος ἐγκείμενον. Add. quos laudavit Wyttenb. ad h. l. Porphyr. *de Abstin.* IV. 7. Schmidtius *de Sacerd. et Sacrif. Aeg.* pag. 181. et Wessel. ad Diod. Sic. I. 70. pag. 81. Marshamus in *Can. Chron.* ad Sec. XI. pag. 317. quem citavit Jablonski in *Panth. Aeg.* Lib. III. 3. §. 8. Inter monumenta Aegyptiaca Musei Caroli X, servantur quoque nonnulla ejusmodi Sigilla, quorum unum ligneum, figura majori, a Champollione in *Descript. M. C. X.* memorata pag. 70. H. 18. continet *tres homines*, eodem modo, atque indicat Plutarchus, *in genua desidentes*, *manibus pone tergum ligatis*; sub iis sunt *tres lineae perpendiculares*, quibus *pluralis numerus* in hieroglyphicis indicari solet; sed loco *ensis*, quem memorat Plutarch. supra eos est *canis aureus*, qui *linea transversa* ab iis separatur. Sigillum in superiori parte ornatur *duabus plumis struthiocameli*. Notas insculptas Champoll. vertit: *scriba victimarum*. Vid. tab. nostr. n. 47. *a*.

καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐρημίαν οὗ ἐὰν λάβηται ὑδραγωγοῦ τόπου] Quod in Cod. Morell. legitur: κατὰ τὴν ἔρημον, οὗ ἐὰν, κ. τ. λ. reliquorum auctoritate inprobatur, quamvis a scribendi genere, quo Philippus utitur non alienum. Ita supra cap. 28. 35. eodem modo ἀπὸ ξενῆς. Suidas in voce Ἔρημος· κυρίως ἡ μονωθεῖσα τῶν ἐνοικούντων γῆ.

πιὸν τοῖς χείλεσιν ἀνακαράσσει καὶ μιγνύει τῷ ὕδατι τὴν ὕλην] Quod Hoesch. conjicit πιὼν, non necessarium videtur; nam de Pauw recte animadvertit neutrum genus huic loco convenire, praecedente quoque ἔχον; intelligendum autem est ζῶον vel κτῆνος. Bocharti conjecturam, *Hieroz.* l. l. pro χείλεσιν, reponentis χηλαῖς, idem de Pauw recte rejecisse videtur, ne his eadem res diceretur; primo aquam labiis conturbat oryx, lutum ei immiscens, deinde pedibus

pulverem in eam injiciens. — Verba: *καὶ μιγνύει τῷ ὕδατι τὴν ὕλην*, interpretes reddiderunt: *lutumque aquae commiscet*, ita ut idem de hoc loco censuisse videantur, atque de Pauw, qui pro *ὕλην* corrigendum putat *ἴλυν*.

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο καθῆκον ἐργάζεται,] De Pauw recte animadvertit inter *ἐργάζεται* et *τῆς θεοῦ* distinctionem esse ponendam: *Oryx ne hoc quidem officium praestat* [sc. caeteris animalibus] *quum Dea ipsa omnia quae sunt in orbe utilia gignat atque augeat.* Trebatius : *hoc enim impie facit, cum ipsa Dea omnia generet, omnia nobis, quae toto mundo utilia, adaugeat.*

τῆς θεᾶς αὐτῆς πάντα γεννώσης — χρήσιμα.] Lunam mundi atque omnium, quae in eo continentur, esse generatricem atque conservatricem Aegyptii statuebant. Cff. ipse Horapollo, supra cap. 10, med. *ταύτην γὰρ ἡμέραν νομίζει σύνοδον εἶναι σελήνης καὶ ἡλίου, ἔτι τε καὶ γένεσιν κόσμου.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 41. pag. 367. C. *τὴν μὲν γὰρ σελήνην γόνιμον τὸ φῶς καὶ ὑγροποιὸν ἔχουσαν, εὐμενῆ καὶ γοναῖς ζώων καὶ φυτῶν εἶναι βλαστήσεσι.* et cap. 43, fine. pag. 368. C. *διὸ καὶ μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται, πληρουμένην ὑπὸ Ἡλίου καὶ κυϊσκομένην γεννητικὰς ἀρχὰς καὶ κατασπείρουσαν.* Add. *Sympos.* III. Quaest. X. pag. 658, seq. Diod. Sic. I. 11. pag. 15. *Wessel.* Proclus *in Timaeum* pag. 15. Plinius *Hist. Nat.* II. 99. — Caeterum in Ectypo templi antiqui Edfuensis, edito in *Descript. Aeg.* A. Antiq. Vol. I. tab. 59. n°. 5. rex Ptolemaeus Euergetes deo Luno orygem sacrificat. Cf. Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab. 14. *f.* et 14. *f.* bis. Horus quoque in monumentis Aegyptiacis ubi exhibetur tamquam *victor principiorum malorum*, praeter alia animalia, manu quoque tenet *orygem* symbolum Typhonis. Cf. vb. c. Champoll.

in *Descript. M. C. X.* pag. 32. A. 696—700. Apud Indos etiam Tsjandra, deus Lunae, vehi creditur orygibus. Cff. Edw. Moor *in Panth. Ind.* (*) pag. 289, 292. et tab. 88, 89. add. tab. 31. Cl. Reuvens in Disputat. *de tribus statuis Javanicis* (†) pag. 93.

De Goulianof Op. cit. pag. 17. paronomasiam animadvertendam dicit, vocem *oryx* origine Aegyptiacam, in ea lingua ορr sonuisse putans; *exsecrationem* autem ορes.

Apud Seyffarth. (qui *orygem* et *ortygem* idem esse animal statuit) Op. cit. pag. 152, in. *Oryx* Saturni symbolum dicitur, praecipue quoniam et hic planeta Solis et Lunae habeatur adversarius.

CAPUT L.

Μῦν ζωγραφοῦσι] De muribus Aegyptiis cff. Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 41. et XV. 26. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 37, IX. 58, X. 65.

ἐπειδὴ πάντα ἐσθίων μιαίνει καὶ ἀχρηστοῖ] Aelian. *de Nat. Anim.* V. 14. narrat ex Aristotele et Amynta, mures vel ferrum exedere. In Aegypto autem quomodo totos feré campos populentur et fruges comedant, idem narrat loco, quem suprà laudavimus, VI. 41. Notissimum est, Trojanos, quum antea murium multitudine vexati fuissent, postea hac calamitate liberatos Apollini Smyntheo templum aedificasse. Cff. Scholiast. ad *Il. A.* vs. 39. Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 5. Plinius *Hist. Nat.* X. 65. Ita populos Italiae quoque e patria sede expulisse olim dicuntur,

(*) *Hindu Pantheon.*

(†) *Verhandeling over drie Javaansche beelden.* in *Opp. Instit. Reg. Belg.* Class. III. Vol. III. A°. 1826.

(Aelian. *de Nat. Anim.* XVII. 41.) ut et incolas in insula Gyaro, Aristot. *de Mirab. Auscult.* pag. 717. B. Plinius *Hist. Nat.* VIII, 29. et 57. Theophrast. in fragm. *περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων ζώων.* — Verbum *ἀχρηστόω*, hoc loco vertendum est *inutile facio, corrumpo; ἀχρηστέω*, vel *ἀχρηστοῦμαι*, est *inusitatus, inutilis sum.* Cf. Lobeck ad Phryn. 568. *ἀχρηστοῦν* usurparit Scholiast. ad Hom. *Il. B.* vs. 867.

ὁ μῦς τὸν καθαρώτατον ἐκλεξάμενος ἐσθίει] Plinius, quem citavit Merc. *Hist. Nat.* VIII. 37, in. »Conduntur »hieme et Pontici mures, hi duntaxat albi quorum palatum »in gustu sagacissimum, auctores quonam modo intellexe»rint, miror." Mures praesentire aedium ruinas, memorant Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 41, XI. 19. et *Var. Hist.* I. 11. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 28. cf. quoque Cicero *ad Att.* XIV. Ep. 9.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 16, 17. *interitum* per *murem* ab Aegyptiis significatum fuisse statuit; quoniam voces Copticae ϕιn *mus*, et ϕωnϫ *destruere*, ϕωρκ, *exstirpare*, ϕαϣ, *rumpere*, ϕαϧ, *scindere, rumpere*, omnes ab eadem litera, ϕ incipiant.

Secundum Seyffarth Op. cit. pag. 150, med. *mus* Martis symbolum est habendum, ob *destructionem* huic planetae propriam.

CAPUT LI.

Μυῖαν ζωγραφοῦσι] Muscam *τὸ θρασύτατον τῶν πτηνῶν καὶ ἀναιδέστατον* vocat Philo Lib. I. *de Moyse*, quem locum citavit Hoesch. ut et Aelianum *de Nat. Anim.* II. 29. ubi *ζώων θρασυτάτη* dicitur, et VII. 19, fine. *Ἀναιδῆ δέ, καὶ μὴ ῥᾳδίως ὑποστελλόμενα, μυῖαι καὶ κύνες.* Hom. *Il. P.* vs. 570, sqq.

Καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν,
Ἥτε καὶ ἐργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο,
Ἰσχανάᾳ δακέειν, λαρόν τέ οἱ αἷμ᾽ ἀνθρώπου.

Inter amuleta Aegyptiaca, quae in Museo Lugd. Batavo servantur, invenitur musca; sed incertum quo sensu.

Cf. de hoc hieroglyphico Klaproth Op. cit. Ep. I. p. 5, 6, ubi dicit *muscam* Aegyptiis vocari ⲁϥ, *luxuriam* ⲁⲛⲟⲙⲓ, utraque voce ab eadem litera, ⲁ, incipiente. Sed *ἰταμότης* non est *luxuria*, verum *inpudentia*; itaque de Goulianof, ipse quoque hoc hieroglyphicum ex doctrina acrologica explicandum putans, a Coptico ⲕⲁϫⲕⲉϫ, i. e. *humilitas*, novam vocem composuit, ⲁⲧⲕⲁϫ, sive ⲁⲧⲕⲁϫⲓ, qua *superbia*, *inpudentia*, indicata fuerit.

Apud Seyffarth Op. cit. pag. 160, med. *musca*, Saturni symbolum vocatur, ob *inpudentiam* huic planetae in primis propriam.

CAPUT LII.

Μυρμήκα ζωγραφοῦσι] De formicarum prudentia egit Aristot. *Hist. Anim.* IX. 38. p. 437. E. *de Part. Animal.* II. 4. pag. 491. E. *de Natural. Auscult.* II. 8. Vol. I. pag. 476. C. D. ubi dicit, dubitasse nonnullos, utrum huic animali mens insit; eodem modo Cicero *de Nat. Deor.* III. 9. in. » in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, me-» moria." Cff. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 11. p. 967. D. Aelianus *de Nat. Anim.* I. 22, II. 25, VI. 42, XVI. 15. Epiphan. *ad Physiol.* cap. 18. Plinius *Hist. Nat.* XI. 30. Add. Hesiodus *Ἐργ. καὶ Ἡμ.* vs. 778. Horat. *Sat.* I. 1. vs. 33, sqq. Virgilius *Aen.* IV. vs. 402—407. Propert. III. 11. vs. 5. Pompon. Mela. III. 7.

Klaproth Op. cit. Ep. I. p. 5. »*formica*" inquit »Cop-» tice dicitur ϫⲁⲛϫⲓⲛ, *scientia*, sive *cognitio* ϫⲉⲙϩⲏⲧ, » quae duae voces a ϫ incipiunt."

Apud Seyffarth Op. cit. pag. 167, in. *formica* symbolum est Martis planetae, ob *cognitionem*, quae deae Neith, sive Minervae (♂ foeminino) tribuitur.

CAPUT LIII.

Χηναλώπεκα] Aelian. *de Nat. Anim.* V. 30. dicit Chenalopecem nomen accepisse *εἰκότως ἐκ τῶν τοῦ ζώου ἰδίων τε καὶ συμφυῶν· ἔχει μὲν γὰρ τὸ εἶδος τὸ τοῦ χηνός, πανουργίᾳ δὲ δικαιότατα ἀντικρίνοιτο ἂν τῇ ἀλώπεκι· καὶ ἔστι μὲν χηνὸς βραχύτερος, ἀνδρειότερος δέ, καὶ χωρεῖν ὁμόσε δεινός.* Herodot. III. 72. eum numerat inter animalia, quae ab Aegyptiis sacra habebantur; cff. quoque Plinius *Hist. Nat.* X. 22. Apostol. Cent. II. Prov. 52.

τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον φιλοτεκνώτατον ὑπάρχει·] Aelian. *de Nat. Anim.* XI. 38. *φιλότεκνον δὲ ἄρα ζῶον ἦν καὶ ὁ χηναλώπηξ — Καὶ γὰρ οὗτος πρὸ τῶν νεόττων ἑαυτὸν κομίζει, καὶ ἐνδίδωσιν ἐλπίδα ὡς θηράσοντι αὐτὸν τῷ ἐπιόντι· οἱ δὲ ἀποδιδράσκουσιν οἱ νεοττοὶ ἐν τῷ τέως· ὅταν δὲ πρὸ ὁδοῦ γένωνται, καὶ ἐκεῖνος ἑαυτὸν τοῖς πτεροῖς ἐλαφρίσας ἀπαλλάττεται.* Add. X. 16.

ἔδοξε σεβάζειν] Confirmatur haec lectio nunc quoque Codd. Parisiensibus; frustra itaque de Pauw defendere conabatur *συμβάλλειν*, quod legitur in Aldina. — Caeterum hoc quoque hieroglyphicum monumentis Aegyptiacis confirmatur; *filius* enim in iis scribitur per *chenalopecem*, cui saepissime additur *lineola recte*. Cf. Champoll. de *Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 119, sq. 218, sq. (ubi docet titulum, quem Hermapion, ex obelisco Aegyptiaco verterat *Ἡλίου παῖς*, in hieroglyphicis scribi per *discum solis et chenalopecem*) pag. 370, 371. et 348. tab. gen. n° 251, seqq. 405, sqq. Vidd. tab. nostr. n° 53. *a.* et 53. *b.*

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 163. med. *Chenalopex* Mercurii planetae symbolum habetur.

CAPUT LIV.

Πελεκᾶνα] De Pelicano cff. Aristot. *Hist. Anim.* VIII. 12. pag. 390. C. IX. 10. pag. 421. E. *de Mirab. Auscult.* pag. 716. B. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 20, 23, VI. 45. Plinius *Hist. Nat.* X. 40. et, quos laudavit Gronov. ad Aelian.; Apostolius Cent. XV. prov. 93. Georgius Pisides vs. 1072. Antig. Carystius cap. 47. Cicero *de Nat. Deorum* II. 49. eam avem *Plataleam* vocat.

θεασάμενος δὲ ὁ πελεκὰν] Aldus habet *πελεκάς*. Suidas in voce: *πελεκὰν μέντοι, πελεκάνος κοινῶς· πελεκάντος ἀττικῶς· καὶ πελεκᾶς, πελεκᾶ δωρικῶς,* Apud scriptores Graecos novissimos demum *πελεκάνος* dicitur.

ὑφ' οὗ κατακαιόμενος τὰ ἑαυτοῦ πτερὰ] Quod habet Aldus *κατακαιόμενα*, per nominativum absolutum explicandum esset, pro *κατακαιομένων τῶν ἑαυτοῦ πτερῶν*; sed ea lectio nullo Codice confirmatur; et praeterea ob pronomen *ἑαυτοῦ* inprobanda quoque videtur.

ποιεῖται τὸν ἀγῶνα] i. e. *ἀγωνίζεται.* De usu illo, quo verbum *ποιεῖν* sive *ποιεῖσθαι* cum substantivo periphrasin facit verbi substantivo cognati, cff. Matthiae *Gr. Gr.* §. 421. animadv. 4. Valcken. ad Herod. III. 25. Wessel. ad Herod. VIII. 9, IX. 19. Spanh. ad Aristoph. *Ran.* vs. 791, 797. Ipse Horapollo supra, cap. 49. *κραυγὴν ποιεῖται.* et cap. 6, fine; *τὴν μαχὴν ποιεῖται.*

Αἰγυπτίων δὲ οἱ λοιποὶ ἐσθίουσι] Quod habent Cod. Paris. C. et Ald. *οἱ πολλοὶ ἐσθίουσι*, eundem sensum praebet: Sacerdotes non edunt pelicanum, quoniam pro prole tam fortiter pugnet; *reliqui* vero *Aegyptii* (vel, si Aldinam lectionem sequamur, *plebs, populus, profani*) edunt, quoniam non, ut in Chenalopece, pietati ejus sed amentiae hoc tribuunt. Nam *ἄνοιαν* legendum est, quod opponitur prae-

cedenti *κατὰ νοῦν*, et, veluti recte observavit de Pauw, in eo cernitur differentia inter hanc avem et chenalopecem. De permutatione syllabarum ᾱ et ᾱῡ multi adnotarunt: D'Orville *Misc. Observ.* IX. pag. 110. Bast *Comm. Pal.* pag. 706. Courer ad Xenoph. *Eq.* pag. 92. Schaef. ad Long. pag. 379. aliique, quos laudavit Boissonade ad Nicet. Eugen. Vol. II. pag. 88.

Ex iis, quae apud nonnullos historiae naturalis scriptores, (apud Aelianum vb. o. III. 23.) neque tamen eos antiquissimos, de pelicani pietate erga parentes narrantur, Patres Ecclesiastici fabulam de vulture pullos sanguine suo nutriente, (vid. supra cap. 11. et in adn. pag. 179.) ad hanc avem transferentes, finxerunt pelicanum pullos mortuos sanguine e latere suo defluente in vitam revocare; atque ita hoc symbolum ad Christi amorem in homines accommodatum, nunc quoque in Ecclesia Romano Catholica servatum est. Epiphan. ad *Physiol.* cap. 8. *Ἔστι γὰρ ἡ πελεκὰν φιλότεκνον ὄρνεον παρὰ πάντα τὰ ὄρνεα· ἡ δὲ θήλεια καθέζεται ἐν τῇ νεοττίᾳ, φυλάσσουσα τὰ τέκνα, καὶ περιθάλπει αὐτὰ ἀσπαζομένη, καὶ κολαφίζουσα ἐν φιλήματι, ὅπως ταῖς πλευραῖς κατεργάζεται, καὶ τελευτῶσι· καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς παραγενομένου τοῦ ἄῤῥενος πελεκᾶνος, καὶ εὑρίσκοντος αὐτὰ τεθνηκότα, ὀλοφύρεται τὴν καρδίαν λίαν· πεπληγμένος δὲ τοῦ πόνου κολαφίζει τὴν ἰδίαν πλευρὰν, καὶ ὀπὰς αὐτῇ ἐμποιεῖ, καὶ καταῤῥεῖ αἷμα ἐπιστάζων ἐπὶ τὰς πληγὰς τῶν τεθνηκότων νεοσσῶν, καὶ οὕτως ζωοποιοῦνται.* Glycas *Annal.* I. pag. 44. D. et 45. A. *τὸν ἰὸν αὐτῆς ἐπιχέει* [sc. serpens] *καὶ πόῤῥωθεν· περισκοπήσας γὰρ πρότερον, ὅθεν εἰσπνέει ὁ ἄνεμος, κἀκεῖθεν ἐμφυσήσας αὐτοῖς τὸν ἰὸν ἐπάγει τὸν ὄλεθρον· ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐπιστὰς αὖθις αὐτοῖς καὶ φυσικοῖς τισι λόγοις τὴν ἐπιβουλὴν συνιὼν, οἶδεν ὅθεν ἀναβιώσαιντο· κατὰ κορυφῆς γὰρ αὐτῶν ἠρέμα πτερύσσεται, καὶ τὰς πλευρὰς ἑκα-*

τέρωθεν ἐπιπλήσσων ταῖς πτέρυξιν, αἵματος αὐτοῖς ῥανίδας ἀφίησι, κἀντεῦθεν οἱ τεθνεῶτες νεοττοὶ παραδόξως ἀναβιώσκουσιν. Cff. quoque Hieronymus *ad Praesidium de Cereo Paschali* Vol. V. pag. 149, med. (*Ed. Paris.* anni 1693.) Isidorus *Originum* XII. cap. 7, med. et alii quos citavit Bochart. *Hieroz.* II. pag. 801. Quod autem etiam hodie multi credunt, pelicanum pullos esurientes sanguine suo nutrire, de eo quantum sciam apud veteres scriptores nulla mentio exstat; originem huic opinioni praebere potuit, quod avis ea in sacco, ab inferiori rostri parte dependente, pisciculos aliquamdiu servat et quasi coquit; postea vero cibo illo pullos nutriens, humore ex rostro defluente pectus inquinat. Caeterum ejus amorem in pullos praedicant quoque hodierni historiae naturalis scriptores.

Seyffarth Op. cit. pag. 161. in. *plataleam* propter *prudentiae defectum* Veneris, ob *amorem erga parentes* Mercurii planetae symbolum putat.

CAPUT LV.

Κουκούφαν] Hanc lectionem habent Codd. omnes. Wilkinsius in *Dissert. de lingua Coptica* pag. 102. vocem eam accipiens de *ciconia*, et Kircherus *Prodr. Copt.* cap. V. pag. 148, 149. statuunt, vocem esse Aegyptiacam, utrum vero auctoritate idonea, dubitant viri docti, vb. c. Jablonski *Opusc.* I. pag. 116, 117. — Pignorius in *Expos. Tab. Bembinae* pag. 29. putat legendum esse *οὐπούπαν*, qua voce Latina quidem sed Graece scripta indicaretur *upupa*; eandem fere sententiam amplexus est Bochart. *Hieroz.* II. pag. 348. attamen vocem *κουκούφαν* Aegyptiacam putat, citans *lexicon Copticum*, in quo redditur Arabica voce *upupam* significante, et *Syriacum* Ferrarii, in quo similis vox Syriaca item *upupa* vertitur. De Pauw suspicatur, legen-

dum esse *κουκούβαν*, quo nomine Graeci recentiores *noctuam* appellaverint; sed quo minus *noctuam* intelligamus, prohibent tum, quod apud alios scriptores nihil de hujus animalis pietate erga parentes constat, tum quae infra in fine hujus cap. dicuntur, deorum sceptrum ornatum esse *κουκούφᾳ*. Sceptrum autem illud, quo dii in Aegyptiorum monumentis insigniuntur, in superiori parte avis capite est instructum, quod cum noctua nullam habet similitudinem (cf. tab. nostr. n°. 54.); neque ad *ciconiam* pertinet, quam hoc loco indicari putat Merc. etiam ob locum Suidae, in voce *ἀντιπελαργεῖν*, ubi, postquam egerat de ciconiarum pietate, addit: *διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ποτάμιον ἵππον· δηλοῦντες ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ.* Igitur Suidas quoque, vel is quem secutus fuit *ciconiam* et *cucupham* confudit. Eorum sententia, qui *upupam* intelligunt, optima videtur, (cf. Champoll. *Panth. Aeg.* ad tab I.); certe convenit descriptio, quae exstat apud Plinium *Hist. Nat.* X. 29, fine: »Mu- »tat et *upupa*, ut tradit Aeschylus poeta, obscoena alias »pastu avis, *crista visenda plicatili, contrahens eam*, »*subrigensque per longitudinem capitis.*" Ovidius *Metam.* VI. 672. seqq.

—— cui stant in vertice cristae
Prominet immodicum pro longo cuspide rostrum
Nomen Epops volucri, facies armata videtur.

In Libro MS. Anonymi *de Avibus et earum virtutibus in Medicina* (quem librum laudavit Du Cange in *Gloss. ad Script. med. et inf. Graec.* voce *Κούκουφος*), legitur: *Ἔποψ ὄρνεον ἐν ἀέρι πετώμενον, — οὗτος καλεῖται κούκουφος, καὶ πούπος.* Praeterea de hujus quoque avis pietate Aelian. *de Nat. Anim.* X. 16, med. *Οἱ αὐτοὶ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ χηναλώπεκας καὶ ἔποπας τιμῶσιν, ἐπεὶ οἱ*

μὲν φιλότεκνοι αὐτῶν, οἱ δὲ πρὸς τοὺς γειναμένους εὐσεβεῖς. De upupis earumque nidorum construendorum et vivendi ratione cff. Aristot. *Hist. Anim.* I. 1, fine. pag. 195. C, IX. 11. pag. 422. C, cap. 49. pag. 453. E. 454. A. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 35, III. 26, VI. 46, et praecipue XVI. 5. ubi agit de upupa Indica ejusque pietate in parentes. Infra libro II. cap. 92, 93. aliae quoque hujus avis significationes explicantur.

νεοσσιὰν αὐτοῖς ποιήσας] Si Pauwii conjectura, *κουκούβαν* legentis vera esset, tunc certo pro *ποιήσας* substituendum foret *ποιήσασα*. Nunc vero statui potest aut vocem, quam hîc habemus peregrinam, masculini generis esse, aut ei alteram illam, quae apud scriptorem Anonymum legitur, *κούκουφον*, esse substituendam.

τίλλει αὐτῶν τὰ πτερὰ, τροφάς τε χορηγεῖ] Ubi parentes senescentes, plumasque mutantes, se ipsi non amplius curare possunt, atque aegrotant, pulli plumas iis evellunt, eosque fovent et nutriunt, donec novis plumis enatis, illorum cura non amplius egent. Eadem est pietas meropum et ciconiarum quoque. Aelian. de *Nat. Animal.* X. 30. *Ὁ μέροψ ὄρνις ταύτῃ μοι δοκεῖ δικαιότερος εἶναι τῶν πελαργῶν· οὐ γὰρ ἀναμένει γηράσαντας ἐκτρέφειν τοὺς πατέρας, ἀλλὰ ἅμα τῷ φῦσαι τὰ ὠκύπτερα, τοῦτο ἐργάζεται, κ. τ. λ.* ubi de Pauw pro *ἅμα τῷ φῦσαι*, legendum putat: *ἅμα τῷ ῥεῦσαι τὰ ὠκύπτερα*, *simul ac defluant pennae;* minus recte, nam in eo differre meropem a ciconia dicit Aelian. quod haec parentes demum senescentes curat; merops vero non exspectat, donec parentes senuerint, sed simul ac pennas majores acceperit, atque adoleverit, eos jam curare incipit; Pauwii correctioni obstare quoque videtur illud *ἅμα*, quod pro *quando* minus recte usurpetur, atque hoc loco opponitur quodammodo praecedenti *γηράσαντας*. At-

que ob eandem quoque causam non opus videtur altera ejusdem correctione loci Aristot. *Hist Anim.* IX. 13. pag. 423. E. *φασὶ δέ τινες καὶ τοὺς μέροπας ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀντεκτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἐκγόνων, οὐ μόνον γηράσκοντας, ἀλλὰ καὶ εὐθὺς, ὅταν οἷοί τ' ὦσι· τὸν δὲ πατέρα καὶ τὴν μητέρα μένειν ἔνδον·* in quibus legi suadet: *ὅταν οἷοί τ' ὦσι, ὁ δὲ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ μένωσιν ἔνδον;* sed loci sensus est: dicunt meropes non tantum postquam senuerint nutriri a pullis suis, sed simul atque hi illud facere possint; tunc autem patrem et matrem intus manere, i. e. non amplius ad cibum quaerendum evolare. — Caeterum in nummis Antinoi, hujus in Hadrianum suum pietas indicatur *upupa*, secundum Seguinum *Sel. Numism.* p. 152. Cf. quoque Eckhel *Doctr. Num. Vet.* T. VI. p. 531.

Seyffarth Op. cit. pag. 158, med. *cucupham* Mercurii symbolum dicit, ob *amorem erga parentes*, qui in primis huic planetae adscribitur.

CAPUT LVI.

Ἱπποποτάμου] De Hippopotamo cff. Herod. II. 71. Aristot. *Hist. Anim.* II. 7. pag. 221. D, VIII. 2. pag. 377. D. Diod. Sic. I. 35, fine, pag. 42. *Wessel.* Nicander *Theriac.* vs. 569, seq. Nonnus *Dionys* XXVI. Aelian. *de Nat Animal.* V. 53, VII. 19. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 25, fine, et 26, XI. 39. Solinus cap. 35. Ammianus Marcell. XXII. cap. 15. Pompon. Mela I. 9.

οὗτος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἐπὶ γάμον ἥκει] In codd. et Edd. legitur *ἐπίγαμον ἥκει*, quod tunc jungitur cum *μητέρα*, sensu passivo: *hic ad suam matrem mox nubendam venit*, ut recte explicat de Pauw in adn. cui tamen non assentiendum videtur *ἐπίγαμος* vel *ἐπιγαμῶν* corrigenti;

nam usurpantur haec de iis, *qui jam uxorem habentes, aliam insuper ducunt*, aut *qui uxore mortua novas nuptias contrahunt*. Cff. Wessel. ad Diod. Sic. XII. 12. pag. 485, 486. Valken. et Schweigh. ad Herod. IV. 154. et Schweigh. in *Lexico Herod.* Quapropter secuti sumus Merceri correctionem ἐπὶ γάμον; neque enim obstat, quod additur πρὸς τὴν μητέρα, quum praepositio ἐπὶ hîc, ut saepissime, *consilium* indicet, ita ut vertendum sit: *ad matrem accedit eam ducturus.*

εἰ δὲ μὴ ἐπιτρέψει] ita Ald. alii ἐπιτρέψειεν; sed infra quoque cap. 70. eodem modo: εἰ μὴ τῇ οὐρᾷ τῇ ἑαυτοῦ διαπληκτίσας ἄτονον παρασκευάσει. Solet ita εἰ cum futuro, subjici conjunctioni ἐὰν, vel ἤν. Xenoph. *Cyrop.* IV. 1. §. 15. ἢν μὲν τοίνυν — σωφρόνως διαφυλάττωμεν αὐτήν, ἴσως δυναίμεθ' ἂν ἀκινδύνως εὐδαιμονοῦντες γηρᾶν· εἰ δ' ἀπλήστως χρώμενοι ταύτῃ ἄλλην καὶ ἄλλην πειρασόμεθα διώκειν, κ. τ. λ. Cf. Stalbaum ad Plat. *Phaed.* pag. 93. B. cap. 42. et ad *Gorgiam* pag. 470. A. cap. 25.

ἀναιρεῖ αὐτὸν ἀνδρειότερος καὶ ἀκμαιότερος ὑπάρχων·] Idem narrat Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 32, fine. pag. 363. F. ἵππῳ ποταμίῳ δ' ἀναιδείαν [sic. significant] λέγεται γὰρ ἀποκτείνας τὸν πατέρα, τῇ μητρὶ βίᾳ μίγνυσθαι. Idem in libro *de Solertia Animal.* cap. 4. pag. 962. E. ὃ δὴ καὶ δῆλόν ἐστι, παραβαλλομένων πελάργοις ἵππων ποταμίων· οἱ μὲν γὰρ τρέφουσι τοὺς πατέρας· οἱ δὲ ἀποκτιννύουσιν, ἵνα τὰς μητέρας ὀχεύωσι. Photius *Bibl.* Cod. CCXLII. pag. 1048. (*Ed.* anni 1611.) ὁ ἱπποπόταμος ἄδικον ζῶον, ὅθεν καὶ ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἀδικίαν δηλοῖ, τὸν γὰρ πατέρα ἀποκτείνας βιάζεται τὴν μητέρα. Animal itaque odiosissimum Typhoni consecrasse Aegyptii dicuntur. Cf. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 50. p. 371. C. τῶν μὲν ἡμέρων ζώων ἀπονέμουσιν αὐτῷ [i. e. Typhoni]

τὸ ἀμαθέστατον, *ὄνον· τῶν δ' ἀγρίων τὰ θηριωδέστατα*, *κροκόδειλον καὶ τὸν ποτάμιον ἵππον*. Add. Jablonski *Panth. Aeg.* Lib. V. cap. 2. §. 11. — An vero ea significatione in inscriptionibus hieroglyphicis inveniatur hippopotamus, nondum patuit; sed *Ursa major*, quae secundum Champollionem (in *Descript*, *M. C. X*. pag. 35. A. 779—785.) dicebatur *canis* Typhonis, in tabulis astronomicis indicatur figura hipopotami; et eadem quoque est forma dearum Oph, matris Typhonis, ut et Thaoeri, ejus concubinae. Cf. Champoll. Op. cit. pag. 26. A. 447—449. et 450. Typhoni autem et ejus asseclis recte tribui potuit *τὸ ἄδικον καὶ τὸ ἀχάριστον*. Hipopotamus quoque, vel solus vel conjunctus cum crocodilo custos est Inferorum, veluti Cerberus apud Graecos.

εἰς δὲ τὸ κατώτατον μέρος ὄνυχας δύο ἱπποποτάμου] Verba: *εἰς δὲ τὸ κατώτατον μέρος* idem significant, quod supra *κάτω βλέποντας*; nam quod proponit de Pauw, *κακώτερον*, recte inprobatur a D'Orvillio in *Crit. Vann.* pag. 552. Phasian. vertit: *itaque non abs re Aegyptii iidem ad inferiores sceptri divini partes Hippopotami ungulas duas pingunt*; itaque ad *τὸ κατώτατον μέρος* intellexisse videtur *τῶν θείων σκήπτρων*, ut est in fine cap. praeced. Fieri potest ut quaedam hic desint, quibus hoc Hieroglyphicum cnm priori conjungatur, atque ita divinorum illorum sceptrorum descriptio quodammodo conveniat cum ea, quam ex Suida ad praec. cap. citavimus, cuique similem ante oculos habuisse videtur Plutarchus Lib. *de Solert. Anim.* l. l. Attamen pars inferior sceptrorum, quibus Aegyptiorum Dii insigniuntur, hippopotami ungues referre non videtur. Cf. tab. nostr. n°. 54.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 14. putat *hippopotami* rationem hic non esse habendam, quoniam ejus ungues extrinsecus conspici nequeant; itaque de *ungula* tantummodo

esse cogitandum, hanc autem Coptice ⲥⲟⲡ vocari, voce ab eadem litera incipiente, ac ⲥⲓⲙ̄ⲭⲟⲛⲥ, qua *injustum* indicari ait.

Seyffarth Op. cit. pag. 148, in. *hippopotamum* Saturni symbolum facit; et quod Horapollo dicit eum fortiorem factum occidere patrem, interpretatur de Typhone (i. e. ♄) Solis adversario.

CAPUT LVII.

Περιστερὰν] Quod hic de columbis scribit Horapollo, a reliquis historiae naturalis scriptoribus, Aristotele, Aeliano, Plinio aliisve non confirmatur; contra de hujus avis castitate ipse agit Horapollo infra II. 32. Fortasse, ut observavit de Pauw, ad certum tantum genus columbarum pertinent ea impudicitiae indicia; Aelianus certe castos tantum vocat palumbes, turtures (*) et columbas albas. Artemidorus vero *Oneirocr.* II. 20, med. *palumbes* significare putat *πάντως πορνικάς*, sed *columbas mulieres honestas* et *matresfamilias*. Est tamen locus Plutarchi, *de Solert. Anim.* cap. 4. pag. 962. E. qui, prouti nunc legitur, Horapollinis sententiam de columbarum intemperantia quodammodo confirmare videtur: *καὶ περιστεραῖς* [sc. *παραβαλλομένων*] *περδίκων· οἱ μὲν γὰρ ἀφανίζουσι τὰ ὠὰ καὶ διαφθείρουσι τὰς θηλείας, ὅταν ἐπωάζωσιν, οὐ προςδεχομένας τὴν ὀχείαν, οἱ δὲ καὶ διαδέχονται τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν μέρει θάλποντες τὰ ὠά, καὶ ψωμίζουσιν πρότεροι τὰ νεοττία, καὶ τὴν θήλειαν, ἐὰν πλείονα χρόνον ἀποπλανηθῇ, κόπτων ὁ ἄῤῥην εἰςελαύνει πρὸς τὰ ὠὰ καὶ τοὺς νεοττούς.* Sed locum eum comparantes cum alio, Aristotelis *Hist. Anim.*

(*) De turturum castitate et amore conjugali cff. quoque Aristot. *Hist. Anim.* IX. 7. pag. 418. E. et Epiphan. *ad Physiolog.* cap. 10.

IX. cap. 7. pag. 418. et cap. 8. pag. 419, seq., quem Plutarchus ob oculos habuisse videtur (agitur enim ibi quoque de animalium quorumdam, columbarum praecipue, hirundinum, et perdicum solertia), non dubitamus, quin apud Plutarchum columbis tribuantur, quae proprie de perdicibus dicenda fuissent; de columbis cf. Aristoteles l. l. cap. 7. pag. 418. C. de perdicibus idem cap. 8. pag. 420. A.— Putaverim totum hoc caput 57. a Philippo, vel alio quodam, cui praecedens caput vertenti aut legenti, columbarum quoque mores in mentem venerint, reliquis de suo esse additum; certe quae in secunda cap. parte dicuntur de ejus animalis puritate, ab hoc loco prorsus aliena videntur. Caeterum cum explicatione illa, qua per *columbam* significatus fuerit *homo ingratus*, quodammodo conveniunt ea, quae apud scriptorem Arabem, Ahmed-ben-Abubekr, citatum a Klaproth. Op. l. Ep. I. pag. 40. leguntur, qui per *columbam injustitiam* significatam fuisse ait.

παντὸς ἐμψύχου — νοσωδῶς διατιθεμένου, [τοὺς ἐσθίοντας] In nonnullis distinguitur post τοὺς ἐσθίοντας, ac si scriptum esset vb. c. *παντὸς ἐμψύχου — νοσωδῶς διατιθέντας τοὺς ἐσθίοντας*, *quando omnia animata — aegrotos reddunt, qui iis vescuntur;* illud διατιθέντος, varia fortasse olim lectio fuit, ad quem explicandam, verba τοὺς ἐσθίοντας postea glossator aliquis adjecisse videtur; quae, quum prouti locus nunc legitur, otiosa videantur, uncis includenda putavimus.

ὅτι οὐ χολὴν ἔχει τοῦτο τὸ ζῶον] Neque haec confirmantur ab historiae naturalis scriptoribus; Aristoteles certe, ubi agit de animalibus, quae felle carent, inter ea columbam non numerat, *Hist. Anim.* II. 15. pag. 229. E, IV. 2. pag. 541, 542. neque Plinius *Hist. Nat.* XI. 27, sub finem.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 10. dicit *columbam*, Cop-

tis ⲥⲣⲟⲙⲡⲓ dictam, indicasse *hominem injustum*, quoniam vox ⲥⲓⲛ̄ϫⲟⲛⲥ, i. e. *injustus*, *violentus*, ab eadem litera, ⲥ, incipiat.

Seyffarth Op. cit. pag. 157. in. ex iis quae in hoc cap. narrantur de *columba ingrata atque infesta erga bene de se meritos*, efficit hoc animal Saturni symbolum esse, cui planetae idem tribuendum censet; Lunam praeterea et Venerem planetas quoque per *columbam albam* significatos fuisse dicit, ibid. fine.

CAPUT LVIII.

Πόδας ἀνθρώπου ἐν ὕδατι περιπατοῦντας] Valde dubito utrum tale quid in hieroglyphicis inveniatur; fortasse intelligendum de duorum signorum hieroglyphicorum compositione a scriptore minus recte explicata: *pedes humani* in inscriptionibus Aegyptiacis saepissime scribuntur, (vidd. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* Tab. Alphab. n. 25. et vs. 12. *Inscriptionis Rosettanae*, quam citavimus in tab. nostr. nº. 32. *c.*) et plerumque determinant verba *motum* vel *quietem* significantia. Cf. Rosellini *Monum. Aeg. et Nub.* Parte II. Tom. I. pag. 347, seqq. De *linea undulata*, *aquae* hyeroglyphico, adnotavimus supra ad cap. 21. pag. 223.

De Goulianof Op. cit. pag. 17. per paronomasiam hieroglyphicum hoc explicandum putat: *hominem ἀκέφαλον*, Coptice reddit ⲁⲧϫⲱ, quae vox in Lexicis non invenitur, sed cum analogia linguae Copticae convenire ei videtur; τὸ ἀδύνατον γενέσθαι vertit ⲁⲧϫⲱⲙ.

Seyffarth. Op. cit. pag. 177, in. et 183, fine, vocem ἀδύνατον vertens *fortissimum*, ϫⲱⲙ, per *pedes* statuit indicari Martem planetam, quoniam veluti hic, sic et pedes *perfortes sint in agendo*.

CAPUT LIX.

Βασιλέα κάκιστον] De Pauw pro *κάκιστον* corrigendum putat *ἄριστον*, atque in seqq. pro: *τὸν βασιλέα τοῦ κοσμοῦ κρατεῖν* conjicit: *τὸν βασιλέα τῷ κόσμῳ κρατεῖν*, vertens: *regem decenter imperare*, *τῷ κόσμῳ* pro *κατὰ κόσμον* posito, quoniam hoc loco de rege orbi imperante sermo esse non possit, de quo infra cap. 61. demum agitur. Sed quod ad posteriorem illam mutationem, qua prior nititur, praeterquam quod nullius Codicis auctoritate confirmatur, dubitandum videtur, utrum *τῷ κόσμῳ* ita usurpetur pro *κατὰ κόσμον*, praesertim quando articulus additur; quod autem cap. 61. iterum de eodem argumento agi dicit, nullam difficultatem adfert, quandoquidem et saepius hoc fit apud Horapollinem, et vox *πάλιν* quae in initio cap. 61. legitur, indicare videtur de re actum iri, quae ante jam fuerat memorata; quapropter, si lectio *τὸν βασιλέα τοῦ κόσμου κρατεῖν* retinenda est, verissima videtur Merceri conjectura, qua pro *κάκιστον* legitur *κράτιστον*, quam probavit quoque Bochart. *Hieroz*. II. pag. 406.

κοσμοειδῶς ἐσχηματισμένον] haec explicantur iis quae sequuntur: *οὐ τὴν οὐρὰν ἐν τῷ στόματι ποιοῦσι;* quo hieroglyphico *τὸν κόσμον* indicari apud Aegyptios scriptor docuit supra cap. 2. Cf. adn. pag. 123, seqq.

τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὄφεως παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶ Μεισί.] Bochart. Hieroz. I. pag. 1066. et II. pag. 764. vocem hanc derivandam censet ab Hebraeorum נָחָשׁ, litera מ in נ mutata. Scaliger *de Emend. Temp*. III. pag. 194. legendum putat *Νεισί* eoque nomine significari apud Coptos *τὰς ἐπαγομένας*. Salmasius *Epistolarum*. I. Ep. LX. ad Golium pag. 133. lectionem vulgatam contra Scaligerum defendit, dicens, eo nomine vocari *serpentem, ore caudam*

apprehendentem ex ⲙⲉⲓ, qua *caudam* indicari putat, et ϭⲓ· i. e. *capere.* Jablonski, qui has duas virorum doctorum sententias memoravit, vocem ⲙⲉⲓ talem significationem habere negat; sed scribendum conjicit *Μεσὶ*, vel Coptice ⲙⲉϩϭⲓ, quod significet *complementum capiens*, (a ⲙⲉϩ *plenum*, *plenitudo*, et ϭⲓ *capere*), eoque nomine ab Aegyptiis dictum fuisse *annum cui quinque ἐπαγομέναι essent additae.* Cff. ejus *Opusc.* I. pag. 133, seqq. et 160, IV. pag. 92. in adnot. Alia ratione Seyffarth in Op. quod saepius citavimus, pag. 164. med. nomen Coptice scribendum ait ⲙⲏ-ⲏⲥⲓ, i. e. *dilecta Isidis.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. p. 22, 23. hoc caput mira ratione ad doctrinam suam acrologicam accommodare conatus est; quomodo enim ex verbis: *οὐ τὴν οὐρὰν ἐν τῷ στόματι ποιοῦσι* efficiat, *serpentem illum circulum figurare, sed non ab omni parte clausum, non intelligo;* deinde nomen *serpentis Μεισὶ* Aegyptiacum putat ⲙⲓⲥⲓ; et, fortasse quoniam *κάκιστος* ejus interpretandi rationi non faveat, alias duas voces substituit ⲙ̄ⲃⲟⲛ, et ⲙⲟⲥϯ, (quarum haec *odium* illa *furorem* significat), quoniam et haec sint *vitia tyrannorum.*

Seyffarth Op. cit. p. 164, med. ex sua nominis *Μεισὶ* interpretatione, (vid. supra) *anguem* refert ad *Isidem* (i. e. ☾) et Venerem planetas.

CAPUT LX.

Ἑτέρως δὲ βασιλέα φύλακα δηλοῦντες] De Pauw pro *φύλακα* corrigendum putat *φιλόκαλον*, atque in seqq. *φύλαξ ἐστὶ τοῦ παντὸς κόσμου*, vertendum esse: *custos est omnis ordinis boni*, quoniam post *βασιλέα* inepte sequatur *φύλακα ζωγραφοῦσιν*, et illud *ἑτέρως* indicare videatur, eandem vel similem personam alio modo describi. Sed quamquam *βασιλέα φύλακα* praecedit, recte tamen additur alterum illud,

quo indicatur, non amplius *nomen regis* in serpentis spira inscribi, sed loco ejus ibi pingi *custodem*, atque hac ratione, et quoniam serpens ille *vigilantis* habitu effingitur, hoc hieroglyphicum differt a priori; quod autem praecedit ἑτέρως, pertinet hoc ad βασιλέα, qui nunc non amplius ut κράτιστος, sed ut φύλαξ est indicandus. Caeterum, quod me monuit Cl. Reuvens, *serpentem vigilantem* intelligere possumus *uraeum* media corporis parte erectum, qualem in tab. nostr. depinximus nº 6. quemque regum quoque capitibus imponi diximus in adnot. ad cap. 1. pag. 119; φύλακα autem *canem aureum*, cui animali in hieroglyphicis *custodiendi* significationem saepe tribuendam esse docuit Champoll. Cf. adnot. nostra ad cap. 40. pag. 259.

*καὶ ἑκαστότε * τὸν βασιλέα ἐπεγρήγορον εἶναι.*] De Pauw recte ut videtur, hic aliquid deësse putat, supplens δεῖ, cui conjecturae lacuna, quae adest in Cod. Paris. B. favere videtur.

De Goulianof Op. cit. pag. 17, 18. *regem custodem* ita per paronomasiam significatum fuisse statuit; *regem* enim Coptice ⲟⲩⲣⲟ, *custodem*, *praepositum* ⲟⲩⲣⲓⲧ, et *basiliscum* eadem lingua ⲟⲩⲣⲁⲓ dici: praeterea Philippum reddentem: ἀντὶ δὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως φύλακα ζωγραφοῦσιν, male vertisse, quoniam φύλαξ loco nominis regis scribi non potuerit, sed loco regis ipsius; *serpentem* autem Aegyptiace ϩⲟϥ dici, et *custodire* dialecto Sahidica ϩⲁⲣⲉϩ.

CAPUT LXI.

*Ὁ γὰρ βασίλειος οἶκος παρ' αὐτοῦ * ἐν τῷ κόσμῳ.*] Codd. et Edd. hic lacunam indicant; in Merc. editione, quae in Bibliotheca Lugd. Batava servatur, ab aliquo adscriptum est »nihil deëst"; attamen quomodo locus, veluti nunc sese habet, recte explicetur, non video. Mercerus supplendum putat κυβερνᾶσθαι, vel ὑπάρχει »ut intelligatur ab eo non se-

»cus regi mundum, ac domum regiam, quae in orbis am»
»bitu utique continetur." Phasian. vertit: *siquidem domus regia in ipso terrarum orbe unica exstitit;* itaque legisse videtur: ὁ γὰρ βασίλειος οἶκος ἐν αὐτῷ τῷ κόσμῳ μόνος ὑπάρχει. De Pauw vocem κράτος intercidisse putat, atque legendum: ὁ γὰρ βασίλειος οἶκος παρ' αὐτοῦ κράτος ἐστὶν ὁ κόσμος, *domus enim regia, pro modo ejus imperii, totus est orbis habitatus;* ἐστὶν semel in ἐν mutato, ὁ κόσμος facile quoque transire potuit in τῷ κόσμῳ. Spatium quod in Ald. inter voces αὐτοῦ et ἐν relinquitur, huic conjecturae non adversatur.

CAPUT LXII.

Μόνον — βασιλέα ἔχει] De rege apium, et quomodo illi obediant apes cff. Aristot. *Hist. Anim.* V. 22. pag. 314. A. B, IX. 40. pag. 439. B. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 59, 60. V. 10, 11. Tzetzes Chil. IV. 125. vs. 110. Glycas *Annal.* pag. 40. C, D. Seneca *de Clementia* I. 19. Plinius *Hist. Nat.* XI. 5, 16, 17. Apostolius Cent. VII. prov. 72.

ἐκ τῆς τοῦ μέλιτος *] Lacunas, quas Codd. et Edd. hoc loco habent, diversis modis implere conati sunt viri docti. Phasian. locum aut circumscripsit, aut aliter legit; vertit enim: *ex illius itidem apis mellificatione atque opere assiduo, nec non ex aculeo, operationem variarum rerum, quae ad usum humanum necessariae sunt, atque potentiam inprimis praeparandam esse statuerunt. Quae duo ad gubernationem civitatis maxime pertinere, et caeteris rebus conducibiliora esse judicaverunt.* — Ex hoc Horapollinis capite Champollion explicavit *apem*, quae in monumentis Aegyptiacis, simul cum aliis signis, *regem* significantibus, praecedere solet pronomina regum; quibus igitur significari putabat: *regem populi obedientis.* Cf. ejus

Op. de *Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 236, tab. gen. n° 270. *a.* add, pag. 340, et 348. — Diversam *apis* in hieroglyphicis significationem memoravit Amm. Marcell. XVII. pag. 100. (*Ed. Lindenbr.*): »perque speciem *apis mella conficientis* »indicant *regem:* moderatori cum jucunditate aculeos quo- »que innasci debere his signis ostendentes." Atque hanc interpretationem postea admisit Champoll. statuens *apem* in ea phrasi addi tamquam signum determinativum vocis ⲥⲟⲩⲧⲉⲛ, qua *rex* indicatur. Cf. Franc. Salvolini in *Ep. de Hierogl. Obelisci Luqsoriensis* pag. 4. (*). Apem illam vide in tab. nostr. n° 55.

Alia quoque ratione Aegyptios in hieroglyphicis regem indicasse, auctor est Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 36. p. 365. B. *καὶ θρίῳ βασιλέα καὶ τὸ νότιον τοῦ κόσμου γράφουσι, καὶ μεθερμηνεύεται τὸ θρίον ποτισμὸς, καὶ κίνησις πάντων, καὶ δοκεῖ γεννητικῷ μοιρίῳ τὴν φύσιν ἐοικέναι. et* ficus folio regem, *ac* meridionale mundi clima *pingunt*, *interpretanturque* folium ficus irrigationem et foetationem omnium: *videturque natura simile genitali membro:* ad quem locum Wyttenb. *βασιλέα* Osiridem intelligendum, et pro *θρίῳ* fortasse *θρύῳ* legendum esse adnotavit, qua voce *junci* genus, *palustris herba* indicatur. Monumenta autem, quod sciam, rem istam nondum confirmarunt.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 163, fine, *apis* Jovis planetae symbolum vocatur.

CAPUT LXIV.

Παντοκράτορα]. De Pauw. recte adnotat de Deo eam vocem hîc usurpari, neque amplius de rege terrestri esse cogitandum. Summus enim Aegyptiorum deus, Amon Chnu-

(*) *Lettre a Monsieur Champollion Figeac sur les hiéroglyphes de l'obélisque du Louqsor, publiée par* L'EUROPE LITTÉRAIRE, Livraison du 23 Janvier 1834.

phis, quem bonorum omnium auctorem habebant, ideoque ἀγαθὸν δαίμονα vocabant, (cf. Euseb. *Praep. Euang*. I. 10. quem laudavimus supra, in adn. ad cap. 2. pag. 123.) colebatur ab iis, forma *serpentis*, *barba et pedibus humanis instructi*, (vid. tab. nostr. n°. 18.); saepe quoque Amon-Chnuphis in monumentis exhibetur vectus navi sua symbolica, et cinctus eodem hoc serpente. Cf. Champoll. *Panth. Aeg*. ad tab. 3. a. in *Descript. M. C. X*. pag. 42. B. 123, 124. et in Op. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 143, seqq. add. Jablonski in *Panth. Aeg*. Lib. I. 4. §. 3. — Hieroglyphicum autem hoc receperunt quoque Gnostici, atque in primis Ophitae, in quorum monumentis saepissime effingitur serpens iste, leonino capite plerumque instructus. Cf. Matter *Hist. Crit. Gnost.* I. pag. 272, II. pag. 184. et in Explic. tab. pag. 31, seqq.

οὕτω παρ᾽ αὐτοῖς — ἐστι πνεῦμα.] Fortasse pro οὕτω, legendum erit οὗτος, sc. ὁ ὄφις. Verbum ἐστὶ de Pauw recte explicat *symbolum est*, *significat*.

Seyffarth. Op. cit. pag. 165. ex hoc cap. et ex praecedenti efficit per *serpentem integrum* indicatum fuisse regem, i. e. Solem planetam; *dimidiatum* vero *serpentem* significasse *Jovem*, in astrologia Aegyptiorum.

CAPUT LXV.

Δύο πόδας ἀνθρώπου ἐν ὕδατι περιπατοῦντας] Supra, cap. 58. dicitur iisdem signis indicari *illud*, *quod fieri non potest;* itaque valde dubito, an duae hae explicationes ab eodem scriptore profectae fuerint; quin et utramque ab homine hieroglyphicarum inscriptionum imperito additam putaverim.

ἀπὸ τῆς τοῦ ἔργου ὁμοιότητος δηλοῦσι] Codd. nonnullorum et Edd. lectionem τοῦ ἐρίου, vitiosam esse, jam indicaverat Pierius *Hierogl.* Lib. XXXV. cap. 42. veram scriptionem τοῦ ἔργου, conjectura jam assecutus, quam proba-

runt Hoesch. et de Pauw, et confirmarunt quoque Codd. Pariss. A. B. Inopportuna illa ἐρμοῦ mentione in errorem inducti, fuere qui pro γναφέα, legendum putarent γραφέα, quod ipsum legitur in Cod. Paris. C.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 22. adnotat, *pedem* Coptice dici ⲣⲁⲧ, *fullonem* vero ⲣⲁϩⲧ; itaque per acrologiam alterum pro altero scribi.

Seyffarth Op. cit. pag. 184, in. *pedes geminos* Saturnum indicare ait, quoniam *ars fullonica* huic planetae sacra sit.

CAPUT LXVI.

Σελήνης σχῆμα καθὸ καὶ πρόκειται] Cf. supra cap. 4. adnot. pag. 183, seq. et tab. nostr. n°. 25. — Salmasius ad Solinum pag. 454. ea quae sequuntur, ita corrigenda putat: ἔχον εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ἀριθμὸν, ἡμέρας σημαίνοντα, ἐξ εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν τῆς ἡμέρας ὑπαρχούσης, ζωγραφοῦσι, vertens: *ut mensem significarent, pingebant Lunae faciem habentis viginti octo numerum, qui numerus dies designabat, quibus Luna apparet;* addi autem ἐξ εἴκοσι τεσσάρων, κ. τ. λ. usque ad ὑπαρχούσης, ne quis acciperet de *die naturali*, qui ortu et occasu solis terminatur. At, prouti observavit de Pauw, lectio ea nimis a Codd. recedit, quam ut admitti possit; itaque ipse minori mutatione, pro ἰσημερινὰς, legendum conjicit ἰσημοίρας, (vel potius ἰσημοίρους, D'Orville *Crit. Vanni* pag. 552.) atque intelligit de *lunae cavae* figura, in qua depicti essent viginti et octo dies aequales et ejusdem mensurae, singuli constantes horis viginti et quatuor. — Idem vir doctus, cujus verba ad cap. 4. (adn. nost. pag. 136, seq.) memoravit Hoesch. de hoc loco ita censebat: » Luna singulis mensibus viginti » octo dies ἐν πλάτει sumtos conspicua est, reliquos vero „ dies (nam spatium unius mensis integri, cum vulgo 30

» dierum esse statuit) sub radiis solaribus occultatur. Solet » enim in regionibus australibus, qualis est Alexandria » Aegypti, ubi hic auctor vixit, altera fere post novilu- » nium die luna rursus conspici. Quando igitur mensem » exprimit ea figura, quo luna apparet, dum 28 dies com- » plectitur, numerationis initium a primo apparitionis die » facit, signumque mensis hieroglyphicum eam vult esse » figuram, quam Luna die apparitionis suae ultima reprae- » sentat." — Posterior saltem hujus hieroglyphici pars, a Philippo, vel a glossatore quodam addita videtur, cui opi- nioni favent quodammodo Codd. Paris. A. in quo, omissis verbis ἔχον εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, legitur: καθὸ καὶ πρόκειται, ἢ ἡμέρας ἰσημερινὰς κ. τ. λ., et Paris. C. in quo omitti- tur ὑπαρχούσης.

καθ' ἃς καὶ ἀνατέλλει, ταῖς δὲ λοιπαῖς δύο ἐν δύσει ἐστί.] Dies illi 28 sunt, quibus luna apparet. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 42. pag. 376. F. ἐτῶν δ' ἀριθμὸν οἱ μὲν βιῶ- σαι τὸν Ὄσιριν, οἱ δὲ βασιλεῦσαι λέγουσιν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν· τοσαῦτα γάρ ἐστι φῶτα τῆς σελήνης, καὶ τοσαύταις ἡμέραις τὸν αὐτῆς κύκλον ἐξελίσσει. — Δύσις hoc loco significat *occasum heliacum;* qui tamen ab astronomis, secundum Geminum, in cap. 11. in Arati *Phaenom.* κρύψιν dicebatur; Stobaeus vero in *Eclog.* I. 25. loco quem supra, pag. 132. citavimus, secundum Chrysippum δύσιν ait δίχως — λέγεσ- θαι, τὴν μὲν κατὰ τὴν ἀνατολὴν, τὴν δὲ κατὰ τὴν ἐπιτολήν.

CAPUT LXVII.

Ἅρπαγα βουλόμενοι σημῆναι, κροκόδειλον ζωγραφοῦσι] De Crocodilis cff. Herod. II. 68, 69, 70, 148. Aristot. *Hist. Anim.* I. 1. pag. 193. B, I. 12. pag. 204. A, II. 10. pag. 223. D, III. 1. pag. 235. F, V. 33. pag. 322. A, VIII. 2. pag. 377. D, cap. 15. pag. 394. C. et *de Part. Anim.* IV. 11. pag. 567. B, C. Diod. Sic. I. 35. pag. 41.

Wessel. et 89. pag. 99. Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 75. pag. 381. B, C. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 33, III. 11, V. 23, 52, VIII. 4, 25, IX. 3, 58, X. 21, 24, 47, XII. 15, 41, XVII. 6. Photius in *Biblioth.* Cod. CCXLII. pag. 1048. Plinius *Hist. Nat.* VI. 20, VIII. 25. Seneca *Nat. Quaest.* IV. 2. — Secundum Artemid. *Oneirocr.* III. 2. *Κροκόδειλος πειρατὴν, ἢ φονέα, ἢ οὐδὲν ἧττον ἀπονενοημένον ἄνθρωπον σημαίνει.* — Caeterum, quum multa, quae sibi contraria esse videntur, de crocodilis eorumque cultu, apud scriptores veteres narrentur, Vir Cl. Geoffroy de S[t]. Hilaire, in *Magna Descript. Aegypti*, Tomo XXIV. pag. 400, seqq. adjutus consiliis et doctrina Champollionis docuit, duas esse species crocodilorum, alteram minorem et longe quoque a fluvio, in interioribus Aegypti tractibus degentem, suoque adventu Nili incrementa adnuntiantem, praecipue ab incolis fuisse cultam, hanc autem vocatam fuisse *Suchum*, (*) vel potius ⲡⲓ ⲥⲟⲩⲭⲓ; alteram vero speciem voracissimam et semper prope flumen habitantem, Aegyptiis fuisse invisam, eamque vocari ⲙ̄ⲥⲁϩ. (†) Cff. in primis ejusdem operis pag. 458. et 544.

πολύγονον καὶ πολύτεκνον] Recte de Pauw animadvertit vocem *πολύγονον* hic abundare, quum sequens *πολύτεκνον* explicet, quare *πολύγονον* crocodilus indicaverit; ut autem et *rapacis* significationis ratio reddatur, legendum conjicit: *διὰ τὸ πολυκτόνον*, vel *πολυφόνον*; posterius, quum magis cum lectione vulgata conveniat, verius videtur; fortasse quoque legi poterit *πολυφάγον*, quod et ipsum cum *rapacitate* hujus animalis convenit; de qua Horapollo ite-

---

(*) Photius in *Biblioth.* Cod. CCXLII. pag. 557. Hoeschelii: *Ὁ Σοῦχος δίκαιος· ὄνομα δὲ κροκοδείλου, καὶ εἶδος ὁ Σοῦχος· οὐ γὰρ ἀδικεῖ ζῶον οὐδέν.*

(†) Herod. II. 69. *Καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι.*

rum infra, II. 81. Aelian. l. c. X. 23, in. *Κροκόδειλος — φύσει δειλός ἐστι, καὶ κακοήθης δέ, καὶ πανοῦργος δεινῶς, καὶ ἁρπάζει μὲν καὶ ἐπιβουλεύει μάλα ὀξέως.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 50. pag. 371, C. narrat, crocodilum ab Aegyptiis Typhoni fuisse consecratum; secundum Diod. Sic. III. 4. pag. 176. *Wessel.* in hieroglyphicis *omnem malitiam*, secundum Clem. Alex. *Strom.* V. 7. pag. 670. *Potteri*, *impudentiam* significat.

πολύτεκνον] Aristoteles, Aelianus, Plutarchus, ll. cc. dicunt, crocodilum sexaginta ova parere.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 18. statuit *crocodilum* Coptice dictum fuisse ⲥⲟⲩϫⲓ, et propterea quoque *furentem*, ⲥⲟϫ vel ⲥⲁⲗⲁϭⲉ, et *rapacem*, *furem*, ϭⲟⲛⲓ vel ⲥⲓⲟⲩⲓ, per illud animal indicari; de voce ⲥⲟⲩϫⲓ iterum egit in Ep. II. pag. 33. Sed mirum foret, si Aegyptii ei crocodilorum speciei, quae mansueta erat, et bona iis adnunciabat, odiosam significationem *rapacis* atque *furentis hominis* tribuissent, quae significationes multo melius conveniunt in alteram illam crocodilorum speciem voracissimam, ab Aegyptiis, ut supra diximus, ⲙⲥⲁϩ dictam; de qua si, prouti nobis videtur, hic cogitandum sit, hieroglyphicum hoc certe ex doctrina acrologica explicari nequit.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 166, in. *crocodilus terrestris* ob *rapacitatem et insaniam*, quae ad Martem referuntur, hujus quoque planetae symbolum dicitur; *crocodilum* vero *aquaticum* Saturni symbolum putat.

CAPUT LXVIII.

Ἐπειδήπερ παντὸς σώματος ζώου οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνονται] Trebatius vertit: *hujus enim oculi maxime lucent*, quasi scriptum esset: *οἱ ὀφθαλμοὶ μάλιστα ἀναφαίνονται.* Gesnerus in libro *de Animal. Vivip.* et Bochart. *Hierozoic.* II. pag. 781. corrigendum putant: *ἐπει-*

δὴ πρὸ παντὸς σώματος ζώου οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνονται, et vertunt: *quoniam ante reliquum corpus oculi hujus ferae ex profundo aquae emicant*; quae correctio, si *βυθὸς* de *flumine*, aut de *quavis aqua* dici recte possit, magnam habet veri similitudinem; nam si vulgatum retineamus, genitivus *παντὸς σώματος* non habet, unde pendeat, neque enim ab *οἱ ὀφθαλμοὶ*, qui quidem *ζώου*, non vero *σώματος ζώου* dici possunt, neque a *βυθοῦ*, nam *τὸ βυθὸς τοῦ σώματος* non magis explicari poterit. Fortasse conjiciat quis: *ἐπειδήπερ πάντος σώματος πρῶτον* (vel *πρῶτοι*) *οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνονται*. Aristot. *Hist. Anim.* II. 10. pag. 228. D. *οἱ δὲ κροκόδειλοι οἱ ποτάμιοι ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς μὲν ὑός, — βλέπουσι δ' ἐν μὲν τῷ ὕδατι φαύλως, ἔξω δὲ ὀξύτατον*. Plutarch. loco, quem ad praec. cap. citavimus: *μόνου δέ φασιν ἐν ὑγρῷ διαιτωμένου ταῖς ὄψεις ὑμένα λεῖον καὶ διαφανῆ παρακαλύπτειν ἐκ τοῦ μετώπου κατερχόμενον, ὥστε βλέπειν μὴ βλεπόμενον, ὃ τῷ πρώτῳ Θεῷ συμβέβηκεν*.

CAPUT LXIX.

Κροκόδειλον κεχυφότα] In papyris funebribus saepissime exhibentur crocodili, sed *ἐπιστρεφόμενοι* potius, quam *κεκυφότες*; capite enim averso pinguntur. Cf. vb. c. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium*, Ep. I. pag. 33. Champoll. in descriptione sepulcrorum regum Aegyptiorum, mentionem quoque facit picturae, in qua discus solis profectus ab Oriente accedit ad *Occidentem*, quam plagam per *crocodilum* indicari ait; doleo virum doctissimum non addidisse, quo habitu crocodilus iste ibi exhibeatur. Cff. ejus *Epistolae scriptae ex Aeg. et Nub.* Ep. XIII. pag. 228.

αὐτότοκον γὰρ καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον.] Trebat. vertit: *est enim hoc animal rotundum et promiscue parit*; itaque aliam lectionem secutus videtur. Vocem *αὐτότοκον* huc irrep-

sisse puto, errore describentium, quibus e cap. 67. verba *πολύγονον* et *πολύτεκνον*, ante oculos versabantur; easque facile carere possumus, quoniam non explicat, quare per *crocodilum κεκυφότα*, *occasus* indicatus fuerit. Alterum illud *κατωφερής*, saepissime quidem sensu, quo accepit Mercerus, usurpatur de homine, qui *proclivis est ad aliquid*, ut *ad Venerem*, vb. c. apud Diod. Sic. I. 88. pag. 98. *Wessel.* *τὸ μὲν γὰρ ζῶον* [sc. hircum] *εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας.* Clem. Alex. *Strom.* VII. cap. 6. pag. 850. *Potteri*: *καὶ ἄλλοι διὰ τὸ κατωφερὲς εἰς συνουσίαν εἶναι τὸ ζῶον* [sc. suem] *οὐκ ἐσθίουσιν.* Sed hoc loco significat, *quod deorsum fertur*, *pronus*; ut vb. c. apud Xenoph. *de Venat.* V. §. 30. *ἔχει γὰρ κεφαλὴν κούφην, μικρὰν, κατωφερῆ.* Sext. Empir. *adv. Physic.* II. §. 80. *εἴτε γὰρ ἀπὸ τοῦ μέσου νοοῖτο κινούμενα τὰ στοιχειώδη σώματα, ὡς ἐπὶ τὰ πέρατα, λυθήσεται τὸ πᾶν· ἑκάτερον γὰρ ἀπὸ θατέρου χωρισθὲν, ὡς ἐπὶ τὴν ἰδίαν δραμεῖται κίνησιν· τὸ μὲν ἀνωφερὲς, ἐπὶ τὴν ἄνω· τὸ δὲ κατωφερὲς, ὡς ἐπὶ τὴν κάτω.* — Caeterum Champoll. ex hoc capite et e praecedenti explicat, quare saepe deus *Lunus* exhibeatur *stans supra crocodilos*, quoniam haec animalia *ortus* et *occasus* sint symbola. Cf. ejus *Panth. Aeg.* explic. tab. 14. *f.* bis. et ter. Praeterea, deus Aegyptiorum, quem eum Saturno Graecorum convenire putat Champoll. (cff. ejus *Panth. Aeg.* explic. tab. 27. (1.) *Descript. M. C. X.* p. 25. A. 444. seqq. p. 46. B. 231. et Op. *de Hierogl. Vet. Aeg.* in Expl. tab. n° 66. et 82.) quemque ex inscriptionibus hieroglyphicis Seb, Sev, Sewek, Sevek vocandum statuit, capite *crocodili* saepe insignitur. Idem Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab. 22. ex monumentis Aegyptiacis docet, *phaenomena coelestia* exprimi, per *diversas crocodili partes.* — Clem. Alex. *Strom.* V. cap. 7. p. 670. *Potteri*, per *crocodilum tempus* indicari ait, ideoque Ae-

gyptiorum nonnullos solem ejus capiti interdum imponere solere. Idem narratur ab Eusebio in *Praep. Euang.* III. cap. 11. qui tamen huic animali τοῦ ποτίμου ὕδατος significationem tribuit.

Secundum Seyffarth Op. cit. pag. 165, fine, *crocodilus*, Saturni et Martis symbolum, significat *occasum solis*, id est hujus planetae descensum ad hemisphaerium infernum, cujus dominus ab astrologis ♄ habebatur.

CAPUT LXX.

Σκότος δὲ λέγοντες, κροκοδείλου οὐρὰν ζωγραφοῦσιν.] Haec quoque explicatio monumentis confirmata est. Saepe enim in inscriptionibus hieroglyphicis *crocodili cauda* determinat vocem ⲕⲁⲕⲉ, sive ϫⲁⲕⲉ, significantem *nigrum*, *obscurum*. Cf. Salvolini in *Ep. de Hierogl. Obel. Luqs.* pag. 8. Ejus imaginem vide in tab. nostr. n° 56. Champoll. in *Panth. Aeg.* tab. 30. g. exhibet navem Luni-Hermetis, cujus partem anteriorem recurvatam, ad *crocodili caudae* similitudinem formatam esse conjicit, cui signo tunc significatio ab Horapolline hîc memorata, satis apte convenire opinatur.

εἰ μὴ ——ἄτονον παρασκευάσει.] Codd. nonnulli et Edd. ἄτονον, minus recte, ut facile apparet.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 18. statuit *tenebras* indicatas fuisse per *caudam crocodili*, quoniam *tenebrae* Coptice ϫⲁⲕⲓ, et *crocodilus* ϫⲁⲣⲟⲩⲕⲓ dicantur, vocibus ab eadem litera, ϫ, incipientibus. Sed Horapollo non dicit *crocodilo* hanc significationem esse tribuendam, verum *caudae crocodili*. Igitur neque hoc caput per acrologiam explicari posse videtur.

Seyffarth Op. cit. pag. 165, fine, *caudam crocodili tenebras* significasse dicit, quoniam hae Saturno planetae subjectae sint.

ADNOTATIO

AD

HORAPOLLINIS NILOI

HIEROGLYPHICORUM

LIBRUM SECUNDUM.

Τὸν λόγον ὑγιῆ σοι παραστήσομαι] Supra I. cap. 35, fine, eodem modo pronomen *σοί* additur. Hoeschel. ex hoc libri secundi initio, in prioris libri principio *προσφώνησιν* deësse conjicit. — Caeterum, Merc. suspicatur priora capita usque ad 31. mutila esse, quoniam in iis ratio non addatur signorum hieroglyphicorum, quae decribuntur; aut fortasse eorum rationes dedita opera omisisse scriptorem, quippe universe satis cognitas. Quam sententiam de Pauw ex ipso hujus libri initio recte improbasse videtur; dicit enim scriptor se reliquorum quidem hieroglyphicorum idoneas rationes daturum esse, ea vero, quae neque in aliis scriptis, rationibus additis, explicata sunt, primum subjecisse. Itaque haec leguntur in prioribus 30 capitibus.

CAPUT I.

Θεὸν σημαίνει] Supra Lib. I. 13. dixerat per *stellam* indicari *θεὸν ἐγκόσμιον*. Cf. adnot. nostra pag. 190, seq. et tab. n°. 31. *q*. In seqq. verba *ποτὲ δὲ δειλὴν* Trebatius in versione sua omisit.

δειλὴν — νύκτα — χρόνον] In inscriptionibus hieroglyphicis *stella* universe adhibetur ad *quamvis temporis divisionem* determinandam. Cf. Salvolini *in Epp. ad Gaz-*

zeram Ep. I. pag. 30. et 32. Ubi autem *horae diei* atque *noctis* humana figura exhibentur, hae *stellam* capiti manibusve impositam habent, *horae* vero *diei solis discum*, veluti apparet ex loculo mumiae Musei Lugd. Batavi, unde depingendas curavimus in tab. nostr. imagines 31. *b.* et 31. *c.* Cff. quoque Champoll. in *Epistol. Script. ex Aeg. et Nub.* Ep. VIII. pag. 105, XIII. pag. 229. — Caeteris hujus hieroglyphici significationibus addi potest, *stellam* saepe poni post *siderum nomina*, tamquam signum determinativum. Cf. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* Explic. tab. pag. 32. n° 239.

De Goulianof Op. cit. pag. 18. *stellam* putat significasse *tempus*, quoniam hoc ⲥⲛⲟⲩ, illam vero ⲥⲓⲟⲩ vocaverint Aegyptii. Cf. quoque Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 19.

Seyffarth Op. cit. pag. 171, med. *stellam* symbolum vocat Martis planetae. Cf. adn. nostra pag. 196.

CAPUT II.

Καὶ ἀετοῦ νεοσσὸν, κ. τ. λ.] Locus corruptus, ad quem restituendum diversas conjecturas proposuerunt interpretes, quas in apparatu critico memoravimus. Causs. pro *κυκλοειδὸν*, legens *τυλοειδὲς*, interpretatur: *id quod calli speciem habet, robustum*, quod tunc recte conveniat cum *ἀῤῥενογόνον*, atque *νεοσσὸν* explicat ex more Graecorum recentiorum, accusativum pro nominativo usurpantium. De Pauw duplicem loci explicandi rationem exhibet: alteram, qua *καὶ ἀετοῦ νεοσσὸν* pertineat ad praeced. caput (*), et reliqua ita scripta: *Ἀῤῥενογόνον καὶ κύκλῳ ἠδὺν σημαίνει σπέρμα ἀνθρώπου*; alteram, qua, distinctione post *νεοσσὸν* sublata, legatur: *Καὶ*

(*) Huic conjecturae favere videretur, quod in Cod. Paris. A. capitis titulus omittitur, nisi et in aliis capitibus, vb. c. 8. et 86. hujus libri, idem Codex titulos omisisset.

ἀετοῦ νεοσσὸν ἀῤῥενογόνον, καὶ κύκλῳ ἡδὺν σημαίνει ἢ σπέρμα ἀνθρώπου, ita ut intelligatur *ὁ ἀστήρ;* verba: *κύκλῳ ἡδὺν* explicat de eo, *quod omnibus acceptum est, quo omnes delectantur*. — Fortassè ab initio deëst nomen signi quo *ἀετοῦ νεοσσὸς* et seqq. indicata dicantur; sin minus, illud *καὶ* additum puto, quod, quum in sup. cap. dixisset *hominis masculi animum* per *stellam* indicari, nunc agat de alia ratione, qua *ἀῤῥενογόνον* significetur; atque tunc pro *νεοσσὸν* cum Mercero legendum est *νεοσσός;* ut autem illud *κυκλοτηδὸν*, vel, prouti correxit Merc. *κυκλοειδὲς* explicetur, ubi additur voci *ἀῤῥενογόνον*, i. e. *id quod viros procreat*, fortasse adjuvabit locus Aristot. *Hist. Anim.* VII. 1, fine. pag. 484. B. *ἔτι τὰ μὲν λεπτὰ τῶν σπερμάτων ἄγονα· τὰ δὲ χαλαζώδη* [i. e. *grandinis speciem habentia* ideoque *rotunda*] *γόνιμα, καὶ ἀῤῥενογόνα μᾶλλον, τὰ δὲ λεπτὰ καὶ μὴ θρομβώδη, θηλυγόνα;* ita ut legi possit: *Καὶ ἀετοῦ νεοσσὸς ἀῤῥενογόνον καὶ κυκλοειδὲς σημαίνει σπέρμα ἀνθρώπου. Et aquilae pullus mares procreans et rotundum significat semen hominis.* Interpretatio ea, qua *aquilae pullus prolem masculam* significet, confirmatur quodammodo, loco Achmetis in *Oneirocr.* cap. 286, med. *Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι μετὰ ἀετοῦ ἡμέρου ἐκκυνήγει, τέκνον ἄρσεν εὑρήσει κραταιῶς βασιλεῦσον, καὶ ἐπιχαρήσεται αὐτῷ, εἰ δὲ οὐκ ἔχει, γεννήσει ἐκ παντός.* — Magnam quoque verisimilitudinem habere videtur conjectura, quam Cl. Reuvens, post impressum Horapollinis textum, mecum communicavit: *Καὶ κύκλος ᾠὸν σημαίνει ἢ σπέρμα ἀνθρώπου;* tunc saltem posterior hujus capitis pars, monumentis Aegyptiacis confirmatur; cui figura vid. in tab. nostr. n° 59. *a*, 59. *b*. in picturis autem symbolicis, *τὸ σπέρμα* parvis circulis indicatum vid. vb. c. in *Descript. Aeg.* Antiq. Vol. II. tab. 86. fig. 1.

Secundum Seyffarth Op. cit. pag. 164, med. *aquila* indicavit Solem planetam, in Astrologia Aegyptiorum, et pag. 156, med. *aquilae pullus* symbolum dicitur Jovis, ob *semen* huic planetae sacrum.

CAPUT III.

Δύο πόδες συνηγμένοι] Causs. ex lectione, quam Pierius *Hierogl.* XXVII. cap. 29. se invenisse testatur in MSS. Hori codicibus, corrigendum conjicit: *Δύο Πολλοῦ πόδες συνεργόμενοι, duo Solis pedes colligati;* quum Sol. in lib. I. cap. 34, fine, *Πολὺς* vocetur; atque tum accipit de pedibus Apollinis statuae ligatis. Sed ipsum illum locum, quem, ad probandum hoc Solis nomen, citavit Causs. vitiosum esse, supra docuimus in adn. pag. 242, seq. Pauwii rationem si sequamur, locus intelligendus erit de Solis cursu, tempore solstitii hiberni, instar hominis pedibus vincti, atque ideo aegre progredientis. Sed obstare videtur perfectum *βεβηκότες*, quod usurpatur *de rebus fixis*. Suidas *βέβηκεν· ἕστηκεν, ἐπέπηκτο.* Jablonski in *Nova Interpret. Tab. Bemb. Opusc.* II. pag. 249. §. 5. Merceri lectionem: *Δύο πόδες συνημμένοι* secutus, vertit: *Duo pedes sic in unum compacti, tamquam non duo essent, sed unus, et sic gradum promoventes solis cursum in solstitio hiberno significant.* — Statui fortasse potest, Horapollinem eodem modo atque supra, lib. I. cap. 58. et 65. ob oculos habuisse hieroglyphicum *duorum pedum* in superiori parte *junctorum*, quibus saepissime verba *motus* atque *quietis* derterminari, supra indicavimus, in adn. p. 287. Quod si verum est, male ad *speciem* retulisse videtur Horapollo, quod ad *genus* tantum pertinet.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 184, in. *pedes gemini compacti* indicant Saturnum planetam.

CAPUT IV.

Ex hoc cap. Seyffarth Op. cit. pag. 183, fine, conjicit *os* Mercurii fuisse symbolum, quoniam ad hunc planetam cor referatur.

CAPUT V.

Πολέμου στόμα] *Belli os*, id est ipsam *pugnam*. Homerus *Il.* *K.* 8.

Ἠέ ποθι πτολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο·

Cicero *pro Arch.* cap. 9. os belli ac fauces, vocat *bellicum periculum et quidem ultimum.* Cf. Ernesti in Cl. Caeterum hanc significationem monumenta Aegyptiaca confirmarunt, in quibus *manus duae*, vel potius *duo bracchia* alterum *scutum* tenens, alterum *arcum*, (vid. tab. nostr. n° 57. *a.*) vel *sagittam*, (vid. ibid. n° 57. *b.* et n° 57. *d.*) vel aliud armorum genus (vid. ibid. n° 57. *c.*) gestans, *pugnandi* sive *pugnae* significatione pinguntur. Hieroglyphicum hoc obiter jam explicavit Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 330, fine. Cf. quoque Achmet in *Oneirocr.* cap. 250. med. *Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκράτει βέλη· καὶ τόξα, ἐπιχαρήσεται ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 8. per acrologiam hoc caput explicandum putat, *manum* Coptice ⲧⲟⲧ, *pugnam* vero ✝ dictam fuisse statuens; cf. quoque Ep. II. pag. 18, 19. Champoll. in *Censura*, quam laudavimus, posteriori huic voci *pugnandi* significationem inesse negat.

CAPUT VI.

Ἀνθρώπου στόμαχον] Accipiendum fortasse de *ira*, non de *stomacho* proprie dicto. — De digito iterum agitur, infra, cap. 13.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 21. eumque secutus de Goulianof Op. cit. pag. 28, 29. pro δάκτυλος, invitis Codicibus, legendum putant δακτύλιος, ut ita hieroglyphicum hoc per acrologiam explicari possit; *annulum* enim Coptice ϣⲟⲩⲟⲧⲣ, et *stomachum* ϣⲱϣⲛ dici.

Seyffarth Op. cit. pag. 183, med. *digitum* Martis symbolum facit, ob *iram* huic planetae propriam.

CAPUT VII.

Αἰδοῖον χειρὶ κρατούμενον] i. e. *κατεχόμενον*; prouti Clem. Alex. *Strom.* V. cap. 8. (*Potteri* pag. 672.) de Anacharsi narrat, eum dormientem solitum fuisse: *κατέχειν τῇ μὲν λαιᾷ τὰ αἰδοῖα, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ στόμα.* Cff. Plutarch. *de Garrulitate* cap. 7. pag. 504. F. Diogen. Laert. I. cap. 8. §. 104. et Michael Glycas *Annal.* III. pag. 234. D. Symboli hujus significationem apud Graecos satis cognitam, Horapollo fortasse minus recte accommodare voluit imagini Ammonis generatoris, qualis in Sectione postrema papyrorum funebrium pingi solet.

CAPUT VIII.

Ἄνθη δὲ ἀνεμώνης] De Anemone ejusque usu in medicina cff. Dioscorid. II. cap. 169. Plinius *Histor. Nat.* XXI. cap. 23. et Suidas in voce. — Phasian. in versione sua addit: *ob hujuscemodi herbae asperum scilicet, tetrumque odorem, quem vix homines ferre possunt.* Ita et infra, cap. 13. et cap. 23. quaedam addidit, quae in Codd. non inveniuntur.

CAPUT IX.

Ὀσφὺν ἢ στάσιν] De Pauw legendum putat: *Ἰσχὺν ἢ στάσιν ἀνθρώπου*, atque *στάσιν* vertit *corporis humani firmitatem, qua stabile est sibi;* sed dubitari possit, an hac significatione, a Graecis vox ea usurpata fuerit. Neque

eum recte vertisse videtur Merc. *statum*, *constitutionemque corporis*; haec enim Graece dicuntur κατάστασις vel ἕξις. Trebat. reddit: *Ile hominis cum volunt significare os pingunt quod spinam dicunt*. Neque altera Pauwii correctio Ἰσχὺν necessaria videtur, quum ὀσφὺς saepe significet *procreationis principium*. Hesych. Alberti *Gloss. Gr.* et *Lexicon* Cyrilli explicant τὸ σπέρμα. Στάσις ἀνθρώπου tunc accipienda erit de *corpore hominis libidinis stimulis agitato et conturbato*.

τινὲς γὰρ λέγουσι τὸ σπέρμα ἐκεῖθεν φέρεσθαι.] Ita vb. c. scriptor libri περὶ γονῆς apud Hippocratem, quem laudat Hoesch. et Aristot. *Problem.* X. 56. Tom. IV. pag. 112. E. si modo vera est lectio: διὰ τῆς ῥάχεως. Idem *de Gener. Anim.* I. 17. Tom. II. pag. 390. C, seqq. aliorum hac de re sententias memorat atque refutat.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 12. per *os spinae dorsi*, Coptice κας, Aegyptios putat indicasse *lumbum*, vel ut correxit Ep. II. pag. 26. *coxam*, Coptice κερ, quoniam hae voces ab eadem litera incipiant.

Seyffarth Op. cit. pag. 183, med. *lumbos* refert ad Jovem planetam.

CAPUT X.

Πῶς — σημαίνουσιν.] In Ald. σημαίνει. Cf. adn. ad Lib. I. cap. 1. pag. 117.

Ὄρτυγος ὀστέον] Hoesch. legendum conjicit ὄρυγος ὀστέον, quod in Codd. legisse se testatur Pierius *Hierogl.* XXVIII. cap. 34. intelligendum putans de *testudine*, quoniam Vitruvius *testudines orygas* etiam appellatas dicat, παρὰ τοῦ ὀρύττειν. Pierii explicatione inprobata, ipsam tamen lectionem praeferendam censet de Pauw, et de orygis osse accipit, cujus cornu durissimum haberi ab antiquis probat, citatis verbis Aelii Lampridii in *Vita Commodi* cap. 13. »Virium ad

» conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto trans-» figeret; et orygis cornu hasta transmiserit." Fortasse iterum res confudit Horapollo, et cogitandum de hieroglyphico, quod *coxam bovis ad sacrificia praeparatam* esse putat, cuique *fortitudinis*, et *roboris* significationem tribuit Rosellini *Monum. Aeg. et Nubiae* Parte I. Vol. II. pag. 386.

Seyffarth, qui, ut adnotavimus ad Lib. I. cap. 49. pag. 273. ὄρυγα et ὄρτυγα idem animal esse putat, etiam ex hoc capite conjicit *coturnicem* Saturni symbolum esse, quoniam *perseverantia* et *constantia* huic planetae tribuantur.

CAPUT XI.

Δεξιούμενοι] Ita Phasianin. quoque legisse videtur, nam vertit: *qui sese circumplexi dextris excipiant*. Trebatius cum Aldo aliisque, legit ἀξιούμενοι, vertens: *insignia magistratus induti*. — Caeterum hìc symboli potius nummorum Graecorum et Romanorum notissimi explicatio, quam hieroglyphici Aegyptiorum interpretatio exhiberi videtur. In nummis enim et in gemmis saepissime cernuntur sive *duae manus junctae*, sive *duo homines togati dextras jungentes*; quibus *concordiam* indicari docent inscriptiones: *OMONOIA*. CONCORDIA. IVNCTIO. quae iis addi solent. Cff. Vaillant *Numism. Imperat. Rom. praestant.* Tom. II. pag. 1. et 2. et pag. 119. (*Ed.* in Q°.). *Numism. aerea Imp. Aug. et Caes. in Colon.* Parte I. pag. 112. (*Ed.* in F°.) Spanheim *de Praest. et Usu Numism. antiq.* Tom. I. pag. 143. Eckhel. *de Doctr. Num. Vet.* Vol. IV. pag. 336, seqq. et in *Init. Doctr. Num.* (*) pag. 107. Gorlaeus in *Dactylioth.* Part. I. 43, 94, 109. Parte II. 76, 112, 183, 243, 533.

(*) *Kurzgefasste Anfangsgründe zur alten Numismatik*, zusammengetragen von Joseph Eckhel. Wien 1807.

CAPUT XIII.

Δάκτυλος ἀναμέτρησιν] Phasianin. addit: *illis enim numerum comprehendere facilius homines consueverunt* — Secundum Heronem, cujus *Geometrumena* edita sunt in *Analect. Graec.* Paris. 1688. *digitus* unitas erat omnis mensurae. Isidorus in *Origin.* pag. 226. *digitum* minimam esse dicit mensurarum vulgarium. Cf. Jomard in *Expos. Rat. Metr. Vet. Aeg.* in *Descript. Aeg.* Antiq. Tom. VII. pag. 471, seqq. Caeterum in ulna Aegyptiorum *digitus mensurae* partem constituit; vid in tab. nostr. n° 58.

De Goulianof Op. cit. pag. 29. caput hoc per acrologiam explicat, quoniam *digitus* Coptice dicatur ⲧⲏⲃ, *metiri* ϯϣⲓ; posterior vox proprie significat *dare mensuram*, sed quum in lexicis non inveniatur (nam *metiri* ϣⲓ vertitur), ex composito ⲁⲧϯϣⲓ, *inmensus*, patere putat, literam ϯ ad formam verbalem pertinuisse.

Seyffarth Op. cit. pag. 183. med. *digitum* symbolum vocat Saturni planetae.

CAPUT XIV.

Γυναῖκα ἔγκυον] Merceri conjecturam, pro ἔγγυον, quod in nonnullis Codd. et Edd. legitur, legentis ἔγκυον, confirmarunt Codd. Aug. et Paris. A. eandemque Pierius *Hierogl.* Lib. XLIV. cap. 13. secutus videtur. De Pauw ἔγγυον retinendum putat, symbolum ita explicans: »in matrimonio »et familia conjugata unus est Sol, maritus scilicet, cui »adhaeret ἀστὴρ cum Sole bipartito, id est uxor, quae omne decus et lumen a marito mutuat, ita tamen, ut post »integrum Solem Sol etiam videatur bipartitus: ἀστὴρ est »respectu viri, Sol bipartitus respectu aliorum, qui in eadem familia vivunt." Visconti in *Museo Pio-Clementino* Tom. II. ad tab. XVI. pag. 146, seq. (*Vers. Gall.*), et Tom. II. pag. 38. (*f.*) (*Ed. Ital.*) pro *τετμημένον* corri-

gendum conjicit τετμημένῳ, ita ut ad ἀστέρι referatur, et vulgata lectione ἔγγυον servata, statuit, *sponsam* indicatam fuisse per *circulum* aut *discum solis junctum dimidiatae stellae;* atque sic explicationem sese nactum esse arbitratur hieroglyphici illius, quod vulgo *tau ansatum* vel *crux ansata* audit, cujus pars superior, *ansa*, *solis circulo*, inferior vero, *tau* vel *crux*, adsimilata fuerit ab Horapolline *stellae dimidiatae*, radiis duobus superioribus demtis; itaque secundum mentem Horapollinis, hieroglyphicum illud significasse *vim procreatricem solis*. Sed Champoll. in lib. de *Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 165, 202, 203 et tab. gen. n° 277. ex obeliscorum inscriptionibus, comparatis cum versione Graeca obelisci Hermapionis, apud Ammian. Marcell. servata, docuit hoc signum indicare *vitam* vel *vitam divinam;* quae explicatio exinde quoque confirmatur, quod in inscriptionibus saepissime tamquam signum determinativum additur voci Aegyptiacae ⲱⲛϩ, qua *vita* significatur, quin et loco ipsius hujus vocis scribi solet. Neque igitur Viscontii explicatio admittenda videtur. Quum hieroglyphici explicatio non addatur, quid statuendum sit, non liquet; Pierius loci sensum, prouti nunc legitur, satis bene accepisse videtur, statuens *solis orbem* pictum fuisse *bipartitum*, *in media cujus scissura stella imposita esset;* atque ita quoque quodammodo apparet, quare primum de solis *circulo*, tunc vero de *disco* agatur; voce κυκλὸς fortasse indicante *totum solis orbem*, δίσκος vero *superficiem* ejus in duas partes divisam. — In mentem mihi venerat aliquando, an fortasse de hieroglyphicis phoneticis, quae dicuntur, sermo hic esse posset; ὁ ἔγγυος Coptice dicitur ⲡⲓ-ϣⲧⲱⲣⲓ, ἡ ἔγγυος itaque ϯ-ϣⲧⲱⲣⲓ; jam si statuamus ordinem signorum a scriptore fuisse neglectum, ex quatuor hieroglyphicis, quae memorari videntur, (*solis circulo*, *stella*, et

duobus semicirculis), *stella* priori loco posita valet literam ⲥ, *semicirculus* ⲧ, et *solis circulus* ⲣ vel ⲗ, unde efficitur ⲥⲧⲣ, vocalibus additis ⲥⲧⲱⲣⲓ, vel, quoniam duo *semicirculi* memorantur, ⲧ-ⲥⲧⲱⲣⲓ, quae vox ab altero ϯ-ϣⲧⲱⲣⲓ haud ita differt. Vel si Graecum ἔγγυος eandem significationem haberet quam νύμφη, sive, prouti interpretes verterunt, *sponsa*, *stella*, ⲥ, itidem priori loco posita, deinde *solis circulo*, ⲣ vel ⲗ, atque denique *semicirculo*, ⲧ, haberemus ⲥⲁⲧ, vel, vocalibus additis, ⲧ-ⲥⲉⲗⲉⲧ; Coptis autem sponsa dicitur ϯ-ϣⲉⲗⲉⲧ. Sed simili ratione lectio ἔγκυον defendi quodammodo possit; signis enim eodem modo dispositis, sed *solis circulo* potestate literae ⲣ tributa, efficitur ⲥⲣⲧ, vel addita vocali ⲥⲣⲱⲧ, i. e. *dare prolem*, nam ⲥ, in veterum Aegyptiorum lingua, vim activam indit voci, cui praefigitur, ita ut ex ⲣⲱⲧ, *proles*, fiat ⲥⲣⲱⲧ *faciens prolem*, *prolificus*, et si articulus foeminini generis praeponitur, ϯ-ⲥⲣⲱⲧ *prolifica*, quae vox satis bene convenit cum Graeca ἔγκυος. Attamen non diffiteor *semicirculum*, (qualis vid. vb. c. in tab. nostr. n° 1.) vix dici posse ἡλίου δίσκον δίχα τετμημένον; neque verisimile videtur, Horapollinem unico hoc loco, hieroglyphica phonetica explicasse, quum tota signorum compositio potius sensu aliquo symbolico ab eo accipi videatur. Rectius itaque fortasse statuemus phrasin aliquam hieroglyphicam minus recte intellectam, a scriptore in hoc cap. explicari (*), aut annuli cujusdam Gnostici figuras insculptas ei ob oculos versatas fuisse, in quibus sol, luna et stellae saepissime effinguntur. Ita vb. c. in papyro Gnostic. Anast. qui in Museo Lugd. Batavo servatur n°. 75. Sect. 13. Columna Gr. 6. annulus

---

(*) Qualis vb. c. in vs. 11. *Inscript. Rosett.* bis invenitur. Cf. tab. nostr. 32. *aa.* et *bb.*

describitur valens *πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ἐπιτυχίαν*, hoc modo: — *λαβὼν ἴασπιν* (*) *ἀερίζοντα, ἐπίγραψον δράκοντα κυκλωτέρως τὴν οὐρὰν ἔχοντα ἐν τῷ στόματι* (†), *καὶ ἐπὶ μέσον τοῦ δράκοντος, σελήνην δύο ἀστέρας ἔχουσαν ἐπὶ τῶν δύο* (§) *κεράτων, καὶ ἐπάνω τούτων ἥλιον, κ. τ. λ.* Solem quoque, lunam, stellas tres et Martis Venerisque planetarum signa vid. in pala annuli, in Gorlaei *Dactylioth.* Part. I. 105. De simili quodam annulo Gnostico agi etiam videtur ab Horapolline infra, cap. 29.

σημαίνει] Merc. et de Pauw recte statuunt legendum esse *ζωγραφοῦσι*; error fortasse ortus ex frequenti illa verbi *σημαίνει* repetitione.

De Goulianof Op. cit. pag. 29. dicit *discum* hîc addi, quoniam ϩⲓⲛⲁϫ, qua voce *discus* Coptice redditur, ab eadem litere incipiat, atque ϩⲟⲕⲓ, i. e. *gravida; stellam* autem *mulieris* loco pingi, ob eandem causam, illam enim Coptice ⲥⲓⲟⲩ, *mulierem* ⲥϩⲓⲙⲓ dici.

CAPUT XV.

Τὴν ἀνατολὴν] Deësse videtur praepos. *πρὸς*, vel *εἰς*, aut statuendum fortasse vocem *ἀνέμους* huc minus recte ex secunda capitis parte esse adscriptum, et *ortum*, prouti per *crocodili oculos*, sic et per *accipitrem in altum volantem* indicatum fuisse; et per idem animal *alas in aere expandens* significatum fuisse *ventum*. Tunc certe aliquid veri docetur; quoniam Sol, sive deus Phre, non vero *ortus solis* per *accipitrem* in monumentis Aegyptiacis scribi solet. Cf. supra, Lib. I. cap. 6. adnot. pag. 148.

(*) In MS. legitur *ιαστην*.

(†) In MS. *στωματι*.

(§) In MS. *δυω*. Locum autem hunc, uti et alterum, quem ad cap. 38. libri I. adnot. pag. 251. ex papyris ineditis citavi, mihi indicavit Vir Cl. Reuvens, cujus cff. *Epp. ad Letronnium.* Ep. I. pag. 10. et 24.

ἐπὶ μετεώρου θέων]. *In excelso, sublimi volans;* idem quod *μετεωρίσας ἑαυτὸν* vel *μετεωρισάμενος*, quod de avibus usurpatur, *quae alis in altum se tollunt.* Cf. Aelian. de *Nat. Animal.* VII. 30. et XI. 33. ubi legitur: *ὁ δὲ* [sc. Pavo] — *ἑαυτὸν τοῖς πτεροῖς μετεωρίσας, καὶ ἀρθεὶς κοῦφος, οὔτε ἐπί τι τῶν ἱερῶν δένδρων ἐκάθισεν, οὔτε ἐπ' ἄλλον μετέωρόν τε καὶ ὑψηλὸν χῶρον.* — Pro *ἔτι καὶ ἄλλως* in Cod. Aug. legitur: *Πῶς τὸ αὐτό*, quod adscriptum videtur a glossatore quodam, novum caput hic incipiendum esse putante, aut lacunam, quam habent quoque Codd. Pariss. A. et B. ita explere conato. Trebat. vertit: *aliter in aere aquila alas extendens ventos notat.*

οἷον πτέρυγας ἔχοντα ἄνεμον σημαίνει.] Ita ex Merceri conjectura, probantibus Hoesch. et de Pauw, restituimus pro *ἔχων*, quod habent Codd. et Edd. Phasian. vertit: *ita enim velox in volando sicut ventus, accipiter perhibetur.* Diod. Sic. III. cap. 4. pag. 176. *Wessel.* ubi agit de Aethiopum signis hieroglyphicis, *ὁ μὲν ἱέραξ*, inquit, *αὐτοῖς σημαίνει πάντα ὀξέως γιγνόμενα διὰ τὸ ζῶον τοῦτο τῶν πτηνῶν σχεδὸν ὑπάρχειν ὀξύτατον· μεταφέρεταί τε ὁ λόγος ταῖς οἰκείαις μεταφοραῖς εἰς πάντα τὰ ὀξέα, καὶ τὰ τούτοις οἰκεῖα, παραπλησίως τοῖς εἰρημένοις.* — Caeterum aliquam saltem auctoritatem Horapollinis explicationi tribuere videtur Champoll. in Lib. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 340.

De Goulianof Op. cit. pag. 30. *alarum* hic tantum rationem esse habendam statuit; voces enim ⲧⲉⲛϩ, *ala*, et ⲧⲏⲩ *ventus*, dialecto Sahidica, ab eadem litera incipientes, acrologiam efficere; ex qua priorem quoque capitis partem explicat; quoniam *milvus*, quem ad *accipitrum* familiam pertinere ait, Coptice ⲑⲣⲉ, *ventus* eadem lingua ⲑⲏⲟⲩ dicatur.

CAPUT XVI.

Καπνὸς — πῦρ δηλοῖ.] Verisimile non videtur, *fumum* inter hieroglyphica inventum iri; itaque statuerit aliquis symbolum hoc a scriptore, ex proverbio »*Flamma fumo est* »proxima" (*) compositum esse potius, quam ex vera monumentorum Aegyptiacorum interpretatione petitum. Sed fieri tamen quoque potest, ut Philippus Horapollinem hic minus recte verterit; nam si statuamus hunc scripsisse vb. e. ⲟⲩϣⲗⲁϩ ⲉϥ-ϯⲙⲏⲓⲛ ⲛ̄ⲧⲉ-ⲭⲣⲱⲙ, vel simile quid, quo indicaret, per *flammam* pictam ab Aegyptiis *ignem* fuisse indicatum, hujus quoque hieroglyphici confirmationem saltem aliquam habébimus in eo, quod in tab. nostr. nº 49. depingendum curavimus, in quo *flamma ignem* significat. Cf. adnot. pag. 261. Error Philippi, *καπνὸς* vertentis, eo facilior fuit, quoniam idem ϣⲗⲁϩ *vaporem* quoque significat, secundum Lexicographos, et praeterea ipsi fortasse in mentem venerat proverbii notissimi, quod supra citavimus.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 8, 9. per *fumum* indicatum fuisse *ignem* opinatur, quoniam Coptice ⲭⲣⲱⲙ, *ignis*, et ⲭⲣⲉⲙⲧⲥ *fumus*, ab eadem litera, ⲭ, incipiant.

CAPUT XVII.

Βοὸς ἄῤῥενος κέρας] Hanc quoque lectionem in MS. invenisse se ait Pierius *Hierogl.* Lib. III. cap. 21. Trebatius vero legisse videtur *τὸ ἄῤῥενος*, nam vertit: *Maris cornu pictum.* — Caeterum *cornua* bovis *duo* conjuncta saepissime pinguntur in hieroglyphicis, et, nisi fallor, *unicum* quoque *cornu*; num vero sensu, quem memorat Horapollo, dubito; certe *bovis* et *vaccae* cornua quomodo recte distingui potuerint, non video.

(*) Cf. Plaut. *Curcul.* I. 1. vs. 53.

Klaproth Op. cit. Ep. I, pag. 16. *Opus* hoc hieroglyphico significatum patet, quoniam voces Copticae: ϩⲱⲃ *opus*, ϩⲟⲡ *cornu*, et ϩⲱⲟⲩⲧ *masculus*, omnes ab eadem litera ϩ, incipiant.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 153, sub fin. *tauri cornu* Solis aut Martis symbolum est, quoniam *opus* ad hos planetas referatur.

CAPUT XVIII.

Ποινὴν σημαίνει.] Alii *πονεῖν*, sed, quum significationis rationes non addantur, quid statuendum sit non liquet; neque enim, quod objecit de Pauw, hanc lectionem si admittamus, eadem res duobus diversis hieroglyphicis significabitur, quoniam *ἔργον*, quod *bovis masculi cornu* indicat, differt a *πονεῖν*, sive *πόνος*, quo *omnis molestia*, *fatigatio* vel *aerumna*, etiam apud posteriores scriptores Graecos, significatur.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 16. lectionem vulgatam secutus per acrologiam caput hoc explicandum dicit, quoniam *cornu* apud Coptos quoque vocetur ⲧⲁⲡ, *poena* vero, vel *supplicium* ⲧϩⲉⲕⲟ.

Seyffarth Op. cit. pag. 154, fine, *vaccae cornu* ad Saturnum planetam refert, quoniam huic *ultio* propria haberetur ab Astrologis.

CAPUT. XIX.

Προτομὴ] *Imago ad umbilicum usque*, ut recte verterunt interpretes. Suidas in voce: *Προτομαὶ βασιλικαί· εἴκονες βασιλικαὶ, καὶ προτομαὶ λεόντων καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων· κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἡ προτομὴ λέγεται.* Add. Wessel. ad Diod. Sic. I. cap. 18. pag. 21, cap. 96, pag. 108. Phasianin. vertit *ulcus*. Pierius *Hierogl.* XLII. cap. 17. explicat: *praesectum gladio sinciput scelestum indicat facinus.*

ἀνοσιότητα] Confirmatur hoc quodammodo iis, quae leguntur apud Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 11. pag. 355. C. *καὶ γὰρ τὸν ὠμότατον Περσῶν βασιλέα καὶ φοβερώτατον. Ὦχον ἀποκτείναντα πολλοὺς, τέλος δὲ καὶ τὸν Ἆπιν ἀποσφάξαντα, ἐκάλεσαν μάχαιραν, καὶ καλοῦσι μέχρι νῦν οὕτως ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν βασιλέων, οὐ κυρίως δήπου τὴν οὐσίαν αὐτοῦ σημαίνοντες, ἀλλὰ τοῦ τρόπου τὴν σκληρότητα καὶ κακίαν ὀργάνῳ φονικῷ παρεικάζοντες.* (*) Capite autem 31. pag. 363. C. narrat eundem *Asinum* vocatum fuisse ab Aegyptiis, *ὡς ἐναγῆ καὶ μιαρόν;* quocum consentit Aelian. *Var. Hist.* IV. 8. Apud eundem VI. 8. dicitur Bagoas, eunuchus Aegyptius, postquam Ochum per insidias interfecisset, ex ejus femoribus gladiorum manubria fecisse: *τὸ φονικὸν αὐτοῦ ἐνδεικνύμενος διὰ τούτων.* — *Inpietatis* sig-

(*) Nomen hujus regis in monumentis Aegyptiis nondum inventum esse, indicat Rosellini *Monum. Aeg. et Nub.* Parte I. Tom. 2. pag. 186. Sed Plutarch. cap. 44. pag. 368. F. et Herodot. II. 29. idem Cambysis factum narrant, in quem magis *ὠμότατον καὶ φοβερώτατον καὶ ἀπέκτείναντα πολλοὺς* convenire putat Wyttenb. ad Plutarch. l. l. ejus quoque nomen ejusmodi interpretationi ansam praebere potuit; in monumentis enim Aegyptiacis scribitur KUBUOΘ; KIU autem Coptis significat *movere*, *agitare*, et BUTC *bellum*, ut sit *movens bellum*. Quod autem idem Plutarch. dicit Ochum ab Aegyptiis *Asinum* fuisse vocatum, fortasse alio modo accipiendum erit: Aegyptii Ocho vel Cambysi quoque, regem istum crudelissimum et odiosissimum cum Typhone comparantes, hujus dei cognomen, *Σὴθ*, tribuere potuerunt; quod interpretatus, Plutarchus *Asinum* vocatum fuisse regem dixit. Nomen hoc Typhoni tribui docuit ibid. cap. 41. pag. 367. D. et cap. 49. pag. 371. B., et patet ex pap. Anast. Musei Lugd. Bat. n° 75. in quo exhibetur Typhonis imago *capite asinino* instructi, et nomen *Σὴθ* pectori inscriptum habentis. (Cf. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium* Append. pag. 157.) Neque illud *Σὴθ* differre videtur a Coptorum CHX, quo *asinus*, aut certe *pullus asini* indicatur. Cf. Jablonski *Opusc.* I. pag. 290.

nificatione fortasse accipi quoque possunt *gladii* in manibus satellitum divinorum et deorum, quos timebant Aegyptii.

CAPUT XX.

Ἵππος ποτάμιος — ὥραν δηλοῖ.] Merc. sive de *horis*, sive de *tempore verno* accipiendum putat; posteriorem rationem secutus est Trebatius; sed Pierius *Hierogl.* Lib. XXIX. cap. 18. *horas* intelligit, eamque significationem explicandam putat ex iis, quae narrantur apud Aelian. *de Nat. Animal.* V. 53 de hippopotamis: *ὅταν — ὦσιν οἱ στάχυες ξανθοὶ, οὐκ ἄρχονται παραχρῆμα κείρειν αὐτοὺς καὶ ἐσθίειν, ἀλλὰ παραμείβοντες ἔξωθεν τὸ λήϊον στοχάζονται, πόσον αὐτοὺς ἐμπλήσει μέτρον*; vel ex eo, quod interdiu in aquis latere, noctu vero in terram progredi dicuntur. At recte animadvertit Causs. quum *ὥραν*, non vero *ὥρας* legatur, de *horis* vix accipi posse; itaque et ille de *tempore verno* accipiendum conjicit, quoniam, *quum segetes virescunt*, ex aqua egredi atque pabulari incipiat hippopotamus; sed, uti observavit de Pauw, tunc potius *ἔαρ* dixisset Philippus, neque *tempore verno*, sed *aestivo* segetes maturescunt. Porro si quis putet de hippopotamo, tamquam signo coelesti (vid. adn. nostr. pag. 284.) fortasse agi ab Horapolline, animadvertendum est *ver* in Aegypto incepisse, *Sirio* sive *Caniculae* sidere exoriente, per hunc igitur, non vero per *hippopotamum*, sive *Ursam majorem*, tempestatem illam indicari potuisse videri. Itaque fortasse admittenda erit ejusdem Causs. conjectura *ἀρὰν* corrigentis, id est *imprecationem*, *exsecrationem*, quae significatio animali illi, *ἀδικίας*, *ἀσεβείας*, *ἀναιδείας* et *ἀχαριστίας* symbolo, (cf. adnot. pag. 283, seq.) recte tribui potuerit. De Pauw *φθορὰν* conjiciens, explicat de *damno*, quod ab eo animali segetibus adferri scriptores narrant.

CAPUT XXI.

Κατ' ἐνιαυτὸν βλαστάνει τὰ κέρατα] De cervis cornua sua quotannis perdentibus, vidd. Aristot. *Hist. Anim.* III. 9. pag. 249. E, IX. 5. pag. 415. C, seqq. Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 18. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 32.

πολυχρόνιον σημαίνει.] Aristot. *Hist. Anim.* VI. 29. pag. 357. B. *περὶ δὲ τῆς ζωῆς μυθολογεῖται μὲν ὡς ὂν μακρόβιον, οὐ φαίνεται δὲ οὔτε τῶν μυθολογουμένων οὐδὲν σαφές· ἥτε κύησις καὶ αὔξησις τῶν νεβρῶν συμβαίνει, οὐχ ὡς μακροβίου τοῦ ζώου ὄντος.* Plinius *Hist. Nat.* VII. 48, in. »Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabu»lose, ut reor, multa de hominum aevo referens, cornici »novem nostras adtribuit aetates, quadruplum ejus cer»vis, id triplicatum corvis." — Quod habent Codd. Pariss. A. B. *πολυχρόνια*, Pierius quoque *Hierogl.* VII. cap. 16. in Codd. se invenisse ait.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 5. *cervum* ειωτ, ex doctrina acrologica putat significasse *tempus*, quoniam vox Coptica ενεϩ, qua *tempus* indicatur, ab eadem litera incipiat.

CAPUT XXII.

De Goulianof Op. cit. pag. 30, 31. docet, vocem Aegyptiacam, qua *aversio* indicetur, deesse, sed secundum linguae analogiam, e verbis φωνϩ, *avertere*, et ϩρα, *vultus*, formari posse compositum φωνϩ-ϩρα, *contemtio*; *lupum* porro, eadem lingua ουωνϣ et βωνϣ, *canem* vero ουϩορ vocari; quum autem literae φ, β et ου saepissime confundantur, statui posse voces has omnes ab eadem litera incipere.

CAPUT XXIII.

Ἀκοή] Hoc loco accipiendum videtur de *aure*. Etymol. Magn. *Ἀκοή — λέγεται καὶ τὸ οὖς ὅλον.* Suidas: *Ἀκοή*

τὸ μέρος τοῦ σώματος. Phasianinus locum circumscribere videtur: *audientem quippiam hominem arrectis auribus, seu auditum ipsum pingentes, opus quod futurum est, declarabant: Postquam enim, quae facturi sumus, audivimus, ad futurum opus nos ipsos accingimus.* — Supra Lib. I. cap. 47. dictum est, per *tauri auriculam* indicari *auditum*; quam interpretationem monumentis confirmari, atque idem per *aurem humanam* quoque significari, adnotavimus pag. 265. Qua propter dubito an illa τοῦ μέλλοντος ἔργου significatio recte sese habeat. Fortasse *canis* mentio in cap. praeced. Philippum induxit, ut hoc quoque hieroglyphicum fingeret, quoniam canes, ubi aliquis advenerit, aures arrigere solent; vel statuendum vocem ἀκοή, prouti Copterum ⲥⲱⲧⲉⲙ, Graecorum ἀκούειν, et Latinorum *audire*, obedientiae significatione hic usurpari; nisi alia quaedam vox sit substituenda.

De Goulianof Op. cit. pag. 18. per paronomasiam explicans: »*Futurum*" inquit »Coptice dicitur ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ, »proprie *advenire*, a ⲛⲏⲟⲩ, *venire*, unde pro eo usur»patum ⲙⲟϣⲓ, *ire*, sonitu non valde differens a ⲙⲁϣϫ, »*auris*;" et pag. 19. »Quod ad vocem ἔργον, acrolo»giam constituit, nam ⲙⲟⲛⲕ significat *facere*, *formare*."

CAPUT XXIV.

Σφὴξ ἀεροπετής] In Aldina vox κροκοδείλου, quam recte ad titulum capitis pertinere censuit Hoesch. ab eo separatur, et ita ipsi capiti additur, ac si ejus esset initium: Κροκοδείλου σφὴξ ἀεροπετὴς, κ. τ. λ. atque ita quoque Merc. Pierius et Causs. qui explicant: *vespa ex crocodili sanguine nata.* Trebat. *Crocodili vespa volans crocodili noxium sanguinem significat aut caedem.* Phasian. *Ex crocodilo vespa per aerem volitans quum picta fuerit,*

nocentem sanguinem vel caedem significat. De Pauw in explicando duplicem rationem iniit: alteram, qua, transposita distinctione, legatur: *Σφὴξ ἀεροπετὴς ἤτοι αἷμα κροκοδείλου, βλαπτικὸν ἢ φόνον σημαίνει. Vespa per aerem volitans vel crocodili sanguis, noxium vel caedem denotat;* alteram, qua pro *αἷμα* corrigatur *λαῖμα*, atque ita significetur: *Vespa per aerem volitans vel gula crocodili, noxium quid vel caedem denotat.* Utramque rationem inprobat D'Orville in *Crit. Vann.* pag. 553, seqq.; priori ipse de Pauw obstare dicit difficultatem crocodili sanguinis depingendi; distinctionis transpositioni, quam suadet, favet quodammodo Cod. Paris. A. qui in tit. duas significationes memorat, *βλαπτικὸν* et *φονέα*, quae itaque *vespae*, aut *crocodili sanguini* essent tribuendae; verum obstat illud *ἤτοι*, cui respondet *ἢ*, unde patet *crocodili sanguinem noxium*, et *interfectorem* ad significata esse referenda. Fortasse nulla correctione opus est; non enim obstare videtur, quod putat de Pauw, Plinii locus ex Lib. XXVIII. *Hist. Nat.* cap. 8, med. ubi dicitur: »sanguis »utriusque [sc. crocodili] claritatem visus inunctis donat, »et cicatrices oculorum emendat." Nam Aegyptii *crocodilo*, animali exitiosissimo, *sanguinem* esse noxium, statuere potuerunt; praeterea Aelian. *de Nat. Anim.* II. 33. narrat, ex crocodilo mortuo nasci scorpium, caudae aculeum veneno repletum habentem; unde opinio illa de sanguine crocodili noxio, fortasse quodammodo explicari potest. *Interfectoris* vero significationem *vespae* tribuere potuit Philippus, ob ea, quae apud historiae naturalis scriptores de hoc animali traduntur. Aristot. *de Mirabil. Auscult.* Tom. II. pag. 736. D. *Τοὺς ἐν Νάξῳ σφῆκάς φασιν, ὅταν φάγωσι τοῦ ἔχεως — ἐπειδάν τινα κεντήσωσι, περιωδύνους οὕτως ποιεῖν, ὥςτε χαλεπωτέραν φαίνεσθαι τῆς*

πληγῆς τῶν ἔχεων. Aelian. *de Nat. Anim.* V. 16. ὅταν θεάσωνται [sc. vespae] νεκρὰν ἔχιδναν, οἴδ' ἐμπίπτουσι καὶ φαρμάττουσι τὸ κέντρον. Add. IX. 15. Plinius *Hist. Nat.* XI. 53, fine: »vespae serpente avide vescuntur, quo ali»mento mortiferos ictus faciunt."

CAPUT XXV.

Νυκτικόραξ θάνατον] *Noctua* saepissime in inscriptionibus hieroglyphicis pingitur, sed tunc potestatem habet literae u; *mortem* vero per eam avem indicari in monumentis Aegyptiacis, non credo; quae significatio posterioribus demum temporibus, et ab homine Romanorum religione imbuto ei tribui potuisse videtur. Romani enim noctuam censebant inter aves inauspicatas (cf. Aelian. *de Nat. Anim.* X. 37.); ejusque opinionis etiam nunc apud nonnullos homines vestigia supersunt. Cf. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronnium* Ep. II. pag. 18, seqq.

ἄφνω γὰρ ἐπέρχεται τοῖς νεοσσοῖς τῶν κορωνῶν] Lectionem: τοῖς νεοσσοῖς τῶν κορωνῶν, ab Hoeschelio ex Cod. Aug. additam, et a Pierio in alio quoque codice inventam (cf. ejus *Hierogl.* Lib. XX. cap. 19.) confirmarunt Codd. Pariss. A; B. De Pauw legendum suspicatur: τῶν χλωριώνων, ob locum praecipue Plinii *de Hist. Nat.* X. 74. dicentis: »dissident olores et aquilae, corvus et chlorio, »noctu invicem ova exquirentes;" ubi corvum intelligit nocturnum. Sed mutatione non opus videtur, quum Aristot. *de Hist. Anim.* IX. cap. 1. pag. 411. A. B. narret, noctuam et cornicem inter se dissidere, hanc enim illius ova interdiu, illam vero noctu cornicis comedere, visu tum non adeo valentis; cff. et Aelian. *de Nat. Anim.* III. 9, V. 48. Antigon. Caryst. cap. 62. Phile Carm. XXX. vs. 38. et Plinius eodem illo cap. 74.

Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 5. per acrologiam explicat, quoniam *noctua* Coptice ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, *mors* vero ⲙⲟⲩ dicatur, vocibus ab eadem littera, ⲙ, incipientibus.

De Goulianof Op. cit. pag. 19. paronomasiam putat animadvertendam; verba enim ⲙⲟⲩ, i. e. *mors*, *mori*, et ⲗⲟϫ, ⲗⲟⲩϫⲟⲩ, i. e. *cessare*, conjuncta, efficere voces ⲙⲟⲩ-ⲗⲟϫ, et ⲙⲟⲩ-ⲗⲟⲩϫⲟⲩ, eundem fere sonum habentes atque ⲙⲟⲩⲗⲟⲩϫ, ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, i. e. *noctua*, et ⲙⲟⲩⲗϫ, *amplecti*, ἐπέρχεσθαι.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 160, sub fin. *noctua* Martis planetae symbolum est, ad hunc enim mortem inopinatam referri ait.

CAPUT XXVI.

Παγὶς ἔρωτα] Hieroglyphicum hoc in omnibus Codd., qui hucusque collati sunt, mutilum esse videtur, Merc. vertit: *Laqueus amorem, ut feram quamdam significat. Trebat.* tantummodo: *Laqueus amorem significat*. Phasian. locum magis explicasse, quam vertisse videtur: *Laqueus pictus amorem significat, in quo quaedam veluti venatio existit; ubi pedicis cupidinis et laqueo amantes irretiti quodammodo retinentur*. Secundum Pauwii conjecturam quatuor hieroglyphicorum explicatio hoc capite continetur: *laquei amorem*, *venationis mortem*, *alae aerem*, atque *ovi filium* significantis; sed correctioni illi multa adversari videntur: particula enim ὡς indicat, ea quae sequuntur, arcte cum prioribus esse jungenda, et tamquam appositionis loco addi; propterea quoque accusativus θήραν in omnibus Codd. servatur. Caeterum ex Cod. Paris. A. ubi significationes hieroglyphicorum in titulo cap. enumerantur, patet de tribus tantum esse sermonem: de *amore*, de *aere* atque de *filio*; atque haec quoque prohibere videntur, quo

minus pro: θήραν θάνατ* legamus: θῆτα θάνατον (*). In seqq. correctio: πτερὸν ἀέρα, confirmatur quoque a Pierio, qui *Hierogl.* XXI. cap. 21. ita in antiquis Horapollinis MSS. se legisse testatur; in fine denique, Pauwium recte correxisse ὠὸν υἱὸν, probatur Codd. Pariss. A. et B. quorum hic ὀν υἱὸν, ille ω υἱὸν habet. — Caeterum hieroglyphicorum, quae in hoc capite explicantur, duorum saltem interpretatio monumentis confirmari videtur; etenim *laqueus* fortasse referendus est ad *fascias*, quas dea Hathor, sive Venus Aegyptiorum in manibus tenet, (cf. Champoll. in *Panth. Aeg.* ad tab. 17.) θήραν addere potuit scriptor, quum in Coptorum lingua eadem vox ϫⲟⲣϫⲥ, *laqueum* simul et *venationem* significet; *aerem* per *alam* indicatum fuisse, monumenta, quod sciam, nondum confirmarunt; *ovum* denique saepe pingitur in hieroglyphicis loco *chenalopecis*, quem supra I. cap. 53. adnot. pag. 276. *filium* significare vidimus. Cf. quoque Champoll. *de Hierogl. Vet Aeg.* tab. gen. n°. 257. qui et ipse ad marginem Horapollinis libri, Pauwii conjecturam probavit, addens, sacris notis *filium* pingi *ovo et lineola recta.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 4. *laqueo amoris* significationem tributam esse ait ob acrologiam, quoniam Coptorum ⲙⲟⲩⲣ *laqueus*, *vinculum*, et ⲙⲉⲓ *amor*, ab eadem litera, ⲙ, incipiant.

De Goulianof. Op. cit. pag. 19, 20. legendum putans: παγὶς ἔρωτα, ὡς θήραν, θάνατον, πτέρον ἀέρα σημαίνει. (ita ut per *laqueum* tria: *amor*, *venatio* atque *mors*, significata fuerint,) ϫⲟⲣϫⲥ significare dicit παγίδα et θήραν, *retia* et *venationem*; ϫⲉⲣϫⲉⲣ *voluptatem*; quoniam au-

(*) Usitatissimum in inscriptionibus sepulcralibus Θ est compendium vocis Θάνατος.

tem in lexicis ⲱⲛϩ et ϫⲓⲛⲱⲛϩ *vitam* significent, ex analogia *mortem* quoque ⲙⲟⲩ et ϫⲓⲛⲙⲟⲩ dictam fuisse conjicit; quibus vocibus ab eadem litera, ϫ, incipientibus, acrologiam constitui putat. Eadem ratione *alam* ⲧⲉⲛϩ, *aërem* designasse putat, quoniam hic Aegyptiis, dialecto Sahidica, ⲧⲏⲟⲩ dicatur, voce item a ⲧ incipiente.

Seyffarth in Op. cit. pag. 181. *laqueum* alium *mortiferum*, ad Saturnum et Martem, alium *amoris*, ad Venerem vel Lunam planetas refert.

CAPUT XXVII.

Λόγοι καὶ φύλλα] Pierius *Hierogl.* XLVII. cap. 37. intelligit *descripta folia*, quoniam antiquitus in *foliis* aut quarumdam arborum corticibus scriptum fuerit; atque sic *φύλλα* accipi possint de *papyro*, per quem *antiquam originem* indicari Horapollo docuerat supra, I. cap. 30.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 21. »ϫⲱⲟⲩ" inquit »Coptice significat *temporis durationem;* vox ea incipit a »ϫ, eadem rationem ac ϫⲓⲛⲥⲁϫⲓ *verbum*, *sermo*, ϫⲱⲃⲓ *folium*, et ϫⲱⲙ *liber*.

CAPUT XXVIII.

Πῶς πολιορκίαν.] Ald. Merc. et Pierius: *Πῶς ποιεῖ πολιορκίαν.* pro quo Merc. corrigit: *Πῶς ποιοῦσι πολιορκίαν.* Sed videtur error ortus ex sequentium literarum similitudine, totaque vox omittenda; praesertim quum nullo alio codice confirmetur, neque a Trebatio inventa fuisse videatur.

Κλίμαξ — πολιορκίαν] In picturis bellorum a regibus Aegypti, contra alios populos gestorum, saepissime exhibentur quoque urbium aliorumve locorum munitorum oppugnationes, militesque *scalis* in muros adscendentes. Verum in incriptionibus hieroglyphicis, quod sciam, *scala* non invenitur. — Pro *διά*, de Pauw recte conjicere videtur: *καὶ τὸ ἀνώμαλον.* quoniam alioquin ratio sit inepta.

De Goulianof Op. cit. pag. 31, 32. *obsidionem* per *gradus* indicatam statuit ex doctrina acrologica, quoniam Coptorum voces ⲧⲱⲧⲉⲣ, vel ⲧⲟⲧⲉⲣ, *gradus scalae* significantes, ⲧⲁⲕⲧⲏ *circumdare*, *circumcingere*, ⲧⲱⲙ (dialecto Sahidica) *claudere*, *obstruere*, itaque *obsidere*, et ⲧⲁⲧϩⲟ *obsidio*, *conclusio*, omnes ab eadem litera, ⲧ, incipiant.

Seyffarth Op. cit. pag. 187. *scalam* Martis symbolum vocat, quoniam ad hunc planetam *obsidio* pertineat.

CAPUT XXIX.

Γράμματα ἑπτὰ ἐν δυσὶ δακτύλοις] Ita Merc. jam legendum conjecit pro eo, quod est in Ald. *Πράγματα*, eamque lectionem Codicibus plurimis, Vaticano, ut docet Pierius *Hierogl.* XLVII. cap. 25, et Parisiensibus A. B. confirmatam, in suo quoque codice invenisse videtur Trebatius, vertens: *Septem elementa in duobus digitis contenta.* De Pauw pro *δακτύλοις*, legens *δακτυλίοις*, intelligit septem literas annulis inclusas ita adornatis, ut alter per alterum ductus fuerit in modum sphaerae, infinitum indicantis. Sed majori etiam veri similitudine Vir Cl. Reuvens, pro *ἐν δυσὶ δακτύλοις*, corrigendum mihi indicavit: *ἐντὸς δακτυλίου.* Videtur enim scriptor ante oculos habuisse annulum quemdam Gnosticum. Ita in pala annuli, cujus conficiendi ratio describitur in papyro Musei Lugd-Bat. n°. 75. quemque citavimus in adn. nostra ad cap. 14. hujus libri, pag. 312. inscribendum quoque dicitur nomen: *ἀβρασαξ, καὶ ὄπισθε τῆς γλυφῆς τοῦ λίθου τὸ αὐτὸ ἀβρασαξ, κ. τ. λ.* unde aliquis conjecerit *literis illis septem*, intelligi ipsam vocem *ἀβρασαξ*, vel *ἀβραξας*, nisi, ex iis quae apud Horapollinem sequuntur, de *vocalibus* potius hîc cogitandum esse videretur. Nam hae quoque septem numero: *Α. Ε. Η. Ι. Ο. Υ.* et *Ω.* magnas partes egerunt in Gnos-

ticorum doctrina, illorum praecipue, qui Marcum sequebantur, quique *septem coela* per eas significabant, vel regiones in quibus septem planetae moverentur. Propterea quoque vocales hae saepissime in eorum monumentis exhibentur. Cff. Matter *Hist. Gnost.* II. pag. 168, seqq. et in *Explic. tab.* pag. 22, seqq. tab. I. F. Cl. Reuvens in *Epp. ad Letronn.* Append. pag. 157.

μοῦσαν] Videtur accipiendum de *Musica*, quae septem tonorum intervallis constat. Clem. Alex. *Stom.* VI. 15. *Potteri* pag. 814.

Ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους

ποιητής τις οὐκ ἄσημος γράφει, καὶ τὴν παλαιὰν λύραν ἑπτάφθογγον εἶναι διδάσκων. ad quem locum cf. adnot. Hoeschelii. Demetrius Phalereus, quem laudavit Pierius, *Hierogl.* l. c. in Commentariis περὶ ἑρμηνείας, scribit Aegyptios solitos fuisse, septem vocalium modulata enuntiatione Deos laudare.

ἄπειρον] Minus recte interpretes vertisse videntur: *inexpertum*, *rudem;* significat enim, ut recte vidit de Pauw, hoc loco *inmensum*, *infinitum*, quae significatio optime congruit cum numeri septenarii sanctitate.

μοῖραν] Quoniam septem vocalibus, septem regiones Planetarum significabant Gnostici, veluti supra diximus; a planetis autem praecipue hominum fata pendere veteres putabant. Cf. adnot. nostra ad I. cap. 13. pag. 192, seqq.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 189. fin. *septem vocales* singulae singulis planetis tribuebantur, *A.* Mercurio et Lunae; *E.* Veneri; *H.* Soli; *I.* Marti; *O.* Jovi et *Y.* Saturno.

CAPUT XXX.

Γραμμὴ ὀρθὴ μία, κ. τ. λ. Locus videtur corruptus; Trebat. vertit: *Linea lineae superimposita lineas decem*

planas significat. Mercerus: *Recta linea simul cum altera superne inflexa, decem planas lineas indicat;* rectius, quoniam ἐπικεκαμμένη γραμμὴ est *linea curvata, flexa.* Pierius *Hierogl.* XXXVII. cap. 26. libros omnes tam impressos, quam manuscriptos, quos inspexerit, hoc loco dicit esse mendosos, manuscriptorum autem minus corruptos habere: Γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἐπικεκλημένη ἤ. * ἢ δέκα γραμμὰς ἐπιπέδους σημαίνουσι. *Linea una recta, una cum altera superne sibi adscita linea vel * vel decem lineas planas significant;* lineas autem has ita ducendas arbitratur ī, ita ut linea obliqua indicaverit alteram illam, cui imponitur, decies esse sumendam. De Pauw, secundum suam loci correctionem, vertit: *Una linea recta cum altera inflexa, vel decem lineae, campestres* (i. e. *in plano degentes, campestria habitantes*) *denotant;* eamque rationem probari quoque ait verbo σημαίνουσι, quod ab *una linea recta* pendere nequeat. Sed obstare videtur capitis titulus, in quo *decem linearum* nullam mentionem factam videmus. Fortasse in capitis inscriptione legendum est: Τί σημαίνει γραμμὴ ἐπικεκαμμένη, aut potius ἐπικεκλιμένη ἑτέραις. atque in ipso capite: Γραμμαὶ ὀρθαὶ δύο, ἅμα γραμμῇ ἐπικεκλιμένῃ, (id enim latet in diversa lectione ἐπικεκλημένῃ, quam Pierii Codex habebat, ut recte animadvertit de Pauw) δέκα γραμμὰς ἐπιπέδους σημαίνουσι. *Lineae rectae duae, simul cum linea transversa iis imposita, decem lineas planas* [i. e. *numerum denarium*] *significant.* Quod convenit cum iis, quae de signis numerorum Aegyptiorum hieroglyphicis jam sunt cognita, in quibus *numerus denarius* scribitur *linea curva, cujus extremitates deorsum sunt versae* (vid. tab. nostr. n°. 60. *a.*), sive *duabus lineis, cum tertia superjacente* (vid. tab. nostr. n°. 60. *b.*). Cf. Kosegarten *de Prisca*

Aeg. Lit. Comm. I. tab. G. quam tabulam *Gramm. Aeg.* praemisit Tattam. Sin ea mutatio nimia videatur, itidem rejecta conjunctione ἢ, legendum erit σημαίνει, pro σημαίνουσι; atque tunc descriptio convenit in figuram hieraticam atque demoticam *numeri denarii*, tab, nostr. n°. 60. *c.* Cf. Kosegarten l. l. tab. H. et I. Neque tamen diffiteor γραμμὰς ἐπιπέδους eam explicationem, qua *numerum denarium* indicent, vix admittere; quapropter recipienda fortasse erit Cl. Letronnii conjectura: ἢ δέκα, ἢ γραμμὰς ἐπιπέδους σημαίνουσι. *aut decem, aut lineas planas significat;* (*) vel potius, quod me monet Cl. Reuvens: ἢ δέκα, ἢ ἀριθμοὺς ἐπιπέδους, *aut decem, aut numeros planos*, quod si sequi velimus, prior capituli pars, eadem ratione, quam supra indicavimus, monumentis Aegyptiacis confirmatur; posterior pars a Philippo fortasse, aliove addita, explicari quodammodo posse videtur, ex Graecorum numeros scribendi ratione, secundum quam numerum quem quinquies multiplicatum volebant, literae Π, quae ab ipso *numeri denarii* hieroglyphico non differt, inscribere solebant; tales autem numeri recte dicuntur ἐπίπεδοι, qui ita a Theone Smyrn *de Arithm.* cap. 18. pag. 49. (*Ed. de Gelder*) describuntur: ὅσοι ὑπὸ δύο ἀριθμῶν πολλαπλασιάζονται, οἷον μήκους καὶ πλάτους.

De Goulianof Op. cit. pag. 32-34. hoc quoque caput ex acrologia explicandum censet, quoniam Coptorum voces: ⲙⲁⲛϣⲱⲡⲓ, i. e. *habitatio*, ⲙⲁⲛⲕⲟⲓ *locus campestris*, et ⲙⲉϣϣⲟϯ *agri, nomi*, ab eadem litera, ⲙ, incipiant;

(*) Ea conjectura recepta Jomard in *Descript. Aeg.* Antiq. Tom. IX. pag. 86. hieroglyphicum *numeri denarii* (tab. nostr. n°. 60. *b.*) ita explicat, ut γραμμὴ illa μία ὀρθὴ sit *crus unum* figurae, et γραμμὴ ἐπικεκαμμένη designet *crus alterum* simul cum *linea transversa*, atque ita duae illae lineae I. et ˥. conjunctae, efficiant Π.

numerum denarium, (sive *decem lineas*, quum *lineae unitates* indicent), Coptice ⲙⲏⲧ dictum ad eandem acrologiam refert. Porro *lineae rectae unius*, *simul cum linea inflexa* significantis *decem lineas*, similem explicationem atque Jomard proponit, addens figuram signi hieratici *numerum denarium* exprimentis, eandem esse atque ⲙ hieraticum, signumque hieroglyphicum, quo idem numerus exprimitur, prorsus convenire cum Coptorum ⲙ inverso.

CAPUT XXXI.

Ἐκείνη γὰρ κυλίει ἑαυτὴν εἰς πηλὸν, καὶ κτίζει τοῖς νεοττοῖς φωλεόν] Veteres historiae naturalis scriptores tradunt hirundines, ubi satis luti non habeant ad nidum construendum, aqua se conspergentes, atque tum in pulvere se volventes, ita lutum conficere. Cff. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 7. pag. 418. B. Plutarch. *de Sol. Anim.* cap. 10. pag. 966. D. E. Aelianus *de Nat. Anim.* III. 24. Phile Carm. XIX. vs. 10-13. Antig. Caryst. cap. 43. Glycas *Annal.* pag. 41. B. Plinius *Hist. Nat.* X. 33. quorum nonnullos citavit Hoesch. in adnot. — Caeterum quamvis abhinc explicationum rationes addantur, tamen, si posteriora capita excipias, omnia ex scriptoribus historiae naturalis compilata esse videntur, veluti in Prolegg. diximus.

Seyffarth. Op. cit. pag. 159, sub fin. *hirundinem* vocat Saturni symbolum, quoniam *hereditatem* et *thesauros*, ad hunc planetam referre soleant astrologi.

CAPUT XXXII.

Περιστερὰν μέλαιναν] Quae hic de columba narrantur, prorsus adversantur capiti 57. libri I. itaque valde dubito an ab eodem scriptore profecta sint. — Caeterum de harum avium castitate cf. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 7. pag. 418.

C. E. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 44. palumbes in primis pudicas vocat: *Σωφρονέσταται ὀρνίθων αἱ φάτται ᾄδονται.* — *Ἐὰν δὲ ἐποφθαλμιάσωσιν ἑτέραις, περιέρχονται αὐτοὺς οἱ λοιποί, καὶ τὸν μὲν ἄῤῥενα οἱ ὁμογενεῖς διασπῶσιν, αἱ θήλειαι δὲ τὸν θῆλυν.* Eandem quoque legem *ad columbas albas* pertinere ait, sed colorem nigrum adsumtum esse ab Aegyptiis conjicit de Pauw, ut tristitiam indicarent. Cff. quoque Phile carm. XX. Apostol. Cent. IX. prov. 82. Clem. Alex. *Strom.* II. 23. pag. 503, fin. *Potteri.* Plinius *Hist. Nat.* X. 34.

ἕως οὗ χηρεύσῃ] De Pauw recte corrigere videtur: *ἐξ οὗ χηρεύσῃ;* vulgatam enim lectionem vitiosam esse, facile patet ex praecedentibus: *Γυναῖκα χήραν ἐπιμείνασαν ἄχρι θανάτου θέλοντες σημῆναι;* quod nisi ita sese haberet, lectio *ἕως οὗ* non adeo improbanda videretur, atque putavit de Pauw; significaret autem, non veluti hic vertit: *quamdiu vidua est*, sed: *donec vidua est facta, alteri viro non miscetur;* atque prorsus eodem modo Aristot. l. l. *οὔτε προσαπολείπουσι τὴν κοινωνίαν, πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γένηται;* et Plinius: »nisi coelebs aut vidua nidum non relinquit."

Apud Seyffarth Op. cit. pag. 157, med. *columba nigra* Saturni symbolum dicitur, quoniam huic tribuantur *funera, orbitas, luctus;* pag. eadem, post in. *mulierem viduam expressam columba nigra*, explicat de Novilunio in signo Capricorni, occiso Osiride (☉), marito.

CAPUT XXXIII.

Ἰχνεύμονα] De Ichneumone cff. Aristot. *Hist. Anim.* VI. 35. pag. 360. B, IX. 6. pag. 417. A. Diod. Sic. I. 36. pag. 41, 42. *Wessel.* Strabo XVII. pag. 1166. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 22, VI. 38, VIII. 25, X. 47. Nicander *Theriac.* vs. 190, sqq. Antigon. Caryst. cap. 38. Phile

Carm. LXXXIII. Hesych. in voce. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 24, 25. Salmasius ad Solinum pag. 317. Animal hoc sacrum fuisse habitum ab Aegyptiis docent Herodot. II. 67. Diod. Sic. I. 87. pag. 93. et cap. 87. pag. 97. Clem. Alex. *Protrept.* pag. 34, in. *Potteri*, dicit Heracleopolitas coluisse ichneumones; itaque deo Chons, Gom, vel Djom, Herculi Aegyptiorum sacros fuisse dicit Champoll. in *Hist. Aeg. sub Pharaon.* I. pag. 310, seq. et in *Descript. M. C. X*: pag. 42. B. n°. 127 — 131.

ἀλλὰ βοῇ τοὺς ἄλλους ἐπικαλουμένη] Aristot. l. l. IX. cap. 6. pag. 417. A. *ὁ δὲ ἰχνεύμων ὁ ἐν Αἰγύπτῳ ὅταν ἴδῃ τὸν ὄφιν τὴν ἀσπίδα καλουμένην, οὐ πρότερον ἐπιτίθεται, πρὶν συγκαλέσῃ βοηθοὺς ἄλλους, κ. τ. λ.* unde fortasse suspicetur aliquis, etiam hic apud Horapollinem, legendum esse *ἀλλὰ βοηθοὺς ἄλλους ἐπικαλουμένη, κ. τ. λ.*

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 148, med. talia de *ichneumone* in hoc cap. traduntur, quae in Lunam tantum conveniant, ad hunc igitur planetam animal illud referendum esse statuit.

CAPUT XXXIV.

Ὀρίγανον] De Origano cff. Dioscorides II. 23, III. 28. Aelian. *de Nat. Anim.* V. 46, VI. 12. Glycas *Annal.* pag. 49. D. Plinius *Hist. Nat.* XX. 17. quorum nonnullos citavit Mercerus in adnot. — Quod autem Hoesch. edidit *λεῖψον μυρμήκων*, pro eo, quod in Codd. legitur, *λεῖψιν*, errori typographico tribuendum videtur. — Caeterum et hodie *origano* abigi formicas multi credunt.

CAPUT XXXV.

Ἑκάτερος γὰρ ἑκάτερον ἀναιρεῖ.] Hoeschel. fortasse ex Cod. Aug. edidit *ἑκάτερον γὰρ ἀναιρεῖ*, intelligens *ζῶον*,

utrumque enim animal necat, utrique exitium affert; atque, quae hîc de scorpio narrantur, potius de ichneumone accipienda putat, de quo cff. quos laudavimus supra ad cap. 33. pag. 330. Sed lectionem in Aldina et reliquis editam, et nunc quoque auctoritate trium Codd. Pariss. confirmatam, servandam esse, de Pauw recte judicasse videtur; qui docuit quoque crocodilum hîc non indicari *fluvialem*, sed *terrestrem*, viros enim doctos minus recte locum Aeliani *de Nat. Anim.* II. 33. huc advocare, quum ibi non dicatur, crocodilum mori scorpio ex se orto, sed mortuo crocodilo, scorpium ex ejus cadavere venenatum prodire. Quod autem de inimicitia, inter *crocodilum* illum *fluvialem* et scorpium, absurdum sit, recte explicabitur, si de *crocodilo terrestri* accipiatur, de quo idem Aelian. I. 58, med. et XVI. 6. Plinius *Hist. Nat.* XXVIII. 8, med. Cff. quoque quae adnotavimus supra ad Lib. I. cap. 67. pag. 296. Crocodilus iste fortasse ad stellionum genus referri potest, quos scorpiis maxime adversarios esse, tradunt Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 22. Plinius *Hist. Nat.* XXIX. 4. — Simul cum Aeliani loco II. 33., Philen quoque Carm. LXV. vs. 3, seqq. (qui et ipse Aelianum male secutus, crocodilum a scorpio ex se nato occidi narrat), emendat atque explicat de Pauw. — Pierius *Hierogl.* XVI. 14. *scorpium* intelligit *marinum*, de quo Aristot. *Hist. Anim.* V. 9. pag. 295. E, VIII. 3. pag. 392. A. Aelian. *de Nat. Anim.* XVII. 6. Plinius *Hist. Nat.* IX. 51, med. — De *scorpio terrestri* cff. Aristot. *Hist. Anim.* V. 26. pag. 317. A, VIII. 29. pag. 407. D. *de Mirab. Ausc.* pag. 717. C. Diod. Sic. III. 30. pag. 196. *Wessel.* Strabo XVI. pag. 1118. B. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 33, V. 14, VI. 20, 23, VIII. 13, IX. 4, 27, X. 23, XV. 26, XVI. 41, XVII. 40. Nicander *Theriac.* vs. 769, seqq.

Antigon. Caryst. 23. Clem. Alex. *Strom.* I. cap. 21. p. 405. *Potteri.* Plinius V. 7, VIII. 29, XI. 25, 26, et 27, med. — Dea Aegyptiorum Selk capiti impositum habet scorpium caudam erigentem, ejusdemque deae symbolum hoc animal vocat Champoll. in *Descript. M. C. X.* p. 46. B. 230. cf. quoque pag. 25. A. 434–442. — *Inimicitiae* significationem *scorpio* inesse docet Achmet *Oneirocr.* cap. 162. *Ὁ σκορπίος εἰς ἐχθρὸν κακοῦργον καὶ ὀλιγόδοξον κρίνεται.*

De Goulianof Op. cit. pag. 32. *celeriter interficientem*, vel *vincentem* per *crocodilum* indicatum dicit, quoniam voces ϫⲁⲣⲟⲩⲕⲓ, *crocodilus*, ϫⲟϩ, *provocare*, et ϫⲱⲗⲉⲙ, *celerem esse*, ab eadem litera, ϫ, incipiant; contra *tarde interficientem* vel *vincentem* per *scorpium*, Coptice ϭⲗⲏ vocatum, quoniam ϭⲣⲟ, *victoria*, et ϭⲛⲁⲩ, *lentum*, *tardum esse*, omnes primam literam habeant ϭ. Cf. quoque Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 18.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 167, sub fin. *scorpius* Martis et Saturni planetarum symbolum dicitur.

CAPUT XXXVI.

Αὕτη γὰρ ἄῤῥενος αἰδοῖον ἔχει ὡς ὀστάριον.] Aristot. *Hist. Anim.* II. 1. pag. 218. D, IX. 6. pag. 417. D. F. quae loco citarunt Hoesch. et de Pauw, idem narrat: *καὶ γὰρ ἡ γαλῆ ὀστοῦν ἔχει αἰδοῖον.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 74, fin. pag. 281. A. *Ἀσπίδα δὲ καὶ γαλῆν καὶ κάνθαρον, εἰκόνας τινὰς ἐν αὐτοῖς ἀμαυρὰς, ὥςπερ ἐν σταγόσιν ἡλίου, τῆς τῶν θεῶν δυνάμεως κατιδόντες.* [sc. colunt Aegyptii]. *Τὴν μὲν γὰρ γαλῆν ἔτι πολλοὶ νομίζουσι καὶ λέγουσι κατὰ τὸ οὖς ὀχευομένην, τῷ δὲ στόματι τίκτουσαν, εἴκασμα τῆς τοῦ λόγου γενέσεως εἶναι.* Cf. quoque Eusebius *Praep. Euang.* VII. cap. 10. Sed Aristot *de Gen.*

Anim. III. 6. pag. 655. A. idem suis temporibus a nonnullis quoque relatum negat, dicens mustelam parvos admodum parere, ore autem saepe catulos suos susceptos transferre, atque inde errorem illum esse ortum. Idem fere de *mustello aquatico* memorat Aelian. *de Nat. Anim.* II. 35. et explicat IX. 65. Add. Horapollo infra cap. 110.

CAPUT XXXVII.

Ἄνθρωπον ἐξώλη — χοῖρον] Trebatius ἐξώλη vertit *perniciosum;* Mercerus *perniciosum et pestiferum*, atque tunc explicandum erit de hujus animalis voracitate; sed melius fortasse vertatur, prouti adnotavit de Pauw, *hominem spurcum, libidinosum*, qua significatione usurpatur vb. c. in Aeliani loco, quem Suidas in voce ἐξωλέστερον laudavit: *σύνοδοί τινες εἰς αὐτὴν ἐγίγνοντο καὶ συμφοιτήσεις ἀκολάστων ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν ἀσελγῶν, καὶ μειρακίων ἐξώλη βίον προῃρημένων.* Atque sic recte conveniat cum iis, quae veteres censebant de hujus animalis libidine. Aegyptiis autem habebatur inpurum, qua propter eo non vescebantur nisi in festis Baccho et Lunae sacris mactato. Cf. Herod. II. 47. *Ὗν δὲ Αἰγύπτιοι μιαρὸν ἥγηνται θηρίον εἶναι, καὶ τοῦτο μὲν, ἤν τις ψαύσῃ αὐτῶν παριὼν ὑὸς αὐτοῖσι ἱματίοισι, ἀπ' ὦν ἔβαψε ἑωυτὸν, βὰς ἐπὶ τὸν ποταμόν.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 8. pag. 353. F. *Τὴν ὗν ἀνίερον ζῶον ἡγοῦνται· ὡς μάλιστα γὰρ ὀχεύεσθαι δοκεῖ τῆς σελήνης φθινούσης· καὶ τῶν τὸ γάλα πινόντων ἐξανθεῖ τὰ σώματα λέπραν καὶ ψωρικὰς τραχύτητας.* Add. Proclus in Hesiodi *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* vs. 767. Aelian. *de Nat. Anim.* X. 16. quos laudavit Wyttenb. ad Plutarchi l. l. Clem. Alex. *Strom.* VII. cap. 6. pag. 850, *Potteri*, nonnullos dicit abstinere a suillae carnis esu, *διὰ τὸ καταφερὲς εἰς συνουσίαν εἶναι τὸ ζῶον*; et *Paedag.* III. cap. 11. p. 297,

fine, Moysen populum suum vetuisse porcis vesci, addens: *μὴ δεῖν — ἀκαθάρτους ἀναμίγνυσθαι ἀνθρώποις, οἳ δίκην ὑῶν, ἡδοναῖς σωματικαῖς καὶ δυσαλέαις τροφαῖς καὶ γαργαλισμοῖς ἀσέλγεσι κνηστιῶντες, πρὸς ἀφροδίτης κακόχαρτον ἡδονὴν χαίρουσιν.* — Ejusmodi, aut simili quadam significatione explicanda fortasse, celebris illa pictura *porci, a cynocephalis cultrum tenentibus abacti.* Cf. *Descript. Aeg.* Antiq. Vol. II. tab. 83. fig. 1. et in textu ejusdem operis Vol. III. pag. 159, seq.

Secundum Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 6. *homo vilis* et *perniciosus* indicabatur per *porcum*, quoniam hoc animal Coptice dicatur ριρ, et *homo vilis*, *abjectus* ροϫι, ροϫ, sive ροϫπ. Cf. quoque Ep. II. pag. 11.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 153, in. *porcus* Saturni symbolum est, quoniam *perniciosum* sit animal, atque *pestiferum.*

CAPUT XXXVIII.

Ἐξοστεΐζοντα τοὺς ἰδίους σκύμνους] In Codd. et Edd. est *ἐκστοΐζοντα*, quod Merc. explicat, quasi scriptum esset *ἐκ στοᾶς ἐκβάλλοντα, a porticu et antro suo pellentem.* Phasian. vertit *discerpentem.* Pierius *Hierogl.* I. cap. 9. legendum putat *ἐξοστεΐζοντα*, et infra *ἐξοστεϊζομένους*; quod Hoesch. et de Pauw probarunt, quoniam sic recte agatur de *ossibus leonis.* Nisi nimia sit mutatio, conjiciam: *λέοντα γράφουσι ἐκμαστίζοντα τοὺς ἰδίους ὤμους*, vel *μηροὺς*, *leontem pingunt* [cauda] *flagellantem suos humeros*, vel *sua femora;* ubi enim pro *ἐκμαστίζοντα*, alia lectio *ἐξοστεΐζοντα* errore irrepsisset, glossator aliquis in codice *τοὺς σκύμνους* adscripserit, pro *τοὺς ὤμους*, quippe in quos illud *ἐξοστεΐζειν* magis conveniret; atque eodem modo in seqq. legendum videtur *τοὺς ὤμους δὲ ἐκμαστιζομένους*; quam conjecturam Trebatii quoque versio confirmat, in qua

legitur; *leonem catulos suos flagellantem*, et deinde: *catulos vero flagellatos.* Praeterea universe nota sunt, quae de leonibus veteres prodiderunt: eos, ubi ira incendantur, cauda terga humerosque verberantes, ad majorem iram incitari. Hom. *Il. Υ.* vs. 170, 171.

> Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν
> Μαστίεται, ἓε δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 1. καὶ μέντοι καὶ ὁ λέων τῇ ἀλκαίᾳ ἑαυτὸν ἐπεγείρει μαστίζων, καὶ βλακεύειν, καὶ ἐλινύειν οὐκ ἐπιτρέπων. Add. V. 39, med. XIII. 14. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 11. »Leonum animi index cauda —, »immota ergo placidus, clemens blandientique similis, »quod rarum est, crebrior enim iracundia, cujus in principio »terra verberatur, incremento terga, seu quodam incita»mento flagellantur." — Caeterum, quod dicitur: ὥς τε καὶ ἐκ τούτου πυρέττειν τὸν θυμούμενον, convenit quodammodo cum significatione, quam *leoni* tribuit Artemid. *Oneirocr.* II. 12. ἔοικε γὰρ καὶ ἡ νόσος θηρίῳ [sc. leonti].

τοὺς σκύμνους δὲ ἐξοστεϊζομένους, ἐπειδὴ] De Pauw post ἐξοστεϊζομένους addendum conjicit: διὰ τὸ πυρετόν· ἐπειδὴ τὰ ὀστᾶ, κ. τ. λ. quoniam praecedat quoque λέοντα μὲν διὰ τὸν θυμόν; sed non opus videtur, quum ipsa illa: ἐπειδὴ τὰ ὀστᾶ, κ. τ. λ. eodem modo explicent quare de *catulis* leonis agatur, atque διὰ τὸν θυμόν, quare *leo* pingatur.

κοπτόμενα] Aristot. *Hist. Anim.* III. 8. pag. 248. C. στερεὰ δὲ μάλιστα ὁ λέων πάντων ἔχει τὰ ὀστέα· οὕτω γάρ ἐστι σκληρά, ὥς τε συντριβομένων ὥσπερ ἐκ λίθων ἐκλάμπειν πῦρ. Itaque κοπτόμενα idem est, quod apud Aristot. dicitur συντριβόμενα, *collisa*, neque necesse est, ut cum Pauwio vertamus *fissa*, aut *si findantur*, quum κόπτειν saepe *tundendi*, *percutiendi* significatione usurpetur. Quod autem hic de *febre* additur, explicandum ex opinione ve-

terum, morbum illum caloris atque ignis in corpore abundantia nasci existimantium. Aristot. *Problem.* Sect. XIV. Quaest. 3. Tom. IV. pag. 136. D. ὁ δὲ καῦσος, πυρετὸς ὤν, τῶν ἔξω κατεψυγμένων, τὰ ἔσω θερμότητι ὑπερβάλλει. Cf. quoque Sect. I. Quaest. 57-59. pag. 48. B. — 49. A.

CAPUT XXXIX.

Οὗτος γὰρ ἥδιστατον μέλος ᾄδει γηράσκων] De Pauw pro *γηράσκων*, conjicit *θνήσκων*, errorem ortum putans ex praecedenti *γέροντα.* Certe senescentem cycnum canere veteres non prodiderunt, sed morientem. Cff. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 13. pag. 423. A. B. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 32, V. 34, et X. 36, ubi Apollini sacri dicuntur. Oppian. *Cyneget.* vs. 548. Phile Carm. X. et quos ad Plat. *Phaed.* cap. 35. pag. 85. B. laudavit Wyttenbachius. Lucianus in libro *de Electro seu cycnis* cap. 4. Philostrat. *Vita Apoll.* I. cap. 5. et *Imag.* I. 11. Gregor. Nazianz. Orat. II. *de Theologia*, et Carmine *ad Nemes.* V. vs. 309. Chrysostomus in *Comm.* in cap. 2. *Epist. ad Philipp.* Cicero *Tusc.* I. 30. Lucretius III. 6. Virg. *Ecl.* VIII. 55. Plinius *Hist. Nat.* X. 23. Eandem fere significationem huic avi tribuit Artemid. *Oneirocr.* II. cap. 20. *Κύκνος ἄνδρα σημαίνει μουσικόν.*

Seyffarth Op. cit. pag. 158, fine, *cycnum* Mercurii planetae symbolum putat ob *musicam*, sed Saturni quoque, ob *senectutem.*

CAPUT XL.

Ἄνδρα συγγινόμενον τῇ ἑαυτοῦ γυναικί] Hoesch. et de Pauw: *τῇ γυναικὶ αὐτοῦ*, sed Aldinam secuti sumus, quod eodem ordine scribitur in cap. tit. — De cornicibus, earumque avium fide conjugali, cff. quos laudavimus ad Lib. I. cap. 8. pag. 155, seqq. — Verba *κατὰ φύσιν*, de Pauw er-

plicari putat ex Aeliani loco, *de Nat. Anim.* III. 9. *Κορῶναι ἀλλήλαις εἰσὶ πιστόταται, καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν συνέλθωσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπῶσι σφᾶς· καὶ οὐκ ἄν ἴδοι τις μιγνύμενα ταῦτα τὰ ζῶα ἀνέδην, καὶ ὡς ἔτυχε.* Itaque accipit de *pudore* et *verecundia*.

CAPUT XLI.

Ἄνδρα δὲ ὑπὸ ἡλιακῆς ἀκτῖνος πυρέξαντα] *Πυρέξαντα* de Pauw vertit: *inflammatum*, *adustum*; Mercerus: *hominem, qui ex solaribus radiis contracta febri, perierit*; Trebatius: *qui solis ardore valetudinem contraxerit, et ob eam causam decesserit*; Phasianinus: *Virum qui radio solari visum hebetaverit, caligantibusque oculis febrem contraxerit, et exinde mortuus tandem sit, significantes, cantharum, hoc est, scarabaeum pingunt: hic enim radiis solaribus obcaecatus nonnunquam perimitur.* — Vocem *πυρέττειν*, eadem *febricitandi* significatione, habuimus supra, cap. 38, in. — De Scarabaeo cf. supra, Libr. I. cap. 10.

Seyffarth Op. cit. pag. 161, fin. quae narrantur *de scarabaeo solis splendore caecato, atque inde pereunte*, explicat de Luna planeta, in Novilunio lumen amittente; quoniam huic apud Horapollinem ipsum, I. cap. 10. scarabaeorum species sacra fuisse dicatur.

CAPUT XLII.

Γυναῖκα στεῖραν] Eodem modo Artemid. Oneirocr. II. 12. *Ἡμίονοι — ἀντιβαίνουσι γάμῳ καὶ παιδοποιΐᾳ, διὰ τὸ ἄσπερμον εἶναι τὸ ζῶον.*

διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν μήτραν ἐπ' εὐθείας] i. e. *διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν μήτραν εἰς ὀρθὸν*, veluti dicit Aristot. *Hist. Anim.* X. 2, in. pag. 459. D. Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 16.

mulas ex Democriti sententia non parere docet: *μὴ γὰρ ἔχειν ὁμοίας μήτρας τοῖς ἄλλοις ζώοις, ἑτερομόρφους δὲ, ἥκιστα δυναμένας γονὴν δέξασθαι.* Aristot. autem *de Generat. Anim.* II. cap. 8. pag. 637. E, 638, sqq. Empedoclis et Democriti sententias de mulae sterilitatis causa memorat atque refutat; cf. quoque Plinius *Hist. Nat.* VIII. 44. Mich. Glycas *Annal.* Parte I. pag. 61. D.

Seyffarth. Op. cit. pag. 143, med. *mulam* ad Saturnum refert; ob *sterilitatem* huic planetae propriam.

CAPUT XLIII.

Ἐκεῖνος γὰρ — καταβαίνων, εἰ μὲν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ κατέλθοι, θῆλυ γεννᾶται] Aristot. *de Generat. Anim.* III. 1. pag. 667. E. *εἶναι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἐκ τῶν δεξιῶν· τὸ δὲ θῆλυ ἐκ τῶν ἀριστερῶν. καὶ τῆς ὑστέρας τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖς δεξιοῖς εἶναι, τὰ δὲ θήλεα, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς.* Plinius *Hist. Nat.* VIII. 45. »Si post coitum ad dextram partem abeant »tauri, generatos mares esse, si in laevam, foeminas." Ex quo loco fere putaverim hoc hieroglyphycorum caput a Philippo esse effictum.

CAPUT XLIV.

Ἐκ γὰρ τούτου — γίνονται σφῆκες.] Nicander *Theriac.* vs. 738, seqq.

> *Ἄλλό γε μὴν δύςδηρι, τὸ δὲ σφηκεῖον ἔπουσι*
> *Πυῤῥὸν ἅλις σφηκὶ παναλιγκίον ὠμοβορῆϊ,*
> *Ὅς δὴ θαρσαλέην γενεὴν ἐκμάσσεται ἵππου,*
> *Ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.*

Aelian. *de Nat. Anim.* I. 28. *Ἵππος ἐῤῥιμμένος σφηκῶν γένεσίς ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ ὑποσήπεται, ἐκ δὲ τοῦ μυελοῦ ἐκπέτονται οἱ θῆρες οὗτοι, ὠκίστου ζώου πτηνὰ ἔκγονα, τοῦ ἵππου οἱ σφῆκες.* Cff. quoque Antig. Caryst. cap. 23.

Plinius *Hist. Nat.* XI. 20. Servius ad Virg. *Aen.* I. vs. 435. Diversam vero sententiam Aristoteles prodit, *Hist. Anim.* V. 20. pag. 212. E. et 23. pag. 216. A. B.

De Goulianof Op. cit. pag. 20. hieroglyphicum hoc per acrologiam explicat; quum *vespa* Coptice ϣⲁⲗⲟⲩⲕⲓ et *cadaver* ϣⲟⲗϩⲥ dicatur.

CAPUT XLV.

'Εκτιτρώσκει.] Aliter Aristoteles, (quem citavit Hoesch.) *Hist. Anim.* VIII. 24. pag. 404. A. et Aelianus *de Nat. Anim.* IX. 54. qui idem fieri dicunt, si equa praegnans odorem senserit lucernae exstinctae. Hic quoque ibid XIII. 27. eandam vim tribuit trachuri caudae abscissae, atque, ipso pisce in mare remisso, equae impositae. Magis cum iis, quae de lupi vestigiis ab equo calcatis narrat Horapollo, conveniunt, quae prodit Aelian. ibid. I. 36. *"Ιχνος δὲ λύκου πατεῖ κατὰ τύχην ἵππος, καὶ νάρκη περιείληφεν αὐτόν. Εἰ δὲ ὑποῤῥίψαις ἀστράγαλον λύκου καὶ τετρώρῳ θέοντι, τὸ δὲ ὡς πεπηγὸς ἑστήξεται, τῶν ἵππων τὸν ἀστράγαλον πατησάντων.* Plinius Hist. Nat. VIII. 20. »et rumpi equos, qui » vestigia luporum sub equite sequantur."

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 7. »nomen equae" inquit »Aegyptiacum ignoratur; sed ⲟⲩϧⲉ Coptis est *abortus*, »et *lupus* ⲟⲩⲱⲛϣ dicitur ea lingua; statui igitur potest, »vocem Aegyptiacam, qua *equa* significata fuerit, simili»ter ab ⲟⲩ incepisse." (*)

CAPUT XLVI.

Φύλλον δάφνης] Aristot. *Hist. Anim.* IX. 6. pag. 417. C. docet *ciconias* caeterasque aves, Aelian. *de Nat. Anim.*

(*) Rosellini *Monum. Aeg. et Nub.* Parte I. Tom. II. pag. 8. in nota, ex inscriptionibus hieroglyphicis efficit, *equam* ab Aegyptiis ⲥⲱⲧ fuisse dictam.

V. 46. *perdices*, *ciconias* et *palumbes*, ubi vulnera acceperint, iis origano herba imposita, mederi; sed recte de Pauw adnotavit haec differre ab iis, quae Horapollo hic tradit, neque de *vulnere* atque de *origano*, sed de *morbo* atque de *lauro* agi, quam ob causam citavit Aelian. *de Nat. Anim.* I. 35. *ἀκούω οὖν βασκανίας ἀμυντήριον τὰς φάττας, δάφνης κλώνια ἀποτραγούσας λέπτα, εἶτα μέντοι ταῖς ἑαυτῶν καλιαῖς ἐντιθέναι, τῶν νεοττίων φειδοῖ.* et Plinium *Hist. Nat.* VIII. 27. »Palumbes, gracculi, merulae, perdices, »lauri folio annuum fastidium purgant."

CAPUT XLVII.

Ἐκ τούτων γὰρ γεννῶνται οἱ κώνωπες.] Ita quoque Aristot. quem laudavit Hoesch. *Hist. Anim.* V. 19. p. 312. A. *οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίγνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἴλυος.* Add. pag. 311. A. et cap. 32, fin. pag. 321. C. Plinius *Hist. Nat.* XI. 35, XV. 19.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 5. »Coptis", inquit, »*culex* dicitur ⲥⲟⲗⲙⲉⲥ, et *vermis* ⲥⲁⲧϥⲓ, utriusque »vocis prima litera est ⲥ."

CAPUT XLVIII.

Ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου δεχόμενον] De Pauw reprehendit Mercerum vertentem: *Hominem qui suapte natura bile careat, sed eam ab altero suscipiat*, ipse autem explicat: »sed »ab alio, qui facit, ut ira excandescat, bilem accipiat, sibique succrescere sinat." Videtur scriptor voluisse *hominem, qui bilem natura non habet*, i. e. qui ad iram non facile commovetur, qui iracundus non est, *qui vero ab alio accipit bilem*, i. e. ab alio ad iram incitatur; priori loco, *χολὴ bilem* significat proprio sensu, posteriori vero, accipitur pro *ira*, vel quavis re, quae iram provocet.

ἔχουσαν τὰ ὀπίσθια ὀρθά] Aliter Aristot. *Hist. Anim.* II. 15. pag. 230. D. *ἔνιοι γὰρ πρὸς τῇ κοιλίᾳ ἔχουσιν, οἱ*

δὲ πρὸς τοῖς ἐντέροις τὴν χολήν, οἷον περιστερὰ, κόραξ, ὄρτυξ, χελιδὼν, στρουθός. Supra autem, I. cap. 57. Horapollo dixerat columbas felle carere; jam hoc capite, prouti recte vidit de Pauw, tertia sententia adfertur, columbas fel habere in cauda; nam ita vertenda videntur τὰ ὀπίσθια, atque intelligenda de columbarum genere caudam erectam habentium.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 6. »Vera ratio" inquit »quam ob rem *columba*, ϭⲣⲟⲙⲡⲓ, indicaverit *bilem*, »ϣⲁⲗϣⲓ, quaerenda in similitudine priorum utriusque hujus »vocis literarum, ϭ et ϣ."

CAPUT XLIX.

Ἐκεῖνος γὰρ ἀπὸ θαλάσσης, ἢ ἀπὸ τῆς γῆς λίθον ἐπαίρει] Cod. Paris. C. et Ald. quem sequuntur Merc. Causs. et Pierius, articulum omittunt ante γῆς. Apud meliores scriptores Graecos, ubi duo nomina aliquo modo inter se juncta, pariter definita sint, aut infinita, articulum aut praefigi utrique, aut in utroque omitti, docuit Heindorf ad Platon. *Gorgiam* pag. 64. E. cap. 9. Stalbaum ad pag. 83. C. cap. 38. In *Novo* autem *Test.* apud Matth. vb. c. VI. 10. et Lucam XI. 2. in altero nomine articulus omittitur: γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

διὰ τὸ ἀσφαλῶς μένειν.] Credebant veteres aquilas, lapidem nido suo imponere, quo securae essent. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 35. αἰετοὶ μὲν [sc. nido suo imponunt] τὸν λίθον, ὅσπερ οὖν ἐξ αὐτῶν ἀετίτης κέκληται. Philostr. in *Vita Apollonii* II. cap. 14. ὡς ἀετοὶ μὲν καὶ πελαργοὶ καλιὰς οὐκ ἂν πήξαιντο, μὴ πρότερον αὐταῖς ἐναρμόσαντες, ὁ μὲν τὸν ἀετίτην λίθον, ὁ δὲ τὸν λυχνίτην, ὑπὲρ τῆς ὠογονίας, καὶ τοῦ μὴ πελάζειν σφίσι τοὺς ὄφεις. Plinius *Hist. Nat.* X. 3. »Aquilarum generi inaedificatur nido lapis

»aetites, quem aliqui dixere gagatem, ad multa remedia »utilis, nihil igne deperdens." Add. XXXVI. 19. et 22. — Pro *νεοσσιὰν* in reliquis legitur *νοσσιὰν*, sed alterum adsumsimus, quoniam in cap. 56. plurimi et optimi codd. vocem ita scriptam habent. Cf. adn. ad eum locum, pag. 348, seq.

CAPUT L.

Ὠτίδα καὶ ἵππον γράφουσιν] Cum his pugnant, quae narrat Aelian. *de Nat. Anim.* II. 28. *Τὴν ὠτίδα ὀρνίθων ζῶον εἶναι φιλιππότατον ἀκούω. — ἵππον δὲ ὅταν θεάσηται, ἥδιστα προσπέτεται, καὶ πλησιάζει, κατὰ τοὺς ἀνθρώπους ἱππεραστάς.* quibus similia memorari ab Aristotele *Hist. Anim.* Athenaeo *Deipnos.* Lib. IX. cap. 16. pag. 390. D. E. *Casaub.* Plutarcho de *Solert. Anim.* cap. 31. pag. 981. B. et Oppiano *Cyneget.* II. adnotavit de Pauw (*), locum itaque corruptum existimans; utque conveniat cum reliquorum scriptorum narratione, pro *καταδιωκόμενον*, legendum conjicit *κατοικειούμενον*, et pro *ἵπταται*, *ἐφίπταται*, aut servato *ἵπταται*, sequentia ita mutanda: *ὅπου ἂν ἴδῃ ἵππον*, *ea enim volat, ubicumque viderit equum.* Quod adtinet ad verbum *κατοικειοῦσθαι*, eo modo pro simplici *οἰκειοῦσθαι*, fortasse recte usurpatum fuit de illis, *qui familiares alii redduntur.* Sed potius statuerim, scriptorem de *equo* et *otide* cogitantem, hîc *equi* nomen posuisse, ubi *canis* memorandus esset, itaque pro *ἵππον*, utroque loco legendum esse *κύνα*. Aelian. *de Nat. Anim.* V. 24. *Μόνη δὲ ἡ ὠτὶς πέφρικε κύνας· τὸ αἴτιον, βαρεῖαί τέ εἰσι, καὶ σαρκῶν ὄγκον περιφέρουσιν, — αἱροῦνται δὲ ὑπὸ τῶν κυνῶν πολλάκις. Ὅπερ ἑαυταῖς συνειδυῖαι, ὅταν ἀκούσωσιν ὑλακῆς, ἐς τοὺς θάμνους καὶ τὰ ἕλη καταθέουσι, προβαλ-*

(*) Add. Xenoph. *Anab.* I. 5. §. 2, 3.

λόμεναι ἑαυτῶν ταῦτα, καὶ ῥυόμεναι σφᾶς ἐκ τῶν παρόντων, καὶ μάλα εὐπόρως. Cf. quoque Phile Carm. XXX. vs. 46.

CAPUT LI.

Τῷ ἰδίῳ πάτρωνι] Satis notum est vocem *πάτρων* pertinere ad illas, quas Graeci recentiores ex Romanorum lingua in suam transtulerunt; neque tamen eam extra omnem usum Graecis fuisse, putat Wessel. ad Diod. Sic. Excerpt. ex Lib. XXVI. Vol. II. pag. 577. Cff. quoque Du Cangius in *Gloss. Gr.* Fabretti *Inscript.* pag. 755. quos citavit Oudendorpius ad Thom. Mag. pag. 849 (*Bernardi*).

οὗτος γὰρ θηρευόμενος πρὸς τὴν γλαῦκα τρέχει] Aristot. *Hist. Anim.* IX. cap. 1. pag. 411. B. *τῆς δὲ ἡμέρας καὶ τὰ ἄλλα ὀρνίθια τὴν γλαῦκα περιπέτεται; ὃ καλεῖται θαυμάζειν, καὶ προσπετόμενα τίλλουσι. διὸ οἱ ὀρνιθοθῆραι θηρεύουσιν αὐτῇ παντοδαπὰ ὀρνίθια.*

CAPUT LII.

Μὴ ἔχουσα πτερὰ, ἵπταται.] Aristot. *Hist. Anim.* I. 5. pag. 198. C. *τῶν δὲ πτηνῶν τὰ μὲν πτερωτά ἐστιν, — τὰ δὲ πτιλωτὰ, — τὰ δὲ δερμόπτερα, οἷον ἀλώπηξ καὶ νυκτερίς.* Add. IV. 13. pag. 576. A.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 10. acrologiam in hoc cap. animadvertendam putat, quoniam voces ⲭⲉⲗⲭⲟⲩ, i. e. *vespertilio*, et ⲭⲗⲱⲏ, i. e. *infirmus*, *debilis*, ab eadem litera, ⲭ, incipiant.

CAPUT LIII.

Νυκτερίδα πάλιν ἔχουσαν ὀδόντας καὶ μαστοὺς ζωγραφοῦσιν] Quod in Codd. quibusdam et Edd. legitur: *τρυγόνα ζωγραφοῦσιν*, reliquis omissis, in suo quoque Cod. Trebatius invenisse videtur, vertens: *turturem pingunt.* Pierius lec-

tionem ab Hoesch. ex Cod. Aug. receptam, et nunc quoque auctoritate Codd. Pariss. A. et B. confirmatam, ipse etiam se in MSS. invenisse testatur *Hierogl.* XV. cap. 12. Gesnerus Lib. III. *de Avibus*, jam ex conjectura, pro τρυγόνα, scripserat νυκτερίδα, eamque lectionem probavit Bochart. *Hieroz.* II. pag. 57, med. Caussinus, qui de *turture* hic agi non posse et ipse videbat, scribendum conjicit τρίγονα, quo nomine indicaretur *vespertilio*, cujus proprium est τριγεῖν, adnotante Polluce (*), sed nullum adfert argumentum, quo confirmetur, avem hanc ita fuisse vocatam. Error autem Codicum facile explicandus ex eo, quod, ubi in praecedenti capite, νυκτερὶς nominata fuerat, in sequenti autem τρυγόνος significatio explicatur, scribendi errore hujus nomen, pro illius posuerunt, qui codicem transscripserunt. — Cff. porro de vespertilione Mich. Glycas *Annal.* pag. 48. D, 44. A. Plinius *Hist. Nat.* X. 61. »Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui »et membranaceae pinnae uni. Eadem sola volucrum lac»te nutrit: ubera admovens: geminos volitat amplexa in»fantes, secumque deportat." Lib. XI. 37. »Volucrum »nulli dentes praeter vespertilionem." et cap. 39, fin. »Volucrum vespertilioni tantum [sc. mammae sunt et lac]." Quae autem in Codd. Aug. et Pariss. A. B. adduntur: ἔχουσαν ὀδόντας καὶ μαστοὺς, abundare videntur, quum eadem in explicatione symboli dicantur, prouti animadvertit de Pauw. — Caeterum similem fere significationem *vespertilioni* tribuit Artemid. *Oneirocr.* III. 66. *Μόνη γυναιξὶν ἐγκύμοσι, νυκτερὶς ἐστὶν ἀγαθή· οὐκ ὠοτοκεῖ γὰρ ὥςπερ οἱ ὄρνιθες, ἀλλὰ ζωοτοκεῖ, καὶ γάλα ἐν μαζοῖς ἔχει, καὶ τοὺς ἰδίους παῖδας ἐκτρέφει.*

(*) Cf. Hom. *Od.* *Ω.* vs. 5, seqq.

CAPUT LIV.

Τρυγόνα ζωγραφοῦσιν]. Interpretes recte acceperunt hoc loco de *turture*, Bocharto in *Hieroz.* II. pag. 57, med. *pastinacam* intelligente, de quo pisce cf. infra, cap. 112. De turture idem narrat Aelian. *de Nat. Anim.* I. 39. *Θηρῶσι τὰς τρυγόνας, οἱ καὶ ταύτην ἀκριβοῦντες τὰ θήρατρα, καὶ μάλιστα τῆς πείρας οὐ διαμαρτάνουσι, τὸν τρόπον τοῦτον. Ἑστήκασαν ὀρχούμενοι καὶ ᾄδοντες εὖ μάλα μουσικῶς· αἱ δὲ καὶ τῇ ἀκοῇ θέλγονται, καὶ τῇ ὄψει τῆς ὀρχήσεως κηλοῦνται, καὶ προσίασιν ἐγγυτέρω. Οἱ δὲ ὑπαναχωροῦσιν ἡσυχῇ καὶ βάδην, ἔνθα δήπου καὶ ὁ δόλος ταῖς δειλαίαις πρόκειται, δίκτυα ἐκπεπετασμένα· εἶτα ἐμπίπτουσιν εἰς αὐτὰ, καὶ ἁλίσκονται ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ ἠρημέναι πρῶτον.* Totum autem locum adscripsimus, ut pateret ibi de *turture*, non vero de *pastinaca* agi; hanc enim ubi nominat Aelianus, semper aliquid addit, unde appareat piscem significari, vb. g. *θαλαττία*, aut *ἐκ τῆς θαλάττης*, vel simile quid. Cf. *de Nat. Anim.* I. 56, II. 36, 50, VIII. 26, IX. 40, XVII. 18. Praeterea verba ipsa: *οἱ δὲ ὑπαναχωροῦσιν — δίκτυα ἐκπεπετασμένα*, de ave sermonem esse docent, quum *pastinacas*, maxime horrendas atque venenatas, Aelianus certo non vocasset *δειλαίας*, ut recte observavit de Pauw. Quum autem Aelian. ibid XVII. 18. idem de *pastinaca* narrat, talia addit, ut appareat *piscem* intelligi; quodque hic *δίκτυον*, ibi vocatur *φέρμιον*, i. e. *sporta*, qua pisces feruntur. Praeterea recte statui non posset, Aelianum his de eodem animali, dedita opera, idem narrasse; et in aliis quoque animalibus illud accidit, ut, quod animali *terrestri* tribuerunt veteres, idem quoque *aquatili* ejusdem, aut similis nominis, adscriberetur, vb. c. in *mustela*, supra, cap. 36. et *mustello aquatico*, infra, cap. 110. —

Caeterum de *turture* quoque ea accepit Phile Carm. XXI. vs. 5. seqq. et *scopes* etiam aves eodem modo capi, docet Aelian. de *Nat. Anim.* XV. 28.

Klaproth. Op. cit. Ep. I. pag. 13. » Coptis σρουιτ … » usurpatur pro *turture*, et σροσχες pro *saltatione*; hae » voces incipiunt a litera σ; iis quoque addi possit σηβηχω, » *tibia*, cujus prima litera σ, soni aliquantum durioris, haud » ita differt a σ."

CAPUT LV.

Διὰ τῆς ῥάχεως φθεγγόμενος — ᾄδει,] Quod hic dicitur διὰ τῆς ῥάχεως, Aelian. *de Nat. Anim.* I. 20. οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξὺν εἰσι λαλίστατοι. Suidas, in voce *Ἰξὺν*, memorat versus Archiae (*Anthol.* III. cap. 24, Epigr. 7.)

Ἔκρεκες εὐτάρδοιο δι᾽ ἰξύος ἀχέτα μολπὰν
Τέττιξ, οἰονόμοις τερπνότερον χέλυος.

Aristot. *Hist. Anim.* IV. 7. pag. 277. ὁ δὲ τέττιξ, μόνον τῶν τοιούτων, καὶ τῶν ἄλλων δὲ ζώων, στόμα οὐκ ἔχει, ἀλλ᾽ οἷον τοῖς ἐμπροσθοκέντροις, τὸ γλωτταειδὲς, τοῦτο μακρὸν καὶ συμφυὲς καὶ ἀδιάσχιστον, δι᾽ οὗ τῇ δρόσῳ τρέφεται μόνον. Cff. quoque V. 30. pag. 318. D., 319. C. *de Partib. Anim.* IV. 5. pag. 551. B. *de Respiratione* cap. 9. pag. 143. B. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 35, 38, V. 9, VIII. 6, X. 44, XI. 26, XII. 6. Plinius *Hist. Nat.* XI. 26, 27. Ex quibus locis quoque discimus, veteres *mares* tantum ex eorum animalium genere *canoros* habuisse. Caeterum cicadae in Musarum tutela esse putabantur. Cf. Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 6, fine; atque propterea Pythagoreos odisse hirundinem refert Plutarchus Sympos. VIII. Quaest. VII. cap. 3. pag. 727. E. F. σαρκοφάγος γάρ ἐστι, καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας, ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας, ἀποκτίννυσι καὶ σιτίζεται; quem locum

ante oculos habuisse videtur Clem. Alex. *Strom.* V. cap. 5. pag. 661. *Potter.* διώκει δὲ ἄρα [sc. hirundo] καὶ τέττιγας τοὺς μουσικούς. — Artemidorus *Oneirocr.* III. 49. *Τέττιγες*, inquit, *ἄνδρας δηλοῦσι μουσικούς*; ex quibus locis fere conjecerim, etiam hic apud Horapollinem, pro *μυστικόν*, legendum esse *μουσικόν*; certe mutatio horum verborum facillima fuit; quae, ubi obtinuerat, ansam postea dare potuit alteri cuidam, adscribendi vocem *τελεστήν*, qua *μυστικόν* explicaretur; cui conjecturae favere quodammodo videtur Trebatius, qui in versione *τελεστήν* non expressit.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 160. *cicada* ad Martem pertinet, quoniam huic planetae tribuantur *mysteria* et *initiationes*.

CAPUT LVI.

Μὴ ἐλεοῦντα ἐν τοῖς πταίσμασι] *Τὰ πταίσματα* sunt *calamitates*, *fortuna adversa*; veluti verbum *πταίειν* significat *calamitatem pati*; apud Xenoph. *Cyrop.* III. 1. §. 26. opponitur *εὐτυχεῖν*: *Δοκεῖ μέντοι μοι τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι, καὶ εὐτυχοῦντα ἐξυβρίσαι, καὶ πταίσαντα ταχὺ πτῆξαι.* Minus recte igitur hic *errata* reddiderunt interpretes, praeter Pierium, qui *Hierogl.* XIX. cap. 14. vertit: *Regem rerum tantum suarum satagentem, neque aliorum incommoda calamitatesve miserantem.*

ἐν ταῖς ἐρήμοις τόποις ἔχει τὴν νεοσσιάν] Aristot. *Hist. Anim.* IX. 22. pag. 431. C. *ποιοῦνται δ' αὐτὰς οὐκ ἐν πεδινοῖς τόποις ἀλλ' ἐν ὑψηλοῖς, μάλιστα μὲν ἐν πέτραις ἀποκρήμνοις, οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ δένδρων.* — Pro *νεοσσιάν*, Aldus et reliqui edd. praeter Hoesch. et de Pauw, legunt *νοσσιάν*; alterum adsumsimus ob Codicum consensum, et ob ea, quae docet Phrynich. in *Ecl.* pag. 206. (*Ed. Lobeck.*) *Νοσσὸς, νοσσίον· ἀμφοῖν λείπει τὸ ε, διὰ τοῦτο ἀδόκιμα. Λέγε*

οὖν νεοττὸς, νεοττίον, ἵνα ἀρχαῖος φαίνῃ; ad quem locum cf. quoque Hemsterh. ut et ad Aristoph. *Plutum* pag. 363.

καὶ ὑψηλότερον πάντων τῶν πετεινῶν ἵπταται.] Aelian. *de Nat. Anim.* II. 26. ὑπερφρονῶν δὲ καὶ τῶν ὑδάτων, καὶ τῆς ἀναπαύσεως τὸν ἀέρα τέμνει πολὺν, καὶ ὀξύτατα ὁρᾷ ἐν πολλοῦ τοῦ αἰθέρος καὶ ὑψηλοῦ. Inde αἰετὸς ὑψιπέτης, apud Homer. *Il. M.* 201, 219, *N.* 822. et ὑψιπετήεις, X. 308. cff. quoque *Od. T.* 243. et *Ω.* 537.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 156, med. *aquila regem*, i. e. Solem planetam indicavit in astrologia Aegyptiorum.

CAPUT LVII.

Ἀποκατάστασιν] Vocatur ἀποκατάστασις *reditus solis* et *reliquorum corporum coelestium ad eadem signa;* hoc loco autem significatur fortasse *annus* ille *magnus*, de quo Plinius, ubi de Phoenice agit, *Hist. Nat.* X. 2. »cum »hujus alitis vita" inquit »magni conversionem anni fieri »prodidit Manilius, iterumque significationes tempestatum »et siderum easdem reverti;" et Solin. *Polyh.* cap. 33. »cum hujus [i. e. Phoenicis] vita, magni anni fieri conver- »sionem rata fides est inter auctores." De hujus autem anni duratione diversae erant Philosophorum veterum sententiae, quas recenset Plutarch. *de Plac. Philosoph.* II. 32. pag. 892. C. Cf. Ideler in *Enchir. Chron. Math. et Techn.* I. pag. 183, seq. — In nummis Constantii junioris, et Constantis, *phoenix* cernitur, modo *supra rupem*, modo *supra sphaeram positus*, cum hac inscriptione, FEL. TEMP. REPARATIO. Cf. Spanheim *de Praest. et Usu Numism. antiq.* Tom. I. pag. 287.

ῥήσσει ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν] Merc. pro ῥήσσει, nonnullos legere dicit ῥίπτει, et pro ῥήγματος, ῥίμματος, quod non opus est; nam ῥήγνυμι et ῥήσσω saepe significant *proster-*

no, *dejicio*, *terrae allido*, ut recte animadvertit de Pauw. Hesychius ῥῆξαι explicat, καταβαλεῖν; et ῥῆξε, κατέβαλε. In seqq. quoque sunt, qui pro ὀπὴν, legendum putent κοπὴν, quoniam prior vox de *vulnere* minus recte dicatur; sed omnes codices eam habent; et supra, in adn. I. cap. 54. pag. 278. vidimus Epiphanium eadem voce de *vulnere* usum fuisse, ubi agit de pelicano: ὀπὰς ταῖς πλευραῖς κατεργάζεται, et ὀπὰς αὐτῇ ἐμποιεῖ. — Verba διὰ τῆς ὀπῆς, ab Aldo, Mercero et Pierio omissa, Trebatius in suo codice legisse videtur; nam vertit: *vulnus accipit*, *ac ex cruore de illo vulnere nascitur alia phoenix.*

ἅμα τῷ πτεροφυῆσαι] *Simul ac pennae ei natae sunt.* Idem verbum supra habuimus I. cap. 55. Aelianus *de Nat. Anim.* X. 30. ἅμα τῷ φῦσαι τὰ ὠκύπτερα.

πορεύεται εἰς τὴν Ἡλίου πόλιν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ] Cf. Herod. II. 73. et quae adnotavimus ad I. cap. 34, 35. p. 242, seqq.

ὃς καὶ παραγενόμενος ἐκεῖ — [ἐκεῖσε] τελευτᾷ] Adverbium ἐκεῖσε, nisi legatur παραγενόμενος ἐκεῖσε — ἐκεῖ τελευτᾷ, omittendum videtur, ideoque uncis inclusimus; nam, adnotante Thom. Mag. pag. 281. *Ed. Bern.* ἐκεῖ, ἐπίῤῥημα τοπικὸν, τὸ δὲ ἐκεῖσε, ἐπὶ κινήσεως. Add. Ammon. *de Diff.* pag. 47. *Valcken.* et Lobeck. ad Phrynich. *Eclog.* pag. 44.

CAPUT LVIII.

Πελαργὸν ζωγραφοῦντες] De ciconiarum pietate erga parentes cff. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 13. pag. 423. E. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 23, X. 16. Phile Carm. VII. vs. 4, seq. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 4. pag. 962. E. Epiphan. *ad Physiol.* cap. 25. M. Glycas *Annal.* pag. 41. A. Suidas, in voce Ἀντιπελαργεῖν. Plinius *Hist. Nat.* X. 23. Thessalos eas aves sacras habuisse, et qui ciconiam occidisset, eodem

modo atque homicidam punivisse, produnt Aristot. *de Mirab. Auscult.* pag. 717. A. et Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 74. pag. 380. F.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 156, fin. *ciconia* Mercurii symbolum habetur, quoniam Horus (i. e. ☿) perpetuus sit patris, Solis, comes.

CAPUT LIX.

Ἔχιν ζωγραφοῦσι] Recte de Pauw animadvertit, viperam foeminam melius *ἔχιδναν* dici; neque tamen, quod idem voluit, hîc vocem mutandam putaverim, quum et apud Aelian. *de Nat. Anim.* XV. 16. legatur: *Περὶ τῆς τῶν ἐχεων ὠδῖνος.* et: *Θεόφραστος οὔ φησι τοῦ ἔχεως τὰ βρέφη διεσθίειν τῆς μητρὸς τὴν γαστέρα.* Oppian. *Cyneg.* III. 439: *φυσιόωσαν ἔχιν ψολόεσσαν.* Glycas *Annal.* loco, quem infra citabimus, *ἡ θήλεια ἔχις.*

στόμα στόματι ἐμβάλλει] Quod legitur in Codd. et edd. nonnullis, *ἐμβαλοῦσα*, vitiosum videtur; non enim foemina caput in os maris, sed hic in os foeminae inserit. Herodot. III. 109. *ἐπεὰν θορνύωνται κατὰ ζεύγεα* [sc. serpentes], *καὶ ἐν αὐτῇ ᾖ ὁ ἔρσην τῇ ἐκποιήσει, ἀπιεμένου αὐτοῦ τὴν γονὴν, ἡ θήλεα ἅπτεται τῆς δειρῆς, καὶ ἐμφῦσα, οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφάγῃ.* Galenus *de Theriac. ad Pis.* cap. 9. *φασὶ γὰρ αὐτὴν ἀνοίγουσαν τὸ στόμα πρὸς τὸ δέξασθαι τοῦ ἄῤῥενος τὸν θορὸν, μετὰ τὸ λαβεῖν, ἀποκόπτειν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν.* Nicander *Theriac.* vs. 130, seqq.

Ἡνίκα θορνυμένου ἔχιος θολερῷ κυνόδοντι
Θουρὰς ἄμυξ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνου.

Aelian. *de Nat. Anim*, I. 24. *ὅταν δὲ πρὸς τῷ τέλει τῶν ἀφροδισίων ὦσι, — ἡ νύμφη — ἐμφῦσα — αὐτοῦ τῷ τραχήλῳ, διακόπτει αὐτὸν αὐτῇ τῇ κεφαλῇ, καὶ ὁ μὲν τέθνηκεν.* Glycas *Annal.* pag. 56. D. *ἡ θήλεια ἔχις διὰ τοῦ στόματος αὐτῆς δεχομένη τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄῤῥενος, καὶ οὕτω συγγευ-*

ναζομένη ἀναιρεῖ αὐτόν. Plinius *Hist. Nat.* X. 62. »Viperae »mas caput inserit in os, quod illa rodit, voluptatis dul»cedine." — De Pauw conjicit ἐπιβαλοῦσα, vertens *os ori injiciens, os ore complectens et corripiens;* sed ea significatione verbum ἐπιβάλλειν non magis usurpari potest, quam alterum ἐμβάλλειν. Cf. D'Orville *Crit. Vann.* p. 555. Meliori vero conjectura idem de Pauw ἐπιλαβοῦσα legendum proponit, quoniam λαβοῦσα et βαλοῦσα saepissime confundantur. — Ex locis vero Herodoti, aliorumque, quos supra citavimus, fortasse quis conjiciat legendum esse: αὕτη γὰρ, ὅταν συγγίνηται τῷ ἄῤῥενι, αὐτοῦ τῷ στόματι ἐμφῦσα, — ἀναιρεῖ. Sed Aldi lectionem retinuimus, in qua si ἐμβάλλει ad viperam marem referatur, intellecto οὗτος, vel ἐκεῖνος, locus satis bene explicari posse videtur. — Quod porro in iis, quae sequuntur, pro μετὰ τὸ ἀποζευχθῆναι, de Pauw mutandum putat: μετὰ τοῦ, vel κατὰ τὸ ἀποζευχθῆναι, non opus videtur, quum verbum ἀποζεύγνυσθαι, hoc loco significare possit ipsius *coitus finem*, *ore adhuc ori inserto;* aut statuendum, praepositionem μετὰ cum accusativo, hîc significare ipsum tempus, quo quid accidere dicitur; qua ratione verti debet *in*, vel *intra*. Cf. Schleusn. in *Lexico N. T.* Matthiae *Gr. Gr.* §. 587. c.

CAPUT. LX.

Ἔχιδναν ζωγραφοῦσιν] De Pauw pro ἔχιδναν, conjicit ἐχίδνιον, quoniam, prouti nunc legitur, nihil adsit, quo τέκνα indicentur, et si iterum ἔχιδναν nominasset hoc loco Horapollo, particulam πάλιν, ut aliis locis semper fit, addidisset. Sed omnes Codd. huic mutationi adversantur, etiam Trebatii, vertentis: *viperam pingunt.* Neque opus est, ut hîc ἐχίδνιον, tamquam *matricidae* symbolum admittamus; nam quamvis adulta, tamen ex scriptoris opinione

crimen illud perpetraverat; vocem autem πάλιν, non additam putaverim, quoniam in superiori cap. ἔχις, non vero ἔχιδνα nominatur.

αὕτη γὰρ ἐν τῇ * οὐ τίκτεται] Lacuna in omnibus editionibus exstat; utrum eam ex Codicibus, an ex mente sua suppleverint Phasianin. et Trebat. non liquet. Hic vertit: *haec enim non ex naturali loco, quaemadmodum caetera animalia, verum parentis utero rupto sic in lucem prodit.* Inde Merc. deësse putat: ἐν τῇ φυσικῇ τάξει, *naturali ordine ac ratione*, aut simile quid; Phasianinum vero vertentem: *partus tempore*, Hoeschelius legisse conjicit: ἐν τῇ ὠδῖνι. De re ipsa cff. Herodot. III. 109. ἡ δὲ θήλεα τίσιν τοιήνδε ἀποτίνει τῷ ἔρσενι· τῷ γόνει τιμωρέοντα ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἐόντα τὰ τέκνα, διεσθίει τὴν μήτραν. διαφαγόντα δὲ τὴν νηδὺν αὐτῆς, οὕτω τὴν ἔκδυσιν ποιέεται. Nicander Theriac. vs. 132, seqq.

Οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ
Τειρόμενοι ἐχίηες ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀραιὴν,
Γαστέρ' ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

Aelian. *de Nat. Anim.* I. 24. διεσθίει γοῦν τὴν μητέρων νηδὺν, καὶ πρόεισι κατ' αὐτὰ τιμωροῦντα τῷ πατρί. Cff. quoque Aristot. *Hist. Anim.* V. 34. pag. 322. B. Plinius *Hist. Nat.* X. 62. et Glycas *Annal.* pag. 56. D. qui haec habet: εἰς ἐκδίκησιν οὖν, ὡς ἔοικε, τοῦ πατρὸς ἀναίρουσι τὴν μητέρα τὰ ἔγγονα· ἐν γὰρ τῷ τοῦ τοκετοῦ καιρῷ τὴν μητρῴαν διαῤῥήσσουσι, καὶ οὕτως ἐξέρχονται. Ex quo loco fere conjecerim, etiam apud Horapollinem pro: αὕτη γὰρ ἐν τῇ * οὐ τίκτεται, ἀλλ', κ. τ. λ. legendum esse: αὕτη γὰρ ἐν τῷ τοῦ τοκετοῦ καιρῷ, ἐκβιβρώσκουσα τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς ἐκπορεύεται. — Aelianus *de Nat. Anim.* XV. 16. Theophrasti sententiam amplecti se profitetur, statuentis: τὸν θῆλυν θλιβόμενον αὐτὸν, καὶ τῆς

γαστρὸς οἱ στεινομένης — τὴν δ' οὐκ ἀντέχειν, ἀλλὰ διαῤῥήγνυσθαι. Cf. Olearius ad Philostr. *Vit. Apoll.* II. 14. pag. 66.

CAPUT LXI.

Ἄνθρωπον νοσήσαντα] Quod Aldus aliique habent, *ἀσθενήσαντα*, ab aliquo margini fortasse adscriptum, ad explicandum alterum *νοσήσαντα*, postea ejus loco in textum irrepsit; vertendum autem videtur *viribus fractum, calamitatibus oppressum, aliorum auxilio indigentem;* veluti basiliscus suo afflatu reliqua animalia occidit, ita calumnia homines infirmos reddit.

ἐκεῖνος γὰρ — τῷ ἑαυτοῦ φυσήματι φονεύει.] Supra, I. cap. 1. *ὃ καὶ προςφυσῆσαν ἑτέρῳ παντὶ ζώῳ, δίχα καὶ τοῦ δακεῖν, ἀναιρεῖ.*

CAPUT LXII.

Ἄνθρωπον ὑπὸ πυρὸς καιόμενον] Locus hic in MSS. et Edd. adeo corruptus est, ut sine pleniorum Codicum ope, restitui posse non videatur; ubi enim *virum igne combustum* significare voluerint veteres, *salamandrae* imagine certo usi non fuerint, quod animal in igne illaesum morari, imo ipsum quoque ignem exstinguere putabant. Cff. Aristot. *Hist. Anim.* V. 19. pag. 212. C. Nicander *Alexiph.* vs. 535. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 31. Phile Carm. XVII. Georg. Pisides vs. 1027. Plinius *Hist. Nat.* X. 67. — Caussinus, ut locum explicet, *καιόμενον* vertendum censet: *flammis obsessum, non consumtum*, et eadem sententia Pierii quoque fuisse videtur, qui *Hierogl.* XVI. 21. dicit: »Hominem undique ignibus impetitum, sive cladibus iis, »quae per ignem significantur, objectum, minime tamen »ulla ex iis parte laesum significare si vellent Aegyptii sa-

» cerdotes, salamandram pingere consuerunt." Sed, nisi quaedam inserantur, locus ita verti nequit; itaque fortasse supplendum: *Ἄνθρωπον ὑπὸ πυρὸς ἐπιχειρούμενον*, aut *κυκλωθέντα*, *καὶ οὐ καιόμενον*; aut tantummodo addenda particula *οὐ*. De Pauw pro *πυρὸς*, proponit *ἔρωτος*, ita ut sit: hominem *amore ardentem*, quoniam talis homo cum salamandra conferri soleat » propter ipsum ignis amo- » rem in quo vivit." Alia conjectura legit: *Ἄνθρωπον ὑπὸ κρύους καιόμενον*, statuens eos, qui Codd. scripserunt, ignorantes, ex usu linquae Graecae aliquid quoque dici posse *καίεσθαι* frigore, ignem hic adscripsisse; salamandrae autem naturam esse frigidam, atque inde explicari quare ignem extinguat, docet Theophr. *de Igne*, quem citavit J. Palmer. in *Exercit. in Opt. Auct. Graec.* pag. 613–616. ubi abunde de eo animali egit

αὕτη γὰρ ἑκατέρᾳ τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ.] Phasian. vertit: *ipsa enim quum in igne fuerit, ab utroque capite, quos attigerit, flammis conficit, ignemque etiam tactum extinguit;* Trebat. *ipsa enim utroque capite interimit;* Causs. legendum putat: *αὕτη γὰρ ἑκατέρῳ τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ*, vertens: *ignem utrimque* (id est *ab utroque latere*) *cingentem extinguit.* Sed capite salamandram extinguere ignem, veteres non prodiderunt. — Constat quidem eos putasse, hujus animalis venenum esse perniciosissimum, ita ut Plinius *Hist. Nat.* XXIX. 4, med. dicat: » Salamandram, » si arbori irrepserit, omnia poma veneno inficere, et eos » qui ederint necare." (cf. quoque Aelian. *de Nat. Anim.* IX. 28.); duo tamen capita, quod sciam, nemo veterum salamandrae tribuit. Statuendum igitur fortasse cum Pauwio, duorum symbolorum partes tantummodo hic superstites esse, alterius priorem, alterius posteriorem, atque hanc constituere illa: *αὕτη γὰρ — ἀναιρεῖ*, quae respicere potuerunt

amphisbaenam, serpentem bicipitem, de quo cff. Nicander *Theriac.* vs. 377, seqq. Aelian. *de Nat. Anim.* IX. 23. VIII. 8. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 23.

Seyffarth Op. cit. pag. 167, in. »*Salamandra* compa»ratur cum *homine comburendo*, propter caloris amorem; »est autem Mercurii symbolum, et duo capita habet, veluti »Mercurius nunc matutinus, nunc vespertinus."

CAPUT LXIII.

'Εκεῖνος γὰρ ὀφθαλμοὺς οὐκ ἔχει οὔτε ὁρᾷ.] De talpis Aristot. *Hist. Anim.* I. 9, fin. pag. 202. B. *τὰ δὲ ζωοτόκα πάντα, πλὴν ἀσπάλακος* [sc. oculos habent] *τοῦτον δὲ τρόπον μέν τινα ἔχειν θείη τις, ὅλως δ' οὐκ ἔχει, ὅλως μὲν γὰρ οὔθ' ὁρᾷ, οὔτ' ἔχει εἰς τὸ φανερὸν δήλους ὀφθαλμούς· ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ δέρματος, ἔχει τήν τε χώραν τῶν ὀμμάτων, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα κατὰ τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὴν φύσει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπερέχουσαν ἐν τῷ ἐκτός, ὡς ἐν τῇ γενέσει πληρουμένων, καὶ ἐπιφερομένου τοῦ δέρματος.* Add. idem *de Anima* III. 1. pag. 42. A. Apostol. Cent. XIX. 65. Suidas, in voce, et Plinius *Hist. Nat.* XI. 37. Artemidorus *Oneirocr.* III. 65. eandem *talpae* significationem tribuit: *'Ασπάλαξ ἄνθρωπον τυφλὸν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος σημαίνει, καὶ ματαιοπονίαν, διὰ τὸν μάταιον τοῦ ζώου πόνον.*

Seyffarth Op. cit. pag. 153; *talpam* vocat symbolum Saturni et Athoris, quoniam *coecitas* et *tenebrae* Athori (i. e. ♄. foeminino) adscribantur.

CAPUT LXIV.

"Ανθρωπον ἀπρόϊτον] Phasianin. vertit: *aditu difficilem atque inaccessibilem;* itaque legisse videtur *ἀπρόσιτον*; eodem fere modo Trebatius: *Hominem extra domum se*

continentem cum volunt significare, formicam et pennam vespertilionis pingunt, hujus enim alis ad nidum repertis, formica non ingreditur: pro προέρχεται igitur legit προςέρχεται; minus recte, ut observavit de Pauw, qui Suidam citavit, Ἀπρόϊτος explicantem: ὁ τῆς οἰκίας μὴ ἐξερχόμενος.

Seyffarth Op. cit. pag. 155, in. *vespertilionem* Saturni symbolum putat: quoniam animal hoc *formicis*, (Marti planetae sacris), adversarium dicatur ab Horapolline; et cap. 52. hujus libri, *inbecillitas* ei avi tribuatur, quae Saturno propria.

CAPUT LXV.

Διὰ τῆς ἰδίας ἐξωλείας βλαπτόμενον] Merc. probante de Pauw, vertit: *qui proprio et a se inlato damno laedatur*, ἐξώλειαν *dammum* explicans; Trebatius: *hominem sibi ipsi damna inferentem;* non satis accurate: ἐξώλεια est *pernicies, perniciosa vivendi ratio, petulantia*, quo sensu supra habuimus, cap. 37. *Ἄνθρωπον ἐξώλη;* atque ita quoque accepit Pierius *Hierogl.* XIII. 20. Phasianinus vertit: *Hominem cui fraus propria perniciosam relegationem attulerit, cuique fuga sua noceat;* unde Hoesch. eum legisse putat: *Ἄνθρωπον διὰ τῆς ἰδίας ἐξορίας βλαπτόμενον*, quam lectionem non admitti posse, ex iis, quae sequuntur, facile patet.

καστόρα ζωγραφοῦσι· ἐκεῖνος γὰρ — ῥίπτει.] Aelian. quem citavit Hoesch. *de Nat. Anim.* VI. 34. Ὁ κάστωρ — ἐπικνήψας καὶ δακὼν ἀπέκοψε τοὺς ἑαυτοῦ ὄρχεις, καὶ προςέῤῥιψεν αὐτοῖς· ὡς ἀνὴρ φρόνιμος λῃσταῖς μὲν περιπεσὼν, καταθεὶς δὲ ὅσα ἐπήγετο ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, λύτρα δήπου ταῦτα ἀλλαττόμενος. Add. Glycas *Annal.* pag. 55. D. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 30, fin. sed rem negat Sextus medicus, apud eundem, XXXII. 3, in.

CAPUT LXVI.

Ἄνθρωπον κληρονομηθέντα ὑπὸ — τέκνου] *Κληρονομεῖσθαι ὑπὸ τινός*, *haereditatem relinquere alicui*; Philo in *Vita Moysis* Lib. III. Vol. II. pag. 172, fin. *Ed. Mangey*. eodem modo: *ὁ νόμος ἐφίησι κληρονομεῖσθαι τοὺς γονεῖς ὑπὸ τῶν παίδων, ἀλλὰ μὴ τούτους κληρονομεῖν.*

καὶ τὸν μὲν ἕνα αὐτῶν φιλεῖ λίαν] Eadem narrat Oppian. *Cyneget.* vs. 608, seqq. Plinius *Hist. Nat.* VIII, 54.

CAPUT LXVII.

Ἐλαττώματα] Hoc loco sunt *vitia*. Diod. Sic. II. 57. pag. 169. *Wessel.* *τὸν δὲ πηρωθέντα ἢ καθόλου τὶ ἐλάττωμα ἔχοντα ἐν τῷ σώματι — μεθιστάνειν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἀναγκάζουσι.* Plutarch. *de Alex. M. Fort.* cap. 9. pag. 331. B. C. *διανοίας — ἤδη τῶν τοῦ σώματος ἐλαττωμάτων κατεξανισταμένης.*

πίθηκον οὐροῦντα ζωγραφοῦσιν·] Pierius Hierogl. XIII. cap. 42. dicit, se in quibusdam MSS. legisse *αἴλουρον*, pro *πίθηκον*; eaque lectio fortasse erit recipienda, quum nemo veterum talia de simia narraverit. Contra, de fele Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 27. *Φασὶ δὲ τοὺς αἰλούρους πάντα, ὅσα δυσώδη ἐστὶ, μισεῖν τε καὶ βδελύττεσθαι· ταύτῃ τοι καὶ τὸ σφέτερον περίττευμα ἀφιέναι, πρότερον βόθρον ὀρύξαντας, ἵνα ἀφανίσωσιν αὐτὸ τῆς γῆς ἐπιβαλόντες.* Plinius *Hist. Nat.* X. 73, fin. »Excrementa sua effossa obruunt terra, »intelligentes odorem illum indicem sui esse." Simili errore apud Photium Cod. CXLII. pag. 1048, fine, quem locum laudavimus supra, pag. 210. *αἴλουρος* nominatur, ubi potius de cynocephalo cogitandum videtur.

CAPUT LXVIII.

Κατὰ τὸ μᾶλλον ἀκούοντα] *Hominem auditu valentem*; solent ita adjectiva, addita praepositione, usurpari pro adverbiis. Xenoph. *Cyrop.* VII. 2. §. 29. *Ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν παράλλαξις*, i. e. *mutatio quae fit paullatim*. VIII. 1. §. 29. *ἀλλὰ ἐξαμμάτων κατὰ πολὺ τῷ κέντρῳ*, ubi diversam lectionem *ἰσχυρῶς*, interpretationem esse formulae non in vulgus notae, *κατὰ πολὺ*, recte judicavit Zeunius. Diod. Sic. XXXVII. Ecl. 1. Vol. II. pag. 539, med. *Wessel.* *καὶ διεπολέμησαν Ῥωμαίοις τὰ πλεῖστα κατὰ τὸ ἐπικρατέστατον.* et II. cap. 57. Vol. I. pag. 169. *καὶ γιγνομένους ἀνόσους κατὰ τὸ πλεῖστον.* Aelian. *Var. Hist.* I. 3, in. *καὶ τῶν ἄλλων ὑπερφέρουσι κατὰ τὸ πολύ.* XI. 4. *κατὰ μικρὰ ὑποῤῥεουσῶν αὐτῶν τῶν τριχῶν.* — Caeterum de Pauw, magna cum veri similitudine conjicit, errore scribentium, *ἀκούοντα* in Codices irrepsisse, pro *ἀναπνέοντα*, tum propter ipsa Horapollinis verba, quae sequuntur: *αὕτη γὰρ ἀναπνεῖ διὰ τῶν ῥωθώνων καὶ τῶν ὤτων*; tum ob ea quae de capra narrat Aelian. *de Nat. Anim.* I. 53. *Ἔχει τι πλεονέκτημα ἡ αἴξ, τὴν τοῦ πνεύματος εἰσροήν. — Ἀναπνεῖ γὰρ καὶ διὰ τῶν ὤτων, καὶ διὰ τῶν μυκτήρων, καὶ αἰσθητικώτατον τῶν διχηλῶν ἐστι.* Fortasse hujus loci verba posteriora: *καὶ αἰσθητικώτατον, κ. τ. λ.* errori apud Horapollinem ansam praebuere; neque tamen cum Pauwio legendum putaverim *ἀσθματικώτατον*, i. e. *difficillime spirans*; quoniam hoc pugnat cum scriptoris opinione, capras duobus spirandi organis esse instructas. Aristotel. *Hist. Anim.* I. 11, in. pag. 202. E. et 203. A. huic narrationi fidem suam negat. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 50, med. et Varro de *Re Rustica* II. 3., Archelaum scripsisse ajunt, auribus eas spirare, non naribus. Cf. quoque Oppian. *Cynegetic.* II. vs. 338.

CAPUT LXIX.

Ὁτὲ μὲν ἰσχυρὸν [*καὶ θρασὺν*], *ὁτὲ δὲ ἀσθενῆ* [*καὶ δειλὸν*] Fieri potest ut verba: *θρασὺν* et *δειλὸν*, pro diversa lectione, aut explicandi gratia, ab aliquo in margine Codicis adscripta, postea in textum irrepserint. Trebatius quoque ea in suo Cod. invenit, nam vertit: *verum modo fortem et audacem, modo imbecillum et timidum cum volunt significare.*

ὕαιναν ζωγραφοῦσιν·] Gesnerus in Lib. *de Quadrupedibus*, dicit, se in libris, quos consuluerat, scriptum legisse: *ὕαιναν ὄφιν ζωγραφοῦσιν*, atque eandem quoque lectionem secutus est Trebatius vertens: *hyaenam serpentem pingunt;* et probavit Bochart. *Hieroz.* II. pag. 397, in. Fortasse aliquis in codice adnotaverat, serpentem quoque sexum mutare, (de qua veterum opinione cff. quos laudavit Bochart. l. c.) atque inde vitiosa lectio in nonnullos codices irrepsit. Quum autem apud alios scriptores mentio non fiat, quod sciam, de serpente *hyaena* vocato, (de *hyaena* pisce egit Aelian. *de Nat. Anim.* XIII. 27.) tutius est, hîc etiam de quadrupede accipere. Oppian. *Cynegetic.* III. vs. 274, seq.

> *Θαῦμα δὲ καὶ τόδ' ἄκουσα περὶ στικτῇσιν ὑαίνης,*
> *Ἄρσενα καὶ θήλειαν ἀμείβεσθαι λυκάβαντι.*

Aelian. *de Nat. Anim.* I. 25. *Τὴν ὕαιναν τήτες μὲν ἄῤῥενα, εἰ θεάσοιο, τὴν αὐτὴν ἐς νέωτα ὄψει θῆλυν· εἰ δὲ θῆλυν νῦν, μετὰ ταῦτα ἄῤῥενα.* Aristoteles *Hist. Anim.* VI. 32. pag. 359. A. B. et *de Generat. Anim.* III. 6, med. pag. 655. B. (ubi ita quoque statuisse dicit Herodorum Heracleotem) explicat, unde haec fabula de hyaena originem habeat. Caeterum cff. Clem. Alex. *Paedagog.* II. cap. 10. pag. 221, 222. *Potteri.* Artemid. *Oneirocr.* II. 12. qui: *Ὕαινα δὲ*, inquit, *σημαίνει ἀνδρόγυνον.* Glycas *Annal.*

pag. 54. A. Ovid. *Metam.* XV vs. 409, seqq. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 30. — Idem de ichneumone narrat Aelian. *de Nat. Anim.* X. 47. et de *lepore* produnt idem XIII. 12. et Glycas l. c.

CPAUT LXX.

Ἐὰν γὰρ ὁμοῦ τιθῆται] Ita legendum videtur, ex conjectura Hoeschelii, pro τεθῇ τὰ, vel τιθῇ τὰ δύο δέρματα. Articulus enim otiosus est, et Plinius *Hist. Nat.* XXVIII. 8. in. » Praecipue pantheris terrori esse traduntur [sc. hy» aenae], ut ne conentur quidem resistere: et aliquid de » corio earum habentem non appeti. Mirumque dictu, si » pelles utrinsque contrariae suspendantur, decidere pilos » pantherae." Ex quo loco conjecerit aliquis, pro παρδαλέως, apud Horapollinem πάνθηρος nomen esse ponendum; sed veteres idem animal his nominibus significabant. Cf. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 17. ubi docet in eo animalium genere, mares *pardos*, foeminas *pantheras* vocari. Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 22. tradit, hyaenam inimicissimam esse pardali.

CAPUT LXXI.

Ἐὰν ἐπὶ τὰ δεξιὰ στραφῇ] Plinius l. c. » Cum fugiant » venantem, declinare ad dextram, ut progressi hominis » vestigia occupent. Quod si successerit, alienari mente, » ac vel ex equo hominem decidere. At si in laevam detor» serit, deficientis argumentum esse celeremque capturam."

CAPUT LXXII.

Ἐὰν γάρ τις — παρέλθῃ διά τινων ἐχθρῶν] Unde haec petierit scriptor non constat; certe talis vis hyaenae pelli a veteribus, quod sciam, adscripta non fuit. An fortasse praecedens: ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐχθροῦ, vel illud quod in seq. cap. legitur: ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐχθρῶν, in errorem duxit eos, qui

codicem transscripserunt, ita ut pro ἐχθρῶν, legendum sit κυνῶν? Nota enim est inimicitia hyaenas inter et canes. Aelian. *de Nat. Anim.* VI. 14, fin. ὅταν ᾖ πλήρης ὁ τῆς σελήνης κύκλος, κατόπιν λαμβάνει τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν αὐτῆς σκιὰν ἐπιβάλλει τοῖς κυσὶ, καὶ παραχρῆμα αὐτοὺς κατεσίγασε, καὶ καταγοητεύσασα ὡς αἱ φαρμακίδες, εἶτα ἀπάγει σιωπῶντας, καὶ κέχρηται ὅ τι καὶ βούλεται τὸ ἐντεῦθεν αὐτοῖς. Cf. quoque III. 7. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 30, med. » Praeterea umbrae ejus contactu canes obmutescere; et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter lustraverit, in vestigio haerere." idem XXVIII. 8, med. » Eos » vero qui linguam [sc. hyaenae] in calceamento sub pede » habeant, non latrari a canibus." Add. Aristot. *de Mirab. Auscult.* pag. 737. B. Oppian. *Cynegetic.* III. vs. 277. seqq.

CAPUT LXXIII.

Ἄνθρωπον σιανθέντα ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐχθρῶν] Codd. Aug. Pariss. A, B. Ald. et reliqui Edd. omnes διανθέντα. Phasianinus vertit: *qui detineatur, quique perexigua jactura ab earum manibus se liberet;* Trebatius: *hominem inimicum suum praevenientem, ac minimo damno se a periculis eximentem;* Mercerus: *circumventum oppressumque ab hostibus*, verbum διαίνεσθαι interdum idem significare adnotans, quod ἐξαπατᾶν, auctoritate fortasse Hesychii, qui διαίνεσθαι explicat διαιολλᾷν, ἐξαπατᾷν, ποικίλλειν; sed dubitandum, an verbum illud ita apud scriptores Graecos usurpetur, et, quod animadvertit de Pauw, Hesychius verbo ἐξαπατᾷν, non omnes fraudes, verum illas tantum, quae *humectando* fiunt, intelligere videtur. Gesnerus in Libro *de Quadrupedibus* conjicit: Ἄνθρωπον διαδράντα ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐχθρῶν, *eum qui hostes suos evaserit.* De Pauw: διωχθέντα, quod certe sensum optimum efficeret;

sed secuti sumus Cod. Paris. C. Verbum σιάζειν, apud posteriores scriptores Graecos, usurpatur pro συντίθεσθαι, ὁμολογεῖν, συμφωνεῖν, corruptum fortasse ex ἰάζειν, vel ἰαίνειν. Cff. Du Cange in *Gloss. Gr.* et Sim. Portius in *Lexico Lat. et Gr. Barb.* — De re ipsa cf. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 22. »quin et caudae hujus animalis [sc. lupi] »creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo in villo, »eumque cum capiatur, abjici, nec idem pollere nisi vi»venti direptum."

οὗτος γὰρ μέλλων θηρεύεσθαι] Ald. Merc. et Pierius minus recte particulam *γὰρ* omittunt, Hoesch. et Causs. uncis includunt; Trebatius eam quoque in suo codice invenisse videtur.

CAPUT LXXIV.

Τὰ ἐπισυμβαίνοντα αὐτῷ] Hoesch. et de Pauw ediderunt ἑαυτῷ; quod non opus videtur, quum in titulo legatur αὐτῷ; et supra, cap. 72. eodem modo dicatur: τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ συμφοράς. — Τὰ ἐπισυμβαίνοντα, hoc loco sunt τὰ συμβαίνοντα, i. e. *quaecunque accidunt.*

ἀφαιρεῖται αὐτὸν ποιούμενον] Ejusmodi quid de lupo apud alios scriptores non inveni. Contra vulgi erat opinio, quos lupus prior adspexisset, iis vocem ad tempus adimi, contrarium autem obtinere, si quis lupum prior intuitus fuisset. Scholiastes ad Theocr. *Idyll.* XIV. vs. 22. *Οἱ ὀφθέντες ἄφνω ὑπὸ λύκου δοκοῦσιν ἄφωνοι γίγνεσθαι.* Cff. quoque Virgil. *Eclog.* IX. vs. 53. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 34. Donatus in Terent. Adelph. IV. 1. vs. 21. quos laudavit Stalbaum ad Platon. *de Republ.* I. cap. 10. pag. 336. D.

CAPUT LXXV.

Ἄνθρωπον ὑπὸ πυρὸς σωφρονισθέντα, καὶ ἐπὶ θυμῷ] *Hominem igne cohibitum, et in ira.* Σωφρονίζειν saepe sig-

nificat *cohibere*, *compescere*, *coërcere*. — Ἐπὶ θυμῷ hoc loco idem est quod ἐπὶ θυμοῦ, quod tamen hîc reponere, opus non videtur, quum ἐπὶ cum dativo, saepe eandem vel similem significationem habeat, ac cum genitivo. Cf. Matthiae *Gr. Gr.* §. 586. E. — Voces ὑπὸ πυρὸς, fortasse a glossatore quodam ad marginem adscriptae, minus recte in textum irrepserunt, certe melius omittentur.

οὐδὲν γὰρ ἄλλο φοβεῖται ὁ λέων, ὡς τὰς ἀνημμένας δᾷδας] Homerus *Il.* Λ. vs. 554.

Καιόμεναί τε δεταί τάς τε τρεῖ ἐσσύμενός περ.

quem versum citavit Aristot. *Hist. Anim.* IX. cap. 44. pag. 450. A. Add. Oppian. *Cyneget.* IV. vs. 133, seq. Aelianus *de Nat. Anim.* VI. 22, VII. 6, XII. 7. ubi causam addit: τὸ δὲ ἔξωθεν πῦρ δυσωπεῖται, καὶ φεύγει, πλήθει τοῦ ἔνδοθέν, φασιν. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 16. Sic gallinaceum quoque leoni timorem incutere docent Aelian. ibid. III. 31, V. 50, XIV. 9. Lucretius IV. vs. 70. Plinius l. l. et X. 21. — Artemidorus *Oneirocr.* II. 12. per *leonem* in somniis indicari ait τοὺς ἀπὸ πυρὸς κινδύνους.

De Goulianof Op. cit. pag. 20. caput hoc per paronomasiam explicandum putat; quoniam *furor* Coptice ⲙⲁⲃⲟⲧⲓ, *leo* ⲙⲟⲩⲓ dicatur, *ignis* porro et *torris* eadem voce ⲡⲉⲱϩ vocentur, *cohibere* denique ea lingua ⲥⲁϩⲱ, et *comburere* ⲥⲁϩϯ reddatur.

CAPUT LXXVI.

Ἐκεῖνος γὰρ ἐὰν πυρέξῃ, φαγὼν πίθηκον ὑγιαίνει.] Cod. Paris. C. Ald. et alii πίθηκα; utroque modo vocatur πίθηξ et πίθηκος; sed posteriorem lectionem, quum supra quoque, cap. 66. sequatur Philippus, et reliqui Codd. tueantur, retinendam putavimus. — Rem ipsam narrat Plinius *Hist. Nat.* VIII. 16. »Aegritudinem fastidii tantum sentit, in

» qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum » lascivia simiarum. Gustatus deinde sanguis in remedio » est." Cf. quoque supra, adnot. ad cap. 38. hujus libri pag. 336, seq.

CAPUT LXXVII.

Ἄνθρωπον ἀπὸ ἐξωλείας τῆς πρώην, κ. τ. λ.] Phasianinus iterum hoc loco legisse videtur *ἐξορίας*, veluti supra, in cap. 65. nam vertit: *Hominem qui ad bonam frugem ob primam relegationem a patria, quam passus fuerit, demum redierit, morigeratusque inde factus sit.* Significat autem *ἐξώλεια*, veluti observavit de Pauw, *luxuriam*, *intemperantiam*, *nequitiam*; vel, ut supra, cap. 65. vertimus, *perniciosam*, *perditam vivendi rationem.*

δεσμεῖται ἀγριοσυκῇ] *Ἀγριοσυκῆ* est *ficus silvestris*, *caprificus*. Suidas *Ἐρινεός· ἀγρία συκῆ.* — Glycas *Annal.* I. pag. 13. D. idem narrat: *ὅθεν καὶ τῶν ταύρων ὁ χαλεπώτατος συκῇ προςδεθεὶς ἡσυχίαν ἄγει, καὶ ψαύσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλως ἀφίησι τὸν θυμὸν ὥςπερ ἀπομαραινόμενος.* Plinius *Hist. Nat.* XXIII. 7. » Caprificus tauros quamlibet fero» ces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura » compescit, ut immobiles praestet."

CAPUT LXXVIII.

Τοῦτον γὰρ ἐὰν δήσῃς τῷ δεξιῷ γόνυϊ καρποδέσμιον, παρακολουθοῦντα εὑρήσεις·] Locus videtur corruptus; aliter certe legit Trebatius, vertens: *taurum pingunt, genu dextrum ligatum, sic enim non coit, assumitur autem*, cet. Mercerus: *hunc enim si dextro genu vinxeris, juncturam pedis consequi deprehendes;* quae quid sibi velint non intelligo; melius Causs., Pierius, *Hierogl.* III. 5. et de Pauw *καρποδέσμιον* vertunt *vinculum*, *funem*, *fasciam.* Apud Lucianum Lexiphanes (in oratione ob impro-

prium verborum usum ridicula), *καρπόδεσμα* usurpat pro *manicis*, seu *vinculis* manu injectis, cf. *Lexiph.* cap. 10. fine: ὁ γὰρ στρατηγὸς, καίτοι ἀτιμαγελοῦντι καρπόδεσμά τε αὐτῷ περιθεὶς, καὶ περιδέραιον, ἐν ποδοκάκαις καὶ ποδοστράβαις ἐποίησεν εἶναι. Glossarium vetus καρπόδεσμος reddit *lemniscum*, *articularem fasciolam*. — Legendum videtur: τοῦτον γὰρ ἐὰν δήσῃς τὸ δεξιὸν γόνυ καρποδεσμίῳ, παρακολουθοῦντα εὑρήσεις· *hunc enim*, *si dextrum genu fascia ligaveris*, *sequentem deprehendes*. Atque sic haec convenient cum loco Aeliani *de Nat. Anim.* IV. 48. quem citavit quoque de Pauw, sed postea ex meliori codice emendatiorem edidit Gronovius: Ὑπὸ θυμοῦ τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα εἰς κέρας, καὶ σὺν ὁρμῇ καὶ ἀκατασχέτως φερόμενον, οὐχ ὁ βουκόλος ἐπέχει, οὐ φόβος ἀναστέλλει, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον· ἄνθρωπος δὲ ἵστησιν αὐτὸν, καὶ παραλύει τῆς ὁρμῆς, τὸ δέξιον αὐτοῦ γόνυ διασφίγξας ταινίᾳ, καὶ ἐντυχὼν αὐτῷ. pro quibus posterioribus verbis, conjicit Gronovius olim scriptum fuisse: καὶ ἐγκρατεῖ αὐτοῦ.

διότι οὐδέποτε — μετὰ τὴν σύλληψιν.] Cf. supra, I. 46, fine: ἀλλὰ καὶ σώφρων ἐστὶ, διὰ τὸ μηδέποτε τοῦ θήλεος ἐπιβαίνειν μετὰ τὴν σύλληψιν. et adn. pag. 264.

CAPUT LXXIX.

Ἄνθρωπον φθορικὸν] Ita est legendum ex Cod. Vaticano, nam ejusmodi adjectivis in ικος terminatis, uti solet Philippus (*) prouti observavit Bastius in *Epistola Critica ad Boissonadium* pag. 83, 84. Quod autem habent editiones, et reliqui Codd. φθορόσοικος, apud alios scriptores

(*) Vb. c. θυμικός. I. 14, ἡγεμονικός. I. 21, σπληνικός. I. 39. θερμαντικός. I. 46, βλαπτικός. II. 24, γονικός. II. 31, ἀναιρετικός. II. 35, μυστικός. II. 55, δάφραντικός. II. 84, καταδιωκτικός. II. 90, ἐνωτικός. II. 116, ἀναμνηστικός. II. 117.

Graecos non invenitur, qui ῥινοφθόρος dixerunt, veluti recte animadvertit de Pauw.

φαγόντα κόνυζαν, ἀποθνήσκει] De *conyza*, sive *cunilagine*, cff. Dioscorid. III. cap. 116. Plinius *Hist. Nat.* XIX. 8, sub fin. et XX. 16, med. Apud Nicandrum *Theriac.* vs. 83. commemoratur inter herbas, quibus venenata animalia fugantur. Cff. quos citavit Jacobs ad Aelian. *de Nat. Anim.* I. 58.

CAPUT LXXX.

Ἄνθρωπον τρώγοντα] De Pauw conjicit legendum: Ἄνθρωπον τρυφῶντα, *hominem luxuriosum et delicate viventem*. Locus vero nimis mutilus est, quam ut certi quid de eo statui possit. — Phasianinus lacunam hoc modo, fortasse ex ingenio suo, supplet: *hic enim ab aqua quum exierit, os hians prominentibus dentibus hirudinibus refertum gerit, intra quod trochilus, quum voluerit, penetrans ultro citroque libere commeat*. Trebatius in versione sua lacunam reliquit. Illud tamen haud sine veri similitudine statuisse videntur Pierius *Hierogl.* XXIX. cap. 10. et de Pauw in adnot. ad *trochilum* pertinere, quae hîc periere; nam tot rebus de crocodilo memoratis, mirum sit, ni hanc ejus animalis atque trochili amicitiam memoraverit Horapollo, quam veteres scriptores adeo celebrarunt, Herodotus vb. c. II. 68. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 6. pag. 417. A. *de Mirab. Auscult.* pag. 715. D. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 1, VIII. 25. Antigon. Caryst. cap. 39. Phile Carm. LXXXIII. Apostol. Cent. XIX. prov. 52. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 25, in.

Ex hoc capite, aliorumque scriptorum locis, Seyffarth Op. cit. pag. 188, med. efficit, *dentes* Martis planetae symbolum fuisse.

CAPUT LXXXI.

"*Ἅρπαγα ἄνθρωπον ἀνενέργητον*] Mercerus vertit: *Rapacem simul et pigrum inertemque hominem significant, crocodilum pingentes;* atque eodem fere modo Trebatius. De Pauw vertendum putat: *Hominem rapacem, cui rapiendi facultas est ademta*, et particulam *καὶ*, quam habent Aldus et reliqui edd. omittendam censet, quam conjecturam Codd. Pariss. tres confirmarunt. — De hac ibidis alae vi in crocodilum, alibi nihil inveni; sed avem illam pestiferis bestiis exitiosam esse, narrant Herodot. II. 75. Diod. Sic. I. 87. pag. 98, in. *Wessel.* Plutarch. *de Is. et Os.* cap. 75. pag. 381. C. Aelian. *de Nat. Animal.* X. 29. *Ἄλλως τε καὶ ὅτι εἰσὶ τοῖς ἐπὶ λύμῃ καὶ ἀνθρώπων, καὶ καρπῶν ζώοις γεγεννημένοις ἔχθισται, ἤδη που καὶ ἄνω προεῖπον.* et I. 38. *λέγουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι καὶ τοὺς ὄφεις πάντας ἴβεων πτερὰ δεδιέναι.* Add. Euseb. *Praep. Euang.* IX. 27. Theophylact. *Quaest. Nat.* cap. 14. Phile Carm. XXX. vs. 66. Geopon. XIII. 8. 5. Cicero *de Nat. Deor.* I. 36, II. 50. Plinius *Hist. Nat.* X. 28. Pompon. Mela III. 8. — De *crocodilo hominem rapacem* significante, vidimus supra I. 67. adnot. pag. 295, seq.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 18, 19. *ἅρπαγα καὶ ἀνενέργητον* vertens: *rapacem* et *pigrum*, et monens differentiam inter c et ϭ, in antiqua Aegyptiorum lingua non exstitisse, acrologiam animadvertendam putat, quoniam ⲥⲟⲩϫⲓ *crocodilum*, ϭⲓⲟⲩⲓ *furem*, et ϭⲛⲁⲛ, aut ϭⲉⲛⲛⲉ *pigrum* significent. Sed supra in adnot. pag. 297. jam diximus, verisimile non esse, Aegyptios crocodilum illum rapacem ⲥⲟⲩϫⲓ dixisse.

Seyffarth Op. cit. pag. 160, in. *ibidis pennam crocodilo adversariam*, explicat Lunam vel Mercurium planetam oppositum Saturno, cui *crocodilus* sacer habebatur.

CAPUT LXXXII.

Αὕτη γὰρ δὶς οὐ κύΐσκει.] Herodotus III. 108, fin. *ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ, συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε ἐστί· ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ὁ δὲ, ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας· αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐσικνέεται καταγνάφων.* Rem, post Herodotum narrarunt Antigon. Caryst. cap. 25. Basilius M. *Homil.* IX. in *Hexaëm.* pag. 85. B. Aulus Gell. XIII. 7. sed fabulam esse declarant Aristot. *Hist. Anim.* VI. 31. pag. 358. D. *de Generat. Anim.* III. 1, med. pag. 643. C. Aelian. *de Nat. Anim.* IV. 34. *Var. Hist.* X. 3. Oppian. *Cynegetic.* III. vs. 56. Philostr. in *Vita Apoll.* I. 22, in. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 16. quorum nonnullos laudarunt Hoesch. in adnot. et Bochart. *Hierozoic.* I. pag. 742.

CAPUT LXXXIII.

Αὕτη γὰρ αἷμα συνεστραμμένον καὶ πεπηγὸς τίκτει] Aelian. *de Nat. Anim.* II. 19. *Τεκεῖν βρέφος οὐκ οἶδεν ἄρκτος, οὐδ' ὁμολογήσει τις ἐξ ὠδίνων ἰδὼν τὸ ἔκγονον, ζωογόνον εἶναι αὐτήν. Ἀλλὰ ἡ μὲν ἐλοχεύθη, τὸ δὲ εἰκῆ κρέας, καὶ ἄσημόν τε καὶ ἀτύπωτον, καὶ ἄμορφον· ἡδὲ ἤδη φιλεῖ καὶ γνωρίζει τέκνον, καὶ ὑπὸ τοῖς μηροῖς θάλπει, καὶ λεαίνει τῇ γλώττῃ καὶ ἐκτυποῖ εἰς ἄρθρα, καὶ μέντοι καὶ κατὰ μικρὰ ἐκμορφοῖ.* Cf. quoque VI. 3. Aristot. *Hist. Anim.* VI. 30. pag. 358. B, talem fetum vocat *ἀδιάρθρωτον.* Plutarchus *de Am. Prol.* cap. 2. med. pag. 494. C. *ἡ δὲ ἄρκτος, ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον θηρίον, ἄμορφα καὶ ἄναρθρα τίκτει· τῇ δὲ γλώττῃ καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας, οὐ δοκεῖ γεννᾷν μόνον, ἀλλὰ καὶ δημιουργεῖν*

τὸ τέκνον. Add. Oppian. *Cynegetic.* III. vs. 163. Galen. *de Theriac.* I. 11. Phile Carm. XLVII. Glycas *Annal.* pag. 64. B. Ovid. *Metamorphos.* XV. vs. 379–381. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 26, in. X. 63, med. Solinus cap. 29.

CAPUT LXXXIV.

Ἐκεῖνος γὰρ ταύτῃ ὀσφραίνεται] Proboscidem elephantis Graeci vocarunt quoque *προνομαίαν*, cff. vb. c. Philostr. *Vit. Apollon.* II. 12. et Suidas in voce; quoniam vero ea, tamquam manu, utuntur, *manum* quoque dixerunt Romani. Cff. Cicer. *de Nat. Deor.* II. 47. Lucretius II. vs. 537. Oppian. *Cyneget.* II. 524. Jacobs ad Aelian. *de Nat. Anim.* IV. 31. Aristot. *Hist. Anim.* II. 16. pag. 508. A. *μυκτὴρ γάρ ἐστιν, ᾧ τὴν τροφὴν προσάγεται, καθάπερ χειρὶ χρώμενος πρὸς τὸ στόμα τήν τε ξηρὰν καὶ τὴν ὑγρὰν, καὶ τὰ δένδρα περιελίττων ἀνασπᾷ, καὶ χρῆται καθάπερ ἂν εἰ χειρί.* et ibid. D. *διὰ μὲν οὖν τὴν ἀναπνοὴν ἔχει μυκτῆρα, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ἐχόντων πνεύμονα ζώων· διὰ δὲ τὴν ἐν τῷ ὑγρῷ διατριβὴν καὶ τὴν βραδυτῆτα τῆς ἐκειθεν μεταβολῆς, δυνάμενον ἐλίττεσθαι καὶ μακρόν.* Add. I. 11, sub fin. pag. 203. E. 204. A. et II. 1, in. pag. 213. D. E. Plinius *Hist. Nat.* VIII 10, med. »Mandunt ore: spirant et bibunt, odo»ranturque haud improprie appellata manu."

καὶ κρατεῖ τῶν προςπιπτόντων.] *Et vincit adgressores,* Mercerus minus recte: *et incidentia consequitur*, nam ὀσφραίνεται explicat superiora: *καὶ τῶν συμφερόντων ὀσφραντικόν*; itaque *κρατεῖ τῶν προςπιπτόντων*, referendum videtur ad *ἰσχυρόν*; verbum autem *προςπίπτειν* saepissime ea *adgrediendi* significatione usurpatur; vb. c. apud Diod. Sic. II. 26. pag. 140, in. *Wessel.* *προςπεσόντες δὲ συντεταγμένοι μὲν ἀσυντάκτοις, ἕτοιμοι δὲ ἀπαρασκευάστοις, τῆς τε παρεμβολῆς ἐκράτησαν.* et XV. 65. med. Vol. II. pag. 53,

med. *καὶ προσπεσόντες ἄφνω τοῖς διαβαίνουσι, πολὺν ἐποιοῦντο φόνον.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 9. 10. »Coptis" inquit »ⲧⲁϫⲣⲟ est *fortis*, ⲧⲁϫⲣⲏⲟⲩⲧ *fortissimus; elephas* »ⲧⲉⲗⲉⲫⲓⲛⲟⲥ." Posteriorem vocem, quam non Aegyptiacam, sed origine Graecam esse Champoll. objicit, in *Censura*, quam saepius citavimus, iterum vindicare conatur Klaproth. Ep. II. pag 23.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 145, med. *elephas* habetur Martis symbolum, quoniam viribus et ingenio valeat, quae huic planetae tribuantur; sed Solis quoque, quoniam hic et ipse rex dicatur. Cf. ibid. p. 145, in.

CAPUT LXXXV.

Ἄνθρωπον βασιλέα] Fortasse alicui ἄνθρωπον hic abundare videbitur, ex prioribus capitibus, vel ex seqq. errore huc translatum ab iis, qui codices transcripserunt; praesertim quum Trebatius in versione sua, vocem illam non expresserit; sed infra quoque, cap. 91. ubi est *μετὰ αὐλητοῦ ἀνθρώπου*, idem vertit: *cum tibicine*, et apud alios quoque scriptores ἄνθρωπος, per pleonasmum additur, saepius vero in *N. T.* cf. vb. c. Matth. XVIII. 23. *διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.* Vid. Vechneri *Hellenolex.* pag. 86. In seqq. pro ἐλέφαντα, Trebatius legit ἔλαφον, nam vertit: *regem insipientiam fugientem significare volentes, cervum et arietem pingunt.* — *Elephantem* oneirocritae quoque *regem* interpretantur. Artemid. II. 12. *Ἐλέφας — ἐν Ἰταλίᾳ* [sc. *ὁρώμενος*] *δεσπότην σημαίνει, καὶ βασιλέα, καὶ ἄνδρα μέγιστον.* Achmet. cap. 27. *ὁ ἐλέφας εἰς ὑψηλὸν ἄνδρα, ξένον, ἐξουσιαστὴν, πολύπλουτον κρίνεται.*

ἐκεῖνος γὰρ θεωρῶν τὸν κριὸν φεύγει.] Aelian. *de Nat. Anim.* I. 38, in. *Ὀῤῥωδεῖ ὁ ἐλέφας κεράστην κριὸν, καὶ χοίρου βοήν. Οὕτω τοίνυν, φασὶ, καὶ Ῥωμαῖοι τοὺς σὺν Πύῤῥῳ τῷ Ἠπειρώτῃ ἐτρέψαντο ἐλέφαντας.* Phile Carm. VIII. vs. 178.

Πῦρ δὲ πτοεῖται καὶ κριὸν κερασφόρον.

Plutarch. *Sympos.* II. Quaest. VII. cap. 1. pag. 641. C. Geopon. XV. 1. pag. 1036.

CAPUT LXXXVI.

Ἐκεῖνος γὰρ ἀκούων φωνῆς χοίρου, φεύγει.] Idem narrat Aelian. *de Nat. Anim.* VIII. 28, fin. XVI. 36. ubi dicit Megarenses ab Antipatro obsessos, sues pice oblitas atque incensas, in hostium acies immisisse, et ita elephantos eorum in fugam vertisse, addens: *εἴτε φύσει τινὶ οἱ ἐλέφαντες ἰδίᾳ μισοῦντες τὰς ὗς καὶ μυσαττόμενοι, εἴτε καὶ τῆς φωνῆς αὐτῶν τὸ ὀξὺ καὶ ἀπηχὲς πεφρικότες ἐκεῖνοι.* Idem narrat Polyaen. *Strateg.* IV. 4. 3. Cff. quoque Aelian. I. 38, in. et, quos ad eum locum laudavit Schneiderus, Georg. Pisid. *de Mundi Opif.* vs. 949. Seneca *de Ira* II. 12. quibus add. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 32, fin. pag. 981. E. Suidas, in voce *Κεκραγμόν.* et Plinius *Hist. Nat.* VIII. 9, fine.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 154, *elephas porci inimicus*, indicat Solem, Saturno planetae oppositum.

CAPUT LXXXVII.

Ἐκείνη γὰρ ὁρῶσα τὴν ἔχιδναν φεύγει.] Hoeschelius legendum putat: *ἐκείνην γὰρ ὁρῶσα ἡ ἔχιδνα, φεύγει*; sed, prouti de Pauw recte animadvertisse videtur, loci sensus eam mutationem non admittit: vipera enim cervum non inconsiderate effugit, quum ab eo occidatur; sed cervus, pri-

mo visu serpentis perterrefactus, mox vero ad odiosum animal interficiendum rediturus, recte symbolum haberi potuit hominis inconsiderate, et sine ratione fugientis inimicum inferiorem. Caeterum de cervo serpentes occidente Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 24, in. pag. 976. D. ἐλάφοις δὲ ὄφεις ἀγόμενοι ῥᾳδίως ὑπ' αὐτῶν· ᾗ καὶ τοὔνομα πεποίηται παρώνυμον, οὐ τῆς ἐλαφρότητος, ἀλλὰ τῆς ἕλξεως τοῦ ὄφεως. eodem modo Epiphan. *ad Physiolog.* cap. 5. ἔλαφος διὰ τὸ ἐλκεῖν τοὺς ὄφεις ἐκ τοῦ βάθους. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 9. Ἔλαφος ὄφιν νικᾷ, κατά τινα φύσεως δωρεὰν θαυμαστήν· καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν διαλάθοι ἐν τῷ φωλεῷ ὢν ὁ ἔχθιστος. Add. VIII. 6, IX. 20. Theophr. *de Caus. Plant.* IV. 11. Nicander *Theriac.* vs. 140. Oppian. *Cyneget.* II. vs. 236. *Halieut.* II. vs. 289. Phile Carm. LVI. Geopon. XIX. 5. 3. Glycas *Annal.* pag. 47. D. et pag. 55. D. Plinius *Hist. Nat.* VIII, 32, fine, et XXVIII. 9. quorum plurimos citarunt Hoesch. in adnot. Gronov. et Jacobs ad Aelian.

CAPUT LXXXVIII.

Ἄνθρωπον προνοούμενον τῆς ἰδίας τάφης] Codd. τροφῆς, quod secutus Pierius *Hierogl.* II. cap. 13. vertit: *vitae suae prospicientem*, Philippum, duplici aliqua Aegyptiaci vocabuli significatione deceptum, hic per τροφῆς reddidisse suspicatus, quod potius per aliam vocem reddendum fuisset, *vitam* significantem. Sed optima est lectio, quam edidit Mercerus, ταφῆς, quamque secuti sunt Pierius, id Ed. Horapollinis, et Causs. Trebatius idem in suo Cod. invenisse videtur; nam vertit: *Hominem de sua ipsius sepultura curam habentem significare volentes, cervum pingunt suos ipsius dentes infodientem.* Unde etiam patet, eum ἔλαφον legisse, pro ἐλέφαντα; eodem modo atque supra, cap. 85. — Cervos cornua ob invidiam sepelire, quum

ea hominibus prodesse sciant, tradunt Aristot. *Hist. Anim.* IX. 5. pag. 415. C. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 17, med. Oppian. *Cyneget.* II. vs. 211, seqq. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 32. Sed de elephante Plinius ibid. VIII. 3. »Praedam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis »suis, quae Juba cornua appellat, Herodotus tanto anti»quior, et consuetudo melius, dentes; quam ob rem de»ciduos casu aliquo vel senecta defodiunt." Aelian. (quem citavit de Pauw) *de Nat. Anim.* V. 49, med. narrat Aethiopum elephantes, ubi mortuum alium viderint, proboscide sua humum congestantes, eum sepelire.

τούτους γὰρ πεσόντας λαβὼν κατορύττει.] Quae leguntur in Codd. Aug. et Pariss. A, B, C. *ἐκεῖνος γὰρ, ὅταν ἴδῃ τοὺς ἰδίους ὀδόντας πίπτοντας, καταδράττεται τούτων., καὶ τούτους ὀρύττει*, in textum non recepimus, quoniam periphrasin constituere videntur alterius lectionis, quae servatur ab Ald. Merc. et Pierio, quamque Trebatius in suo Cod. habuisse videtur, vertens: *sepelit enim cervus, qui sibi exciderunt dentes.*

CAPUT LXXXIX.

Αὕτη γὰρ ζῇ ἑκατὸν ἔτη κατ' Αἰγυπτίους] De vita cornicum longissima, Hesiodi versus laudavit Plutarchus de *Oracul. Def.* cap. 11. in. pag. 415. C.

> *Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη*
> *Ἀνδρῶν ἡβώντων.*

Cf. quoque idem Sympos. IV. Quaest. I. cap. 3, med. pag. 662. F. quem locum vertit Macrobius *Saturn.* VII. cap. 5. Add. locus Plinii, quem supra citavimus ad cap. 21. pag. 318.

τὸ δὲ ἔτος κατ' Αἰγυπτίους τεττάρων ἐνιαυτῶν.] Cff. quae adnotavimus supra, ad I. 5. pag. 141, seqq.

CAPUT XC.

Πῶς ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ κρύπτοντα] Ald. Merc. Pierius et Causs. praepositionem minus recte omittunt; error fortasse inde ortus, quod in ipso capitis initio, quum aliud verbum usurpetur, praepositio non additur.

Ἄνθρωπον ἐμφωλεύοντα ἑαυτῷ κακίαν] In Cod. Paris. B. pro *ἐμφωλεύοντα*, legitur *ἐγκρύπτοντα*, quod scholium esse vocis legitimae, monet de Boissonade ad *Nicet. Eugen.* T. II. pag. 255. — Interpretes accepisse videntur pro *κρύπτοντα ἐν ἑαυτῷ κακίαν*, freti fortasse Suida, *φωλεύουσι* explicante, *κρύπτουσι*. Sed dubito, an verbum *ἐμφωλεύειν* ea significatione usurpari possit; significat enim *latere in aliqua re, insidiari;* itaque suspicetur aliquis, verba: *ἑαυτῷ κακίαν*, minus recte in textum irrepsisse, verum ea simul cum *ἐγκρύπτοντα* inserviisse explicationi verbi *ἐμφωλεύοντα*; quod si verum sit, vertendum erit: *Hominem insidiantem, et tegentem se, ne cognoscatur a suis, volentes significare, pardalin pingunt.* Pro τοῖς ἰδίοις, Trebatius, fortasse non male, legit τοῖς ἄλλοις, vertens: *Hominem — nec ab aliis cognosci promittentem.*

μὴ συγχωροῦσα τὴν ἰδίαν ὀσμὴν ἀφιέναι] Pro ὀσμὴν, Aldus, aliique, habent *ὁρμὴν*, quod legit quoque Trebatius; ea tamen lectio improbanda videtur; quoniam tunc *ἀφιέναι* recte explicari non potest, nisi ad ipsa illa animalia referatur, et vertatur *innotescere, cognoscere;* veluti reddiderunt Trebat. et Merc. sed ea significatione an recte usurpari potuerit illud verbum, jure dubitabitur. Praeterea de pardi odoris suavitate, qua reliqua animalia ad se adliciat, plurimi veterum scripserunt. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 6. pag. 416. E. 417. A. *λέγουσι δὲ καὶ κατανενοηκέναι τὴν πάρδαλιν ὅτι ὀσμῇ αὐτῆς χαίρουσι τὰ θηρία, ἀποκρύπ-*

τουσαν ἑαυτὴν, θηρεύειν. προσιέναι γὰρ ἐγγὺς, καὶ λαμβάνειν οὕτω καὶ τὰς ἐλάφους. Aelian. *de Nat. Anim.* V. 40. Ἐκείνη ἡ πάρδαλις τροφῆς δεομένη ἑαυτὴν ὑποκρύπτει, ἢ λόχμῃ πολλῇ ἢ φυλλάδι βαθείᾳ, καὶ ἐντυχεῖν ἐστιν ἀφανὴς, μόνον δὲ ἀναπνεῖ, κ. τ. λ. cff. quoque Antigon. Caryst. cap. 37. Apostol. Cent. XX. prov. 21. Plutarchus *de Solert. Anim.* cap. 24, in. pag. 976. D. τῇ δὲ παρδάλει τὰ πλεῖστα προσχωρεῖν, χαίροντα τῇ ὀσμῇ, μάλιστα δὲ τὸν πίθηκον. Add. Theophr. de *Caus. Plant.* VI. 5. 2. et Phile Carm. XXXVI. Sed quum Horapollo hîc contrarium docere videatur, certè prouti locus nunc legitur, pardum odorem non emittere ubi venatur, statuendum fortasse erit, quaedam deësse, aut locum esse corruptum. — Neque enim difficultatem expedit de Pauw, citans Aeliani *de Nat. Anim.* V. 54; nam Aelianus ibi de simiis tantum agit, et quomodo hae capiantur a pardo, non *odorem* suum, sed *anhelitum* vel *spiritum* cohibente; συνέχει τὸ ἆσθμα, καὶ κεῖται νεκρὰ δὴ, similiaeque inquirunt, τὸ πνεῦμα τε καὶ ἆσθμα εἰ μεθίησιν. — Fortasse legi potest: αὕτη γὰρ κρύφα τὰ ζῶα θηρεύει, προσχωροῦσα, τὴν ἰδίαν ὀσμὴν ἀφιεῖσα καταδιωκτικὴν οὖσαν: aut, si μὴ συγχωροῦσα retinendum sit: αὕτη γὰρ κρύφα τὰ ζῶα θηρεύει, καὶ μὴ συγχωροῦσα βλέπεσθαι, τὴν ἰδίαν ὀσμὴν ἀφίησι, καταδιωκτικὴν οὖσαν τῶν ἄλλων ζώων. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 17, med. »Ferunt odore earum mire sollici»tari quadrupedes cunctas, sed capitis torvitate terreri; »quam ob rem occultato eo, reliqua dulcedine invitatas »corripiunt." — Ὀσμὴν ἀφιέναι dicitur, ut vb. c. apud Euripidem *Phoen.* vs. 1449. φωνὴν — ἀφῆκεν, ad quem versum cf. Scholiast. — Καταδιωκτικὴν de Pauw recte explicavit: *quae persequitur, et ad se trahit alia animalia;* est autem idem, quod Theophrast. l. c. dixit: ταύτῃ προσαγομένην, *hac* [sc. *odoris suavitate*] *ad se allicientem.*

CAPUT XCI.

Αὕτη γὰρ θηρεύεται ἀκούουσα ἡδέα συρίσματα ᾀδόντων] Aristot. *Hist. Anim.* IX. 5. pag. 416. B. C. *ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ὥστε καὶ κατακηλοῦνται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. δυὸ δ' ὄντων, ὁ μὲν, φανερῶς ᾄδει, ἢ συρίττει· ὁ δὲ, ἐκ τοῦ ὄπισθεν βάλλει, ὅταν οὗτος σημαίνῃ τὸν καιρόν.* Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 46. Clem. Alex. *Strom.* IV. cap. 4, in. pag. 192. *Potteri.* Glycas *Annal.* I. pag. 55. B. Antigon. Caryst. cap. 35. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 12. — *Συρίσματα ᾀδόντων* sunt *sibila canentium tibia*; *sonitus tibiae.* Aelian. l. c. *ἀνὴρ αὐλῶν τεχνίτης — πᾶν — ὅ, τι γλύκιστον αὐλῳδίας, τοῦτο ᾄδει.*

CAPUT XCII.

Ἔποπα ζωγραφοῦσι] De upupa cff. quae supra adnotavimus, ad I. 55. pag. 297, seqq. De ejus cantu Plato in Phaed. cap. 35, med. pag. 85. A. *οὐδὲ αὐτὴ ἥ τε ἀηδὼν καὶ ἡ χελιδὼν καὶ ὁ ἔποψ, ἃ δή φασι διὰ λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν, οὔτε οἱ κύκνοι, κ. τ. λ.*

ἐὰν πρὸ τοῦ καιροῦ τῶν ἀμπέλων πολλὰ κράζῃ] *Πολλὰ* addidimus ex Cod. Paris. B. probante de Boissonade ad *Nicet. Eugenian.* Tom. II. pag. 129, 130. Vox *καιρὸς* eodem modo ita in *N. T.* usurpatur, vb. c. apud Marc. XI. 13. *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων.* Matth. XXI. 34. *ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν.* et *Act.* XIV. 17. *οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους.* Cf. Schleusn. in *Lexico N. T.* — Verbum *κράζειν*, quod proprie de avibus dicitur, supra de cynocephali latratu usurpavit Philippus I. 16, fine.

Seyffarth Op. cit. pag. 156, med. *upupam* ad Mercurium refert, ob *praesagium* huic planetae adscriptum.

CAPUT XCIII.

Πῶς ἄνθρωπον ὑπὸ σταφυλῆς βλαβέντα.] de Pauw deesse putat: *καὶ ἑαυτὸν θεραπεύοντα*; sed in aliis quoque capitum titulis, eodem modo nonnulla omittuntur, vb. c. in cap. 97. 102. 110. 112. 113. 114. aliisque.

ἔποπα ζωγραφοῦσιν καὶ ἀδίαντον τὴν βοτανήν] De upupis adianto sibi medentibus, apud reliquos scriptores veteres nihil inveni, neque de eo, quod in cap. praeced. *vini copiam* adnunciare dicuntur. Aelian. tamen *de Nat. Anim.* II. 35, med. upupas dicit nidis suis imponere adiantum, ut sibi caveant a fascinatione; et III. 26. upupam ope herbae alicujus nidum suum luto obductum atque clausum aperuisse. — De Adianto cff. Dioscor. IV. 120. Nicander *Theriac.* vs. 846. Plinius *Hist. Nat.* XXI. 17, in. et in primis XXII. 21, sub fin. ubi de ejus usu in medicina agit. — In praecedentibus pro *θεραπεύοντα*, nonnulli Codd. habent *περιοδεύοντα*; quod fortasse recipiendum erit, quoniam et infra omnes *περιοδεύεται* habent. *Περιοδεύεσθαι* pro *θεραπεύεσθαι* usurpatum fuit a Graecis recentioribus, vb. c. a Moscho *in Limon.* cap. 204. Nilo Lib. II. Ep. 288. in *Chronico Alexandr.*. Cff. Du Cangius in *Gloss.* et Salmasius ad Solinum pag. 1050. B.

ἀδίαντον ἀποτιθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ σώμα] De Pauw conjicit: *ἀποτιθέμενος εἰς τὸ ἑαυτοῦ στόμα*; quoniam avis recte dici non possit *ἀποτίθεσθαί τι εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα*, » quum os illi pro manu sit, eoque gestent et deponant omnia." Trebat. vertit: *inventum adiantum in os immittit, ac sic convalescit.* Nisi ea lectio nimis a codicum scriptura discedat, conjiciam: *ἀποτιθέμενος εἰς τὴν ἑαυτοῦ νεοσσιάν*, vel *καλιάν*; nam verbum *ἀποτίθεσθαι* saepe significat *deponere*, *reponere*. Cff. Suidas in *ἀποθέσθαι*, et

Hesych. in ἀποτίθεται. Supra, II. 46. de palumbo dicitur: ἐκεῖνος γάρ, ὅτε ἀῤῥωστεῖ, φύλλον ἐπιτίθησι δάφνης εἰς τὴν νεοσσιὰν ἑαυτῆς καὶ ὑγιαίνει.

CAPUT XCIV.

Αὗται γὰρ ἑαυτὰ φυλάττουσι γρηγοροῦσαι κατ' ὄρδινον ἐν πάσῃ τῇ νυκτί.] Aristot. *Hist. Anim.* IX. 10. pag. 421. E. ὅταν δὲ καθίζωνται [sc. grues], αἱ μὲν ἄλλαι ὑπὸ τῇ πτέρυγι τὴν κεφαλὴν ἔχουσαι, καθεύδουσιν ἐπὶ ἑνὸς ποδὸς ἐναλλάξ· ὁ δ' ἡγεμὼν, γυμνὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν, προορᾷ· καὶ ὅταν αἴσθηταί τι, σημαίνει βοῶν. Cf. quoque Aelian. *de Nat. Anim.* III. 13, fin. ubi dicit eas, lapillum unguibus tenentes, vigilare, ut, si quando obdormiscerent, eo cadente excitarentur. Add. Plutarch. *de Solert. Animal.* cap. 10, sub fin. pag. 967. B. C. et 29, in. pag. 979. D. Phile carm. XI. Glycas *Annal.* pag. 40. D. Plinius *Hist. Nat.* X. 23, in.

κατ' ὄρδινον] *Secundum ordinem*, *alternis vicibus*, *alternatim*, vel veluti Aristot. l. l. ἐναλλάξ, et Basilius M. *Hexaëm.* Hom. VIII. quem locum laudavit Hoeschelius, ἐκ περιτροπῆς. Vox ὄρδινον, vel ὀρδίνιον, posterioribus demum temporibus in linguam Graecam ex Latina introducta, invenitur apud Theophrasti Scholiast. ad *Idyll.* X. Macarium Xinum *adv. Sarac.* Leonem *Constit.* III. Scholiasten Oppiani *Halieutic.* I. vs. 625. Constant. in *Tactic.* apud Suidam, in voce Φιλίας. in vita S. Auxentii Archimandr. n°. 2. in veteri *Poenitential. Graecor.* in *Saracenicis* Sylburgii pag. 24. apud Mauricium Lib. I. *Strateg.* cap. 19. Zachariam I. *Dialog.* cap. 8. III. 37. Cf. Du Cangius in *Gloss. Graec. Inf.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 7, 8. aerologiam animadvertendam putat, quoniam *grus* Coptis τιϧι, et *bene custoditus* dicatur ταχρο.

CAPUT XCV.

Ἐκεῖνοι γὰρ ἐπὰν χηρεύσωσιν, ἑαυτοῖς ἀποκέχρηνται.] Reliqui scriptores de perdicibus idem narrant, ubi foeminae, pullorum nutritioni intentae, marium libidini satisfacere non possunt. Cff. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 8. pag. 420. B. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 16, fine. Porphyrius *de Abstin.* III. 23. Plinius *Hist. Nat.* X. 23, sub fin. quorum plurimos citavit Hoesch. Universe autem de intemperantia perdicum cff. Aristot. *Hist. Anim.* V. 6, fin. pag. 202. D. E. Aelian. *de Nat. Anim.* III. 5, IV. 1. et adnot. nostra ad Horapoll. I. 57. pag. 285, seq. Secundum Artemid. *Oneirocr.* II. 51. perdices significant *γυναῖκας — ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, οὐδέποτε τοῖς τρέφουσιν εὐνοούσας.*

ἀποκέχρηνται] *Abuti solent*; perfectum saepe ponitur pro praesenti, ubi actio interata indicatur. Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 502. 2.

Apud Seyffarth. Op. cit. pag. 161, in. *perdix* Saturni planetae symbolum est, ob *paederastiam*.

CAPUT XCVI.

Ἐκεῖνος γὰρ γηράσκων, ἀποκάμπτεται τὸ ῥάμφος αὐτοῦ] *Ἐκεῖνος — γηράσκων*, absolute ponitur pro: *ἐκείνου γηράσκοντος*, de qua constructione cff. Kusterus ad Aristoph. *Plut.* vs. 277. Davisius ad Clem. Rom. Ep. I. cap. 11. ad Cic. *Tuscul.* III. 8. pag. 179. et ad Max. Tyr. XXIV. §. 3. quae loca laudarunt Valcken. ad Phoen. vs. 292. et Matthiae Gr. Gr. §. 311. et 562. 1. Eandem rem narrat Aristot. *Hist. Anim.* IX. 32, med. pag. 431. B. *γηράσκουσι δὲ τοῖς αἰετοῖς τὸ ῥύγχος αὐξάνεται τὸ ἄνω γαμψούμενον αἰεὶ μᾶλλον, καὶ τέλος λιμῷ ἀποθνήσκουσιν.* Cff. quoque Epiphan. ad *Physiol.* cap. 6. Plinius *Hist. Nat.* X. 3, fine.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 163, fin. *aquila rostro adunco* indicat Saturnum, propter *senectutem* ad hunc planetam referendam; pag. 156, med. eadem avis Jovis planetae symbolum dicitur.

CAPUT XCVII.

Κορώνης νεοσσοὺς ζωγραφοῦσιν] De Pauw mutandum putat: *κορώνην νεοσσοῖς ζωγραφοῦσιν*, i. e. *σὺν κορώνοις*, praepositione omissa; quoniam cornix, de qua hic praecipue agi dicit, abesse nequeat; idem censisse videtur Pierius *Hierogl.* XX. 34. et Trebatius, qui vertit: *cornicem cum pullis* pingunt. De praepos. *σὺν* interdum omissa, conferri possunt Casaub. ad Polyaeni *Strateg.* I. 2. pag. 14. et Matthiae *Gr. Gr.* §. 405. animadv. 3. Sed quominus de ipsa cornice intelligamus, prohibere videntur, quae praecedunt: *μητὲ ἐν τρέφεσθαι ἡσυχάζοντα*, quae ad cornicis pullos referri tantum possunt; hos autem volantes etiam nutriri, docet Aristot. *Hist. Anim.* VI. 6. pag. 331. A. *ἐκλέψαντες οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται τὸ λοιπὸν, πλὴν κορώνης· αὕτη γὰρ ἐπί τινα χρόνον ἐπιμελεῖται· καὶ γὰρ ἤδη πετομένη σιτίζει παραπετομένους*, in quo loco de Pauw, fortasse recte, legendum conjicit: *καὶ γὰρ ἤδη πετομένους σιτίζει παραπετομένη*. Plinius *Hist. Nat.* X. 12, in. »Praeterea sola haec etiam volantes pullos aliquamdiu pascit." Unde fortasse conjici possit, apud Horapollinem legendum esse: *αὕτη γὰρ ἱπταμένους τρέφει τοὺς νεοσσούς*.

CAPUT XCVIII.

Πῶς ἄνθρωπον εἰδότα τὰ μετέωρα.] Articulus in Aldina, aliisque abest, neque tamen hic otiosus videtur, omissus fortasse, ob praecedentis *εἰδότα* syllabam posteriorem. Sunt autem *τὰ μετέωρα*, quae Cicero *Acad.* IV. 39. et 41. vocat *supera atque coelestia*.

ἵνα θεάσηται τὰ νέφη, μὴ ἄρα χειμάζῃ, ἵνα ἐν ἡσυχίᾳ διαμένῃ.] *Μὴ ἄρα χειμάζῃ* de Pauw vertit: *num quid procellas minentur*, reprehendens Mercerum reddentem: *ut nubes e proximo conspiciat, neque tempestate agitetur*. Sed *χειμάζῃ* referendum videtur ad *τὰ νέφη*, quae dicuntur *χειμάζειν*, vb. c. a Plutarcho *Apophthegm. Reg.* pag. 195. D. *Οὐ πολλάκις ὑμῖν προὔλεγον ἔγω τὴν ἀπὸ τῶν ὀρῶν νεφέλην, ὅτι χειμάσει ποτὲ ἐφ᾽ ἡμᾶς;* Atque eo sensu fortasse Horapollinis locus erit vertendus: *valde enim sublime volat, ut conspiciat nubes, ne forte tempestatem emittant, ut ita in quiete degere possit*, vel *quiescat*. *Μὴ* ita usurpatur in interrogatione indirecta. Cff. quos laudavit Matthiae *Gr. Gr.* §. 608. Animadv. 3. Particula *ἄρα* additur, veluti alibi post *εἰ*, significans *forte*. Cff. Matthiae ibid. §. 614. et Schleusn. in *Lexico N. T.* in voce. — Aristoteles *Hist. Anim.* IX. 10, in. pag. 421. D. E. *Φρόνιμα δὲ πολλὰ καὶ περὶ τοὺς γεράνους δοκεῖ συμβαίνειν. ἐκτοπίζουσί τε γὰρ μακρὰν, καὶ εἰς ὕψος πέτονται, πρὸς τὸ καθορᾶν τὰ πόῤῥω, καὶ ἐὰν ἴδωσι νέφη καὶ χειμέρια, καταπτᾶσαι ἡσυχάζουσιν.* Unde conjici possit, apud Horapollinem esse legendum: *ἵνα θεάσηται τὰ νέφη καὶ τὰ χειμέρια, ἵνα ἐν ἡσυχίᾳ διαμένῃ.* Trebatius certe diversam lectionem habuisse videtur; nam vertit: *haec enim ita alte volat, ut nubes videat et tangat*. Cff. quoque de gruibus alte volantibus, deque ventorum et tempestatum praesagio, quod ex eorum volatu capiunt nautae, Aelian. *de Nat. Anim.* III. 14. Plinius *Hist. Nat.* X. 23, in. Isidorus *Origin.* XII. 7, med.

Seyffarth Op. cit. pag. 159, med. *gruem* vocat Mercurii symbolum, ob *sideralis scientiae cognitionem*, et *vigilantiam* huic planetae tributas.

CAPUT XCIX.

Ἄνθρωπον ἀποταξάμενον τὰ ἴδια τέκνα] *Ἀποτάσσομαι* significat *valedico*, *valere jubeo*, *demitto*, idem quod ἀσπάζεσθαι; sed tunc construitur cum dativo; Phrynichus in Eclog. pag. 10. *Ἀποτάσσομαί σοι*, ἔκφυλον πάνυ· χρὴ γὰρ λέγειν ἀσπάζομαί σε. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐπειδὰν ἀπαλλάττωνται ἀλλήλων. Cff. quoque Phavorinus in *Lexico*, et Suidas in voce. Itaque apud Horapollinem fortasse melius legatur: ἀποταξάμενον τοῖς ἰδίοις τέκνοις, aut adsumenda lectio Cod. Paris. B. quamque in margine habet Cod. Paris A. ἀποπεμψάμενον.

ἱέρακα ἐγκύμονα ζωγραφοῦσιν] De Pauw reponendum putat ἐγκυήσασαν, (quod *Glossae* Labbaei explicant *connixam*), quoniam accipiter praegnans adumbrari non possit; sed sine codicum auctoritate lectio mutanda non videtur. Trebatius quoque vertit: *aquilam praegnantem*. Quod autem hîc dicitur ἐγκύμων, alias, et ab ipso quoque Philippo, supra, I. 11, med. et infra II. cap. 107. dicitur ἔγκυος.

τὸ ἓν μόνον ἐπιλέγεται καὶ τρέφει] *Ἐπιλέγεται* interpretes reddiderunt *eligit*, de Pauw vero vertendum putat *incubat*; sed hoc ubi indicare volunt scriptores Graeci, utuntur verbo ἐπωάζειν. Cf. Aristot. *Hist. Anim.* X. 8. p. 382. A, seqq. Melius itaque convenire videtur ea ratio, qua ἐπιλέγειν pro ἐκλέγειν sumatur. Cf. Schleusn. in *Lexico N. T.* — Quod autem hic de accipitre prodit Horapollo, a reliquis scriptoribus non confirmatur, de aquila idem narrantibus. Aristot. *Hist. Anim.* VII. 6. pag. 330. C. ὁ δὲ ἀετὸς, ὠὰ μὲν τίκτει τρία, ἐκλέπει δὲ τούτων τὰ δύο· ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Μουσαίου ἔπεσιν·

"Ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει.

et paullo ulterius: ἐκβάλλει δ' αὐξανομένων τὸν ἕτερον τῶν

νεοττῶν, ἀχθόμενος τῇ ἐδωδῇ· ἅμα δὲ λέγεται ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἄπαστος γίγνεσθαι, ὅπως μὴ ἁρπάζῃ τοὺς τῶν θηρίων σκύμνους· οἵ τε οὖν ὄνυχες αὐτοῦ διαστρέφονται ὀλίγας ἡμέρας, καὶ τὰ πτερὰ λευκαίνεται· ὥςτε καὶ τοῖς τέκνοις τότε γίγνονται χαλεποί· τὸν δὲ ἐκβληθέντα δέχεται καὶ τρέφει ἡ φήνη. in quo loco, fortasse minus recte, de Pauw pro *ἄπαστος*, corrigendum putat *ἁπαλὸς*, quoniam absurdum sit, aquilam per totum tempus, quo pullos nutriat, esurire. Sed id non dicitur ab Aristotele, qui addit per paucos tantum dies, ungues ejus inverti. Plinius *Hist. Nat.* X. 4. locum Aristotelis ita vertit: »Pariunt ova terna: excludunt pullos »binos: visi sunt et tres aliquando. Alterum expellunt »taedio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negavit »natura, prospiciens ne omnium ferarum foetus raperentur. »Ungues quoque earum invertuntur diebus iis, albescunt »inedia pennae, ut merito partus suos oderint. Sed ejec»tos ab his cognatum genus ossifragae excipiunt et educant »cum suis." Hic igitur et ipse *ἄπαστος* legit, et inde quoque explicandum putavit, quare pennae ejus avis albescant. Attamen significatio vocis fortasse non nimis erit urgenda, ita ut dicatur tantum, eo tempore quo incubat aquila, non exire ad praedam capiendam, sed cibo ante jam in nido recondito, vitam sustentare, qui tamen non tam copiosus ipsi adest, ut non fame prematur, atque interdum nihil reliquum habeat. Qua ratione locus Aristotelis non adversatur aliis ejusdem scriptoris verbis, quae citavit de Pauw ex Lib. IX. *Hist. Anim.* cap. 32. pag. 431. B. *ἀποτίθεται δὲ τὴν περιττεύουσαν τροφὴν τοῖς νεοττοῖς, διὰ τὸ μὴ εὔπορον εἶναι καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτὴν πορίζεσθαι, ἐνίοτε οὐκ ἔχουσιν κομίζειν.* — Ex his autem locis fortasse conjiciatur, etiam apud Horapollinem, pro accipitris nomine, aquilae esse reponendum, cui conjecturae favere videretur

Trebatii versio, nisi et, quae supra de accipitre dicuntur (vb. c. I. 6, 7, 8. et II. 15.), idem de aquila accepisset.

διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς ὄνυχας ἀποβάλλειν] Quod in Cod. Paris. C. apud Ald. Merc. Pierium et Causs. legitur *ἀπολύειν*, omnes acceperunt pro *ἀπολλύειν*, quod ediderunt Hoesch. et de Pauw, atque in versione sua expressit Trebatius, nisi hic fortasse legerit *ἀπαλλάττει*, nam vertit: *quia tunc temporis ungues mutat*. De Pauw in adn. Aldinam lectionem sequendam putat, reddens: »*quia* »*tunc temporis ungues solvunt*, i. e. ex aduncis fiunt rec»tae; *quia ungues remittunt*, et in rectum sese porrigunt, »eoque ad rapiendum fiunt ineptae." Sed veram lectionem ex Codd. Pariss. A. et B. restituendam putavimus.

CAPUT C.

Ἄνθρωπον ὀκνοῦντα — κάμηλον γράφουσιν·] Aristot. tamen *de Hist. Anim.* II. 2, fine, pag. 456. B. *θέουσι δὲ θᾶττον τῶν Νισαίων ἵππων πολὺ, ἐὰν θέωσι, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ὀρέγματος*. Cff. quoque Aelian. *de Nat. Anim.* XII. 34, in. Plinius *Hist. Nat.* VIII. 18, med.

ἐπειδὴ γὰρ μόνη — τὸν μηρὸν κάμπτει] Herod. III. 103. *κάμηλος ἐν τοῖς ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς, καὶ γούνατα τέσσερα*; quam opinionem ex Herodoto prodidit Aelianus *de Nat. Anim.* X. 3., sed falsam esse declaravit Aristot. *Hist. Anim.* II. 2, med. pag. 216. A. *καὶ γόνυ δ' ἔχει ἐν ἑκάστῳ σκέλει ἓν, καὶ καμπὰς οὐ πλείους, ὥςπερ λέγουσί τινες, ἀλλὰ φαίνεται διὰ τὴν ὑπόστασιν τῆς κοιλίας.*

διὸ καὶ κάμηλος λέγεται.] Eandem hujus nominis derivationem, *ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τοὺς μηροὺς*, sequitur Evenus apud Artemid. *Oneirocr.* I. 5. fine: *ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον τὸ καλούμενον κάμηλον, μέσους κάμπτει τοὺς μηροὺς ἐπιτεμνόμενον τοῖν σκελοῖν τὸ ὕψος, ἑτοίμως κεκλημένος κάμηλος,*

οἱονεὶ κάμμηρος ὥς φησιν Εὔηνος ἐν ταῖς εἰς Εὔνομον ἐρωτικοῖς. Hanc tamen, ut et aliam rationem, secundum quam *κάμηλος* ita vocetur, *ὅτι χαμαὶ καθημένη αἴρει τὸ φορτίον*, refellit Bochart. *Hierozoic.* I. pag. 74. citans Varronem *de Ling. Lat.* IV. dicentem: » camelus suo nomine » Syriaco in Latium venit." et Hesychium: *Γαμάλη, κάμηλος παρὰ Χαλδαίοις.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 9. hoc quoque caput ex doctrina sua acrologica explicandum putat; quoniam *camelus* Coptis ϫⲁⲙⲟⲩⲗ dicatur, *debilis* autem (qua voce reddere videtur: *ὀκνοῦντα τὴν διὰ τῶν ποδῶν κίνησιν ποιεῖσθαι*) ϫⲁⲥⲏ audiat, quae voces ab eadem lingua, ϫ, incipiunt.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 143. *camelus* significat Solem, ob *segnitiem* huic planetae convenientem, si cum Luna, Mercurio, vel Venere comparatur; quae vero de *flectendis femoribus* dicuntur, explicat de Sole in hemisphaerium inferius flectente.

CAPUT CI.

Κατὰ τὴν ὅρασιν ὀξύν] i. e. ut recte vertit de Pauw, *visu acrem, qui intentis oculis aliquem intuetur;* ita supra habuimus *ὀξυωποῦν*, I. 6. et *ὁ κύων — ὀξυωπεῖ*, ibid. cap. 40.

οὗτος γὰρ αἷμα οὐκ ἔχει, εἰ μὴ ἐν μόνοις τοῖς ὀφθαλμοῖς] Unde haec hauserit Horapollo non constat; Aristot. certe, Aelian. et Plinius ejusmodi quid de ranis non prodidisse videntur, sed Nicander in *Alexiph.* vs. 563. ranas vocat *γυρίνων λαιδροὺς τοκῆας*, i. e. *gyrinorum impudentes parentes*. Cf. Bochart *Hierozoic.* II. pag. 172, med. Aristot. *Hist. Anim.* IV. 9. pag. 283. C. ranarum oculos interdum ut lucernas flagrare dicit: *δοκοῦσι δὴ διαλαμπουσῶν τῶν σιαγόνων ἐκ τῆς ἐπιτάσεως, ὥσπερ οἱ λύχνοι φαίνεσθαι οἱ ὀφθαλμοί.*

τοὺς δὲ ἐκεῖ αἷμα ἔχοντας, ἀναιδεῖς καλοῦσιν] Aristot. *Hist. Anim.* I. 10. pag. 202. B-E., ubi agit de oculorum differentia in quibusdam animalibus, non loquitur de iis, quae sanguinem in oculis habent; sed inpudentes esse dicit: quibus sint oculi *ἀτενεῖς*, i. e. *intenti*. Cff. quoque ejus liber de *Physiogn.* pag. 753. D. E. et Plinius *Hist. Nat.* XI. cap. 37.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κ. τ. λ.] Hom. *Il. A.* 225. Eundem versum citavit quoque Plato *de Republ.* III. 3, fin. pag. 389. E. — Quod vero conjicit de Pauw, pro *οἰνοβαρὲς*, in libris, quos viderit Horapollo, scriptum fuisse *αἱμοβαρὲς*, atque illud ipsi ansam praebuisse hunc versum citandi, ideoque hic etiam posteriorem vocem esse reponendam, opus non videtur: nam ea de canibus adducuntur, aut quia et hos sanguinem in oculis habere nonnulli statuerint, aut quoniam de inpudentia vertenti vel compilanti Philippo, in mentem venerit, canem quoque a scriptoribus inpudentem vocari. Cf. Aelian. *de Nat. Anim.* VII. 19., fine.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 7. verba: *κατὰ τὴν ὅρασιν ὀξὺν*, vertens *visu celerem*, »*celeritas*" inquit »Coptis »est χωλεμ, et *rana* χρουρ." Add. Ep. II. pag. 15-17.

Seyffarth Op. cit. pag. 167, med. *ranarum* alterum genus ad Solem planetam refert, ob ea quae dicuntur ab Horapolline, de *visus celeritate*; alterum vero genus Saturno sacrum putat, ob *inpudentiam*.

CAPUT CII.

Ἄνθρωπον — μὴ δυνηθέντα κινεῖσθαι] Supra, I. 25. Aegyptii dicuntur *hominem ἄπλαστον* per *ranam* significasse.

προςλαμβάνει τοὺς ὀπισθίους πόδας.] Quod Hoeschelius, ex Cod. Aug. ediderat: *τοὺς ὀπισθίους πρότερον*, de Pauw, in adnot. recte inprobavit; non enim posteriores pedes prius

accipit rana, sed anteriores prius formantur, ut refert Aelianus, loco quem citavimus supra ad I. 25. pag. 234. posteriores demum figurantur, cauda se findente, ut dicit Plinius *Hist. Nat.* IX. 51. Quoniam autem hîc nihil praecedat de pedibus anterioribus, de Pauw, fortasse recte, conjecit legendum: *προςλαμβάνει τοὺς ὀπισθίους πόδας προτέροις.* vel *προςλαμβάνει τοὺς ὀπισθίους προτέροις;* i. e. *ad priores pedes posteriores adsumit.* Trebatius vertit, *ranae enim nascuntur sine pedibus, qui tamen procedente tempore subcrescunt;* itaque vocem *ὀπισθίους* in suo Cod. legisse non videtur.

CAPUT CIII.

Θέλοντες δηλῶσαι] Hoesch. et de Pauw: *θέλοντες σημῆναι;* utrumque promiscue usurpatur a Philippo.

αὕτη γὰρ οὐδενὶ τῶν ἰχθύων συνευρίσκεται.] De hac inimicitia anguillas inter et alios pisces, apud alios scriptores nihil inveni; nam, quod Hoesch. adnotat, Aelianum narrare, anguillas seorsim a reliquis piscibus degere, neque umquam in eorum esse comitatu, in eo falli videtur; certe apud Aelianum, qui de anguillis, earumque capiendarum ratione agit *de Nat. Anim.* XIV. 8. hujusmodi quid non legi. Fortasse statuendum, Philippum rem collegisse ex eo, quod anguillae interdiu in coeno abscondi, noctu vero ad praedam exire dicuntur. Cf. Athen. *Deipnos.* VII. 13. pag. 297. C.—300. D. — Caeterum anguillas ab Aegyptiis sacras fuisse habitas narrant Herod. II. 72. et Athen. l. c.

Seyffarth Op. cit. pag. 168, med. *anguilla* indicatos fuisse putat Martem et Saturnum planetas, quoniam hi quoque *infausti* sint atque *infesti* in astrologia.

CAPUT CIV.

Νάρκην τὸν ἰχθὺν ζωγραφοῦσιν] Neque haec de torpedine alios pisces servante a reliquis scriptoribus confir-

mantur. Contra Aristot. *Hist. Anim.* IX. 37, in. pag. 434. B. *ἥτε νάρκη ναρκᾶν ποιοῦσα, ὧν ἂν κρατήσειν μέλλῃ ἰχθύων, τῷ τρόπῳ ὃν ἔχει ἐν τῷ σώματι λαμβάνουσα, τρέφεται τούτοις· κατακρύπτεται δὲ εἰς τὴν ἄμμον καὶ πηλόν· λαμβάνει δὲ τὰ ἐπινέοντα, ὅσα ἂν ναρκήσῃ ἐπιφερόμενα τῶν ἰχθύων.* Cff. quoque ibid. A, D. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 27. pag. 978. B. C. Oppian. *Halieut.* II. 62, III. 149. Antigon. Caryst. 43. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 36, IX. 14. Plinius *Hist. Nat.* IX. 42, med. — Itaque Causs. conjicit, *νάρκην* hic errore scriptum esse pro *ναύτιλον*, de quo Aristot. *Hist. Anim.* IX. 37, fin. pag. 437. B. C. Aelian. *de Nat. Anim.* IX. 34. Athen. *Deipnos.* VII. 19. p. 317. F, 318. A. Oppian. *Halieut.* I. 338, seqq. Antigon. Caryst. cap. 56. Plinius *Hist. Nat.* IX. 29. sed neque de eo ejusmodi quid narrarunt veteres. De Pauw locum aliter distinguendum putat: *αὕτη γὰρ ὅταν ἴδῃ τοὺς πολλοὺς τῶν ἰχθύων, μὴ δυναμένους κολυμβᾶν, συλλαμβάνει, κ. τ. λ. ubi piscium coetum viderit, eos qui natare non possunt, ad se sumit et servat;* atque sic reliquos scriptores Horapollinem non refellere putat, quum invalidos tantum servet et adjuvet torpedo, reliquos autem torpore inmobiles redditos capiat et comedat. Verum, si ita locus sit accipiendus, ante *μὴ* articulus requiritur: *τοὺς μὴ δυναμένους, κ. τ. λ.*, qui tamen in Codd. non adest. Trebatius vertit: *hic enim eum viderit pisces defessos, jam nec amplius natare valentes, praesto est illis, atque servat.* — Fortasse statuendum, de alio pisce esse accipienda, quae hic de torpedine dicuntur; vel opinionem exinde esse ortam, quod veteres putarunt torpedines quoque foetus suos emittere et recipere intra se ipsas. Aristot. *Hist. Anim.* VI. 10, fin. pag. 335. A. *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι γαλεοί, καὶ ἐξαφιᾶσι καὶ δέχονται εἰς ἑαυτοὺς τοὺς νεοττούς, καὶ αἱ ῥῖναι, καὶ αἱ νάρκαι.*

Cf. Pierius *Hierogl.* XXX. 2. qui et aliam causam adtulit, quod torpedo, ubi una cum aliis piscibus in retia inciderit, torpore suo piscatorem inmobilem reddens, ipsa se et reliquos pisces servet; de quo cff. loca quae supra laudavimus.

συλλαμβάνει πρὸς ἑαυτὴν] De Pauw cum Merc. et Pierio legendum putat *ἑαυτῇ*; sed non opus videtur, nam saepe ita *πρὸς* cum accusativo ponitur. Cf. Matthiae *Gr. Gr.* §. 591. *ή*. et hoc loco etiam *motum ad locum* quodammodo indicat; eademque ratione apud Aristotelem l. l. dicitur: *καὶ δέχονται εἰς ἑαυτούς*.

CAPUT CV.

Ἄνθρωπον τὰ χρήσιμα καὶ τὰ ἄχρηστα κακῶς ἀνηλωκότα] De Pauw, non sine veri similitudine, pro *κακῶς*, legendum conjicit *καλῶς*; ut ita conveniat cum eo, quod de polypo narrant scriptores reliqui. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 37. sub fin. pag. 486. C. D. *ὁ δὲ πολύπους — οἰκονομικὸς δ' ἐστί· πάντα γὰρ συλλέγει μὲν εἰς τὴν θαλάμην, οὗ τυγχάνει κατοικῶν· ὅταν δὲ καταναλώσῃ τὰ χρησιμώτατα, ἐκβάλλει τὰ ὄστρακα, καὶ τὰ κελύφια τῶν καρκίνων καὶ κογχυλίων, καὶ τὰς ἀκάνθας τῶν ἰχθυδίων.* idem narrat Plinius *Hist. Nat.* IX. 30, med. De polypo, ejusque voracitate infra iterum agitur. cap. 113.

παρατίθεται τὴν τροφὴν εἰς τὰς θαλάμας] Alii *θαλάμους*. Utrumque usurpatur de *animalium nidis* et *latibulis*.

τὰ ἄχρηστα ἐκβάλλει.] Schneiderus ad Aelian. *de Nat. Anim.* I. 27. *ἐκβάλλει* depravatum putat, ex *ἐμβάλλει*; sed ob locum Aristotelis, quem supra citavimus, vulgata videtur retinenda, praesertim si vera sit correctio vocis *κακῶς*, in *καλῶς*.

Seyffarth. Op. cit. pag. 170, fin. *polypum* referendum

putat ad Saturnum, ob *pravam naturam ejus* et *voracitatem*, quas huic quoque planetae tribui dicit.

CAPUT CVI.

Οὗτος γὰρ τοὺς πολύποδας κρατεῖ, καὶ τὰ πρωτεῖα φέρει.] Verbum κρατεῖν supra jam habuimus cum accusativo, significatione *comprehendendi*, *firmiter tenendi*, *cohibendi*, (cff. cap. 5, 7, 46.). Plerumque quidem, ubi *imperium* significatur, genitivus additur, ut vb. c. supra. cap. 84. et in princ. hujus capitis 106.; sed etiam apud alios scriptores cum accusativo construitur, in primis apud Thucydidem. Cf. Matthiae *Gr. Gr.* §. 359. et §. 360. b. — De carabis et polypis diversa iterum narrantur a reliquis scriptoribus. Aristot. *Hist. Anim.* VIII. 2, med. pag. 379. D. E. *οἱ δὲ κάραβοι κρατοῦσι μὲν καὶ τῶν μεγάλων ἰχθύων, καί τις συμβαίνει περιπέτεια τούτων ἐνίοις· τοὺς μὲν γὰρ καράβους οἱ πολύποδες κρατοῦσιν· ὥςτε κἂν ὄντας πλησίον ἐν ταὐτῷ δικτύῳ αἴσθωνται, ἀποθνήσκουσιν οἱ κάραβοι διὰ τὸν φόβον.* Add. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 32, IX. 25, X. 38. Oppian. *Halieut.* II. vs. 258, seqq. et 321. Phile Carm. XXX. vs. 26, seqq. Plinius *Hist. Nat.* IX. 62. Itaque de Pauw legendum putat: *οὗτος γὰρ τοὺς καράβους κρατεῖ, κ. τ. λ.* Erit fortasse, qui pro *κάραβον* legendum censeat *γόγγρον*, de quo Aristot. ibid. *οἱ δὲ γόγγροι τοὺς πολύποδας κατεσθίουσιν;* cui add. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 27, fin. pag. 979. A. atque ita sensisse videtur Pierius *Hierogl.* XXVII. 19. verum, prouti recte quoque animadvertit de Pauw, obstat pronomen *οὗτος*, quod ad *πολύποδα* tantum commode referri potest.

καὶ τὰ πρωτεῖα φέρει] i. e. *πρωτεύει*, *primas partes agit*, *superior*, *potentior est;* ita supra, I. 27, fin. *lingua* dicitur *τὰ πρωτεῖα φέρειν τοῦ λόγου.*

Seyffarth Op. cit. pag. 168, sub fin. *carabum* Martis planetae symbolum vocat, propterea quod *rex* dicatur *suae nationi imperans.*

CAPUT CVII.

Ἄνδρα συζευχθέντα γυναικὶ ἀπὸ πρώτης ἡλικίας, ἐν ᾗ ἐτέχθησαν] De Pauw lectionem Aldinam secutus, *ἐτέχθη* refert ad mulierem, et legendum conjicit: *Ἀνδρὶ συζευχθεῖσαν γυναῖκα ἀπὸ πρώτης ἡλικίας, ἐν ᾗ ἐτέχθη, βουλόμενοι σημῆναι, πίνναν ἔγκυον ζωγραφοῦσιν· αὗται γὰρ, κ. τ. λ.* *Viro junctam mulierem a prima aetate, in qua peperit volentes significare, pinnam gravidam pingunt: hae enim,* cet. Ne autem numeri enallage obstare quis putet, citat ex ipso hoc libro, cap. 94. verba: *γέρανον γρηγοροῦσαν ζωγραφοῦσιν· αὗται γὰρ, κ. τ. λ.* Sed huic mutationi adversari videtur, quod, si hoc voluisset scriptor, *γυναῖκα* priori loco posuisset; praeterea, quod addit de Pauw, *ἐτέχθη* idem esse quod *ἔτεκε*, in eo falli videtur, ut adnotat D'Orville in *Crit. Vann.* pag. 555. Pro *τίκτειν* saepissime usurpatur medium *τίκτεσθαι*, apud Homerum, aliosque poëtas, passivum vero hujus verbi, quod ipsum raro usurpatur, pro activo non ponitur. Cf. Buttmann. *Gr. Gr. Ub.* I. §. 95. pag. 406. nota 2. et II. §. 114. 239. Matthiae *Gr. Gr.* §. 251. 3. — Diversam lectionem *γέννας*, aliquis fortasse adscripsit, ut vocem *ἡλικίας* explicaret. Lectionem Codd. Pariss. A. et B. sequendam putavimus: *ἐν ᾗ ἐτέχθησαν*, *Virum junctum mulieri a prima aetate, qua nati erant, significare volentes,* cet. nam sic optime explicatio hieroglyphici convenit cum iis quae praecedunt. — Aliam testaceorum originem tradit Aristot. *Hist. Anim.* V. 15. p. 304. A. *ὅλως δὲ πάντα τὰ ὀστρακώδη γίγνεται αὐτόματα ἐν τῷ ἰλύϊ, κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς ἰλύος ἕτερα· ἐν μὲν τῇ βορβορώδει, τὰ*

ὄστρεα, ἐν δὲ τῇ ῥιμμώδει, κόγχαι καὶ τὰ εἰρημένα. Unde vero sua de pinnarum foetura hauserit Philippus, non inveni. — Artemidorus *Oneirocr.* II. 14. similem *pinnae* significationem tribuit: πίνα — καὶ ὁ λεγόμενος πινοφύλαξ, καὶ καρκῖνα, καὶ πρὸς γάμον, καὶ πρὸς κοινωνίαν εἰσὶν ἀγαθοί· διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν καὶ εὔνοιαν.

CAPUT CVIII.

Πίνναν καὶ καρκῖνον ζωγραφοῦσιν] Aristot. *Hist. Anim.* V. 15. pag. 304. A. αἱ δὲ πίνναι — ἔχουσι — ἐν αὑταῖς πιννοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον· οὗ στερισκόμεναι, διαφθείρονται θᾶττον. Add. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 30. pag. 980. B. Oppianus *Halieut.* II. vs. 186, seqq. Aelianus *de Nat. Anim.* III. 29. Chrysippus apud Athenaeum *Deipnosoph.* III. cap. 11. pag. 89. D. Cicero *de Nat. Deor.* II. 48. *de Fin.* III. 19. Plinius *Hist. Nat.* IX. 42.

ὁ καρκῖνος μένει κεκολλημένος τῇ σαρκὶ τῆς πίννης]. Reliqui tantum dicunt *cancrum* comitari *pinnam*. Aelian. l. c. καρκῖνος δὲ αὐτῇ παραμένει, σύντροφός τε καὶ σύννομος.

καὶ καλεῖται πιννοφύλαξ]. Vel etiam πιννοτήρης, ut apud Plutarch. loco, quem citavimus; Plinius: »nec umquam »sine comite, quem *pinnoterem* vocant, alii *pinnophyla*»*cem*.". — Pro ἀκολούθως τῷ ὀνόματι, Philippus melius dixisset ἀκολούθως τῷ πράγματι, veluti observavit de Pauw; aut accipiendum de priori nominis parte, ut ad τῷ ὀνόματι, intelligatur τῆς πίννης, atque ita nomen suum acceperit pinnophylax ab ipsa pinna, quam comitatur; quam rationem si sequamur, non opus est ut cum Pauwio, distinctionem tollamus ante ἀκολούθως, et vertamus: *vocatur pinnophylax nomine convenienti.*

ἡ οὖν πίννα δι᾽ ὅλου κέχηνεν ἐν τῷ κόγχῳ πεινῶσα] Perfec-

tum κέχηνεν significationem habet praesentis; eodem modo Aelianus l. c. κέχηνε δὲ τῇ διαστάσει τῶν περικειμένων ὀστρέων.

ὁ πιννοφύλαξ δάκνει τῇ χηλῇ τὴν πίνναν] Δάκνειν dicitur cancer forfice; ita apud Latinos quoque *mordere* usurpatur. Aelian. l. c. ὁ δὲ ἐπένυξεν ἡσυχῇ αὐτὴν, i. e. *leviter ipsam pungit*. Plutarch. τότε δὲ τὴν σάρκα τῆς πίννης δακὼν παρεισῆλθεν. Plinius: »hoc tempus speculatus »index, morsu levi significat."

CAPUT CIX.

Ἄνθρωπον λάμιαν ἔχοντα] Λάμιαν interpretes verterunt: *ingluviem*; quoniam vero vox ea ita apud scriptores Graecos non usurpetur, de Pauw probandam putat Merceri conjecturam λαίμιαν, i. e. λαιμαργίαν legentis; sed neque ea vox invenitur apud alios; quare fortasse tutius erit, non recedere a codicum scriptura, atque ita quoque statuisse videtur Schneiderus in *Lexico*. Quod Causs. conjecit, λαιμὸν ἔχοντα, si a codice aliquo confirmaretur, fortasse adsumendum videretur; λαιμὸς enim, ut apud Latinos *gula*, saepe significat *voracitatem*. Caeterum λάμια est piscis, qui ita dicitur ἀπὸ τοῦ ἔχειν μέγαν λαιμὸν, veluti dicit Suidas in voce. Cf. Aristot. *Hist. Anim.* V. 5, in. p. 291. D. Plinius *Hist. Nat.* IX. 24, in. — Λάμια sive Λαμία quoque spectri cujusdam nomen est, cujus voracitate infantes terrere solebant veterum nutrices. Cff. de eo Schol. ad Aristoph. *Pacem*. vs. 759. Diod. Sic. XX. 41. pag. 435. *Wessel.* Plutarch. *de Curiositate* pag. 515. F. 516. A. Strabo *Geogr.* I. pag. 36. *Casaub.* Lucianus in *Philops*. cap. 2. Duris *Hist. Libyae* Lib. II. Valcken. ad Theocriti *Adoniaz*. vs. 40. pag. 343. A. B. Etymol. M. in voce, quorum plurimos citavit Hoesch. in adnot.

οὗτος γὰρ μόνος τῶν ἰχθύων μηρυκᾶται] Aristot. *de Partib. Anim.* III. 14. pag. 437. C. *ὁ καλούμενος σκάρος, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ μηρυκάζειν διὰ ταῦτα μόνος*. Add. Oppian *Halieut.* I. vs. 135. Aelian. *de Nat. Anim.* II. 54. Antigon. Caryst. cap. 78. Eustathius *Hexaëm.* pag. 19. Glycas *Annal.* I. pag. 34. C. Basilius T. I. pag. 64. E. Ambrosius *Hexaëm.* V. 5. pag. 31. D. Tzetz. Chil. VI. 340. Ovidius *Halieutic.* vs. 119. Plinius *Hist. Nat.* IX. 17. quorum plurimos laudavit Jacobs ad Aelianum. Quod autem dicit Horapollo scarum aliis piscibus vesci, id non invenitur apud Aristotelem; contra hic docet *Hist. Anim.* VIII. 2, sub fin. pag. 281. C. scarum vesci alga. Cf. quoque Aelian. de *Nat. Anim.* I. 2, XII. 42. Plinius l. c. — De ejus piscis sagacitate, qua effugit, ubi in rete inciderit, vidd. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 4. Phile Carm. LXXIV. Plinius *Hist. Nat.* XXXII. 2, in.

CAPUT CX.

Οὗτος γὰρ τίκτει μὲν διὰ τοῦ στόματος, νηχόμενος δὲ καταπίνει τὸν γόνον] Aelian. *de Nat. Anim.* II. 55. *ὁ γαλεὸς ὠδίνει διὰ τοῦ στόματος ἐν τῇ θαλάττῃ, πάλιν τε εἰσδέχεται τὰ βρέφη, κἀνεμεῖ ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς ζῶντα καὶ ἀπαθῆ.* et IX. 65, in. *οὐ τίκτειν δὲ αὐτὸν ἔνιοι λέγουσιν, ἀλλὰ δείσαντά τι τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ σπλάγχνα καταπίνειν καὶ ἀποκρύπτειν· εἶτα τοῦ φοβήσαντος παραδραμόντος, ζῶντα αὖθις ἀνεμεῖν.* Cff. quoque Aristot. *Hist. Anim.* VI. 10, fin. pag. 335. A. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 33. p. 982. A. Idem de mustela narrarunt Aristoteles aliique, quos citavimus supra ad cap. 36. pag. 333, seq.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 11. vocibus ϣⲁⲩ *félis*, et ϣⲓⲧ *vomère*, ab eadem litera, ϣ, incipientibus, atque ita acrologiam constituentibus, praecipuum hujus hieroglyphici sensum contineri putat.

CAPUT CXI.

Πῶς ἄνθρωπον ἀλλόφυλον χρώμενον μίξει.] Hoesch. et de Pauw ediderunt: *Πῶς ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ ἀλλοφύλῳ χρώμενον μίξει.* sed saepius titulos capitum non in omnibus cum ipsis capitibus convenire vidimus.

αὕτη γὰρ ἐκ θαλάσσης ἀναβαίνουσα — μίγνυται] Aristot. *Hist. Anim.* V. 10. pag. 296. C. dicit tantummodo, anguillas saepe in terram exire; sed cum Horapolline consentiunt Aelian. *de Nat. Anim.* I. 50, IX. 66. Oppianus *Halieut.* I. vs. 554. Athenaeus *Deipnos.* VII. 18. pag. 312. D. E. Glycas *Annal.* I. pag. 38. D, 39. A. Phile Carm. LXX. vs. 10. Ambrosius *Hexaëm.* V. 5. pag. 32. C. Plinius *Hist. Nat.* IX. 23, in. et XXXII. 2. Achilles Tatius I. 18. aliique quos laudarunt Hoesch. in adnot., Gronovius, Schneider et Jacobs ad Aelianum *de Nat. Anim.* I. 50.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 169, fin. et 170, in. *muraena* Martis aut Saturni planetarum symbolum est in astrologia Aegyptiorum.

CAPUT CXII.

Τρυγόνα περιπεπλεγμένην ἀγκίστρῳ] Trebatius, Mercerus et Hoeschelius minus recte acceperunt de *turture;* nam intelligitur τρύγων θαλάσσια, sive *pastinaca*, veluti recte interpretati sunt Caussinus in adnot. et Pierius *Hierogl.* XXX. 13. — Ἄκανθα proprie est *spina*, usurpatur quoque de *spina dorsi*, in primis piscium, hic autem significat *radium*. Aelianus, ubi de hujus radii sive aculei perniciosissimo veneno agit, eum κέντρον nominat. Cf. *de Nat. Anim.* I. 56, II, 36, 50, VIII. 26, X. 40. De *pastinaca* ejusque veneno vidd. praeterea Oppianus *Halieutic.* II. vs. 462. Eustathius in Homeri Od. *Λ.* vs. 133. Antigon.

Caryst. cap. 22. Phile Carm. XCI. Glycas *Annal.* pag. 35. B. Hesychius in voce, quorum plurimos laudavit Gronovius ad Aelianum l. c. I. 56. Addatur Plinius *Hist. Nat.* IX. 42, fine, et 48. ubi de veneno: » sed nullum" inquit » usquam » execrabilius, quam radius, super caudam eminens trygo» nis, quam nostri pastinacam appellant, quincunciali mag» nitudine."

ἐπὶ φόνῳ κολασθέντα] *Ob caedem punitum.* Eodem modo Diodorus Siculus III. 12. pag. 182, in. *Wessel.* dicit, reges Aegyptios *τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ καταδικασθέντας* aurifodinis includere. Cff. de hac ejus praepositionis significatione Matthiae *Gr. Gr.* §. 585, fin. et Hemsterh. ad Lucian. Tom. I. pag. 238.

αὕτη γὰρ — ῥίπτει τὴν ἐν τῇ οὐρᾷ ἄκανθαν.] De Pauw ad Philen *de Anim. Propriet.* pag. 315. corrigendum putat: *αὕτη γὰρ τύπτει τῇ ἐν τῇ οὐρᾷ ἀκάνθᾳ*, aut: *αὕτη γὰρ — ἵπτει*; quam correctionem inprobavit D'Orville in *Crit. Vann.* pag. 556. Trebatius: *abjicit quam habet in cauda spinam.*

CAPUT CXIII.

Κατανηλωκότα] Alii *κατηναλωκότα*. Apud posterioris aetatis scriptores Graecos, verbum *ἀναλίσκω* saepe duplex adsumit augmentum *ἠνήλωσα*. Cf. Matthiae *Gr. Gr.* §. 170, fine.

ἐκεῖνος γὰρ — τὰς ἰδίας πλεκτάνας ἐσθίει.] Aelian. *de Nat. Anim.* I. 27. *εἴ τις αὐτῷ γένοιτο ἀθηρία, τῶν ἑαυτοῦ πλοκάμων παρέτραγε, καὶ τὴν γαστέρα κορέσας τὴν σπάνιν τῆς ἄγρας ἠκέσατο· εἶτα ἀναφύει τὸ ἐλλεῖπον.* vid. quoque XIV. 26, fine, ubi polypi cirri, veluti hîc apud Horapollinem, vocantur *πλεκτάναι*. Cff. porro Hesiod. *Op. et D.* vs. 524. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 9, in. pag. 965. F. Antigon. Caryst. cap. 25. Theophylact. Simoc. Ep. 73. Phile Carm. LXXXVII. Glycas Annal. pag. 37. C.

Apostolius Cent. XVI. prov. 25. Suidas, in voce. Rem negavit Aristot. *Hist. Anim.* VIII. 2. pag. 380. B. ὃ δὲ λέγουσί τινες, ὡς αὐτὸς αὑτὸν ἐσθίει, ψευδός ἐστιν· ἀλλὰ περιεδηδεσμένας ἔχουσιν ἔνιοι τὰς πλεκτάνας ὑπὸ τῶν γόγγρων. cui add. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 27, sub fin. pag. 978. F. et Plinius *Hist. Nat.* IX. 29. Cff. Gronov. et Jacobs ad Aelian. *de Nat. Anim.* I. 27. et Hoesch. in adnot. Aelianus *Var. Hist.* I. 1. polypos ipsos se invicem devorare narrat.

CAPUT CXIV.

Ἄνθρωπον ἐπὶ καλῷ ὁρμήσαντα, καὶ ἀντὶ καλοῦ κακῷ περιπεσόντα] Idem vitium, quod supra, cap. 105. etiam huc irrepsisse putat de Pauw, igitur corrigendum proponit: Ἄνθρωπον ἐπὶ κακῷ ὁρμήσαντα, καὶ — καλῷ περιπεσόντα; atque ita demum symbolum cum ipsa re recte conspirare dicit: »piscantes non metuit sepia, sui ipsius bene conscia, »ἐπὶ κακῷ igitur ὁρμᾷ alacris, et mox, ubi periculum ur»get, atramentum suum emittit, et sic ἀντὶ κακοῦ τῷ »καλῷ περιπίπτει, salva et incolumis evadens, inimicosque »eludens laeta." Pierius *Hierogl.* XXVIII. 61. explicat de piscatoris spe frustrata, sepiae astu, ita ut eo animali indicetur: »homo qui multa et magna pollicitus, daturus om»nino speciosa virtutis exempla videbatur, et per summam »inde ignomiam foede lapsus, omnium fefellerit exspec»tationem." — De sepia, ubi petitur a piscatoribus, atramentum emittente, atque ita effugiente, cff. Aristot. *Hist. Anim.* IX. 37, med. pag. 436. B. *de Partib. Anim.* IV. 5. pag. 545. C. Athenaeus *Deipnos.* VII. cap. 21. pag. 324. A. Plutarch. *de Solert. Anim.* cap. 26, fin. pag. 978. B. Aelian. *de Nat. Anim.* I. 34. Schol. Nicandri *Alexiph.* vs. 473. Theophylact. Simoc. *Quaest. Nat.* V. pag. 12. Oppian. *Halieutic.* III. vs. 156. Phile Carm. XC. Numenius apud

Eusebium *Praep. Euang.* XIV. cap. 6. Cicero *de Nat. Deor.* II. 50. Ovid. *Halieut.* vs. 21. Plinius *Hist. Nat.* IX. 29.

τὸ μέλαν] Ab Aristotele et Plutarcho vocatur θόλος, ab Athenaeo ὑπόσφαγμα, ab Aeliano ἀπόσφαγμα, Eusebius τὸ μέλαν, Cicero et Plinius *atramentum* vocant.

CAPUT CXV.

Στρουθίον πυργίτην] Nonnulli πυρίτην; quam lectionem secutus Pierius *Hierogl.* XX. 38. interpretatur *passerem fulvum, et aeris instar rubicundum.* Sed rectius, ut videtur, editur πυργίτην, quod Trebatius quoque legit, vertens *passerculum turrianum*, et in adnot. probavit de Pauw. De ea avi cf. Galenus *Praec. Sanit.* VI. 11. *Ed. Kuhn.* pag. 435. καθάπερ γε καὶ τῶν ἐν τοῖς πύργοις νεοττευόντων στρουθίων, οὓς ὀνομάζουσι πυργίτας. Add. Paul. *Aegin.* I. cap. 82.

οὗτος γὰρ ὑπὸ ὀργῆς ἀμέτρου] Gesnerus in Lib. *de Avibus*, corrigendum putat ὑπὸ ὁρμῆς, i. e. *impetu*, probantibus Hoeschelio et de Pauw, ipsamque hanc lectionem offerente Codice Paris. A. Minus recte; nam ὀργή, quod vitiose interpretes hoc loco reddiderunt *iram*, significat *quamcumque cupiditatem vehementiorem;* hic autem *fervorem, libidinem, libidinis insaniam, salacitatem;* veluti supra, vb. c. I. 47, aliisque locis usurpatur verbum ὀργᾶν, de *animalibus libidine* agitatis; eodem modo Horatium dixisse *Sat.* I. 2. vs. 71.

—— mea cum conferbuit ira?

et simili sensu vocem θυμός usurpari, vb. c. apud Nonnum *Dionysiac.* V. 93.

Καὶ γαμίῃ σάλπιγγι μελίξατο θυμὸν ἐρώτων,

adnotavit Cl. Letronnius. — Passerem autem, quoniam animal sit salacissimum, non diu vivere, dicunt Aristot. in Lib.

de Long. et Brev. Vit. cap. 5. Vol. II. pag. 127. C. Plinius *Hist. Nat.* X. 36. in. Veneris quoque currum passeribus vectum canunt poëtae. Cf. vb. c. Sappho in Ode ad Venerem. vs. 9, seq. Add. Athen. *Deipnos.* IX. cap. 10. pag. 391. E. F.

ἑπτάκις μίγνυται τῇ θηλείᾳ] De Pauw corrigendum suspicatur *τριακοντάκις*, contra codicum auctoritatem, neque ob causam satis idoneam, ut videtur. Cf. D'Orville *Crit. Vann.* pag. 556. Unde autem haec petierit Philippus, non inveni. Suprà I. cap. 8. de accipitre foemina dicitur: *τριακοντάκις γὰρ τῆς ἡμέρας βασανιζομένη, ἐπειδὰν ἀναχωρήσῃ, φωνηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἄρσενος, πάλιν ὑπακούει.*

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 160, fin. *passer* Veneris planetae symbolum est.

CAPUT CXVI.

Ἄνθρωπον συνοχέα καὶ ἑνωτικὸν] Trebat. vertit: *Hominem eundem tenorem vitae servantem.* Pro *συνοχέα* fortasse legendum *συνεχέα*, quoniam sequitur *συνέχειαν φυλάττει.*

Seyffarth Op. cit. ex hoc capite efficit, *lyram* Mercurii planetae symbolum fuisse.

CAPUT CXVII.

Αὕτη γὰρ ἐπιστρεπτική ἐστι] Cicero *de Orat.* III. 60. narrat, Gracchum, ubi concionaretur semper secum habere solitum fuisse servum, cum eburneola fistula » qui inflaret » celeriter aut sonum, quo illum aut remissum excitaret, » aut a contentione revocaret." In seqq. *αὐτῷ* referendum est ad praecedens *Ἄνθρωπον*, igitur non opus est, ut cum Pauwio, corrigamus *ἀνθρώπῳ*.

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 11. acrologiam animadvertendam putat, vocibus ⲤⲎⲂⲒⲚ̄ϪⲰ, *tibia*, et ⲤⲒϨⲒ *alienatio mentis*, ab eadem litera, Ⲥ, incipientibus.

Seyffarth Op. cit. pag. 180, in. *fistulam* refert ad Mercurium planetam.

CAPUT CXVIII.

Στρουθοκαμήλου πτερόν] De Struthiocamelo cff. Aristot. *de Partib. Anim.* IV. 14. pag. 576. B — D. Xenoph. *Anab.* I. 5. §. 3. Diod. Sic. II. 50. pag. 162. *Wessel.* et III. 28. pag. 194. Aelianus *de Nat. Anim.* II. 27, IV. 37, IX. 58, et XIV. 7. Pausanias IX. 31. Glycas *Annal.* I. pag. 46. D. Phile Carm. IV. Plinius *Hist. Nat.* X. 1. Claudian. *in Eutrop.* II. vs. 310, seqq.

παρὰ τὰ τῶν ἄλλων.] Ita legimus ex Cod. Paris. B. pro *παρὰ τῶν ἄλλων*; nam praepositio *παρά*, ubi comparationem aut excellentiam prae aliis indicat, veluti Latinorum *praeter*, cum accusativo construitur. Cff. supra I. 6. in. pag. 6, cap. 14, fine, pag. 23, cap. 39. med. pag. 43, cap. 47. pag. 48, cap. 52. pag. 52. Sunt autem *τὰ πτερυγώματα* struthionis *ἴσα παρὰ τὰ τῶν ἄλλων*, *aequales praeter reliquarum avium pennas*, *magis aequales quam pennae reliquarum avium.* — Caeterum hieroglyphicum hoc revera ex monumentorum Aegyptiacorum inscriptionibus desumtum videtur; nam *Dea veritatis et justitiae*, quam Thme sive Sme vocavit Champoll. in capite gestat *pennam*, quae videtur esse struthionis; quin et penna illa saepe pingitur, loco imaginis ipsius deae, atque tamquam signum determinativum poni solet post signa hieroglyphica, quae respondent literis Copticis ⲧⲙⲏ sive ⲧⲙⲏⲓ, ⲑⲙⲏⲓ; qua voce *justus*, *justitia* indicatur. Cff. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* Explic. Tab. n°. 51. Tab. Gen. n°. 79. n°. 385, seqq. et ipsius libri pag. 206. *Descript. M. C. X.* pag. 23. A. 389, seqq. *Epp. script. ex Aeg. et Nub.* Ep. XIII. pag. 231, in. et tab. nostr. n°. 61. *a.-d.*

Klaproth Op. cit. Ep. I. pag. 12, 13. vocem ⲥⲣⲟⲩⲑⲟⲥ, sive ⲥⲉⲣⲟⲩⲑⲟⲥ Aegyptiacam esse putans, per avem illam *justitiam* significari ait, ex doctrina acrologica, quoniam

ϲⲟⲧⲧⲉⲛ, *aequitas*, *justitia*, ab eadem litera, c, incipiat. Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 162, sub fin. *penna struthionis* Saturni planetae symbolum est.

CAPUT CXIX.

Αὕτη γὰρ ποιεῖ πάντα τὰ κτίσματα.] Aristot. *de Partib. Anim.* IV. 10. pag. 559. E, 560. A. *Ἀναξάγορας — φησὶ διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν, φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον. εὔλογον δὲ, διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων, χεῖρας ἔχειν· τοῦ λαμβάνειν γὰρ χεῖρες ὀργανόν εἰσιν.* Cicero *de Nat. Deor.* »multarum artium ministras manus natura »homini dedit." — Similem significationem manibus tribuere oneirocritae. Cf. Artemid. I. 14. *χεῖρες δὲ αἱ πράξεις εἴρηνται*; cap. 44. *χεῖρες εὔτονοι καὶ καλαὶ εὐπραξίαν σημαίνουσι μάλιστα χειροτέχναις καὶ τοῖς διὰ δόσεως καὶ λήψεως πορίζομένοις.*, et ibid. *κοινῇ δὲ ἀμφότεραι αἱ χεῖρες σημαίνουσι τέχνας, χειρόγραφα, λόγους· τέχνας μὲν, ἐπεὶ διὰ χειρῶν αἱ τέχναι, κ. τ. λ.* ubi cf. adnot. Rigaltii, qui plura loca addidit. — Caeterum *manus* ea significatione, quod sciam, in inscriptionibus hieroglyphicis nondum inventa est; sed vox ⲧⲟⲧ, qua *manus* indicatur, non multum differt a nomine dei Thoth, quem omnium artium inventorum Aegyptii putabant. Hebraeis idem יָד *manum* significat et *monumentum*, atque simili ratione, Graecorum *χεῖρες*, et Latinorum *manus* significant quoque *labores qui manu perficiuntur et actiones.*

ADDENDA.

Pag. 118. vs. 5. Ne quis dubitet, num forte deus Aeon intelligatur a scriptore, videat hujus imaginem apud Zoëgam *in Dissert.* (*). Tab. 5. fig. 16. (add. pag. 193, seqq.).

(*) Georg Zoëga's. *Abhandlungen*, *herausgegeb. von* Fr. G. Welcker.

Pag. 123. vs. 17. Loco ex Artemidori *Oneirocriticis* addatur alius Achmetis *Oneirocr.* cap. 283. *ὁ δράκων εἰς πρόσωπον βασιλέως κρίνεται.*

Pag. 125. vs. 19. Champollion in *Descript. M. C. X.* pag. 147. T. 2. n°. 5. *serpentem caudam in ore tenentem* symbolum vocat *aeternitatis.*

Pag. 154. vs. 30. Memorandae hic quoque *τριακονταετηρίδες*, sive *periodi annorum triginta;* quarum cognitionem debemus *Inscriptioni Rosettanae*, in qua Ptolemaeus Epiphanes vocatur: *κύριος τριακονταετηρίδων καθάπερ ὁ Ἥφαιστος ὁ μέγας.* Cff. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 211, seqq. Ideler in *Enchir. Chron. Mathem. et Techn.* II. pag. 596, seqq.

Pag. 178. vs. 22. Fortasse *vultur* hic confunditur cum *aquila*, de qua Artemid. *Oneirocr.* II. 20. *σημαίνει δὲ ὁ ἀετὸς καὶ τὸν ἐνεστῶτα ἐνιαυτόν· ἔστι γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφὲν οὐδὲν ἄλλο ἢ πρῶτον ἔτος.* Cf. quoque Lib. V. Somn. 57.

Pag. 198. vs. 2. Add. Artemid. *Oneirocr.* II. 12. *Κυνοκέφαλος ἀνακεῖται — τῇ σελήνῃ.*

Pag. 229. vs. 9. Vasa illa, quibus *Nili aqua* et *fluminis incrementum* indicantur, inserviisse videntur aquae refrigerandae. Cf. Rosellini in *Monument. Aeg. et Nub.* Monum. Civ. Parte II. Tom. I. pag. 388, seq. Tab. XXXIX. n°. 1. et *Descript. Aeg.* Antiq. Vol. I. Tab. 68.

Pag. 237. vs. 7. Quae dicit Horapollo, de *sermone* per *linguam* et *manus* significato, conveniunt quodammodo cum iis, quae habet Artemid. *Oneirocr.* I. 44, med. *Χεῖρες σημαίνουσι – λόγους –, ἐπεὶ ἅμα τοῖς λόγοις αἱ χεῖρες κινοῦνται.*

Pag. 240. vs. 20. In nummo Hadriani Alexandriae cuso, notae *Iς´* (i. e. 16.) indicant, anno eo, quo nummus cusus erat, Nilum ad 16. cubita adscendisse. Cf. Eckhel in *Init. Doctr. Num.* pag. 26.

Pag. 259. vs. 8. In sequentibus additur *γυμνὸν ἐθεώρει τὸν βασιλέα*, explicandi causa quare cani apponatur, non vero imponatur aut circumponatur regia vestis; quod quum glossator non intelligeret, verba illa *σχῆμα γυμνον* adscripsisse videtur.

Pag. 264. vs. 30. Add. locus Aeliani *de Nat. Anim.* X. 27. *Ποίαν γὰρ εἰς ἀφροδίσια ἰσχυρὰν ἔχει ἐκεῖνος βοῦς θῆλυς, καὶ ὀργᾷ τοῦ ἄῤῥενος μᾶλλον· ἀκούσασα γοῦν τοῦ μυκήματος εἰς τὴν μῖξιν θερμότατα ἐξηνέμωται, καὶ ἐκπέφλεκται. Καὶ οἱ ταῦτά γε συνιδεῖν δεινοὶ, καὶ ἀπὸ τριάκοντα σταδίων ἀκούειν ταύρου βοῦν, ἐρωτικὸν σύνθημα, καὶ ἀφροδίσιον μυκομένου, φασί.*

Pag. 278. vs. 7. Similem significationem *pelicano* tribuit Artemid. *Oneirocr.* II. 20. *Πελεκάνες ἄνδρας ἀγνώμονας σημαίνουσι ἀσκόπως τε καὶ ἀλόγως πάντα δρῶντας.*

Pag. 284. vs. 14. De *hippopotamo* Typhonis symbolo, cf. quoque Euseb. *Praep. Evang.* III. 12, in. *τὸ δὲ δεύτερον φῶς τῆς σελήνης ἐν Ἀπόλλωνος πόλει καθιέρωται· ἔστι δὲ τούτου σύμβολον ἱερακοπρόσωπος ἄνθρωπος, ζιβύνῃ χειρούμενος Τυφῶνα ἱπποποτάμῳ εἰκασμένον.* Ex hac autem descriptione facile agnoscimus Horum, jaculo transfigentem Typhonem.

Pag. 298. vs. 11. Recte dicuntur oculi crocodili ante reliquum corpus ex aqua apparere, quoniam supra caput eminent.

Pag. 301. vs. 22. In Obelisco Pamphilensi, vox *divus* in nominibus *Vespasiani* et *Titi* scribitur per *stellam*. Cf. Rosellini *Monum. Aeg. et Nub.* Parte I. T. II. p. 438, 439.

Pag. 333, vs. 20. Add. Tab. nostr. n°. 59. *a.* 59. *b.*

Pag. 350. vs. 2. Verba *ῥήσσειν* et *ῥίπτειν* saepissime confunduntur in MSS. Cff. interpretes ad Xenoph. Ephes. II. 8.

INDEX GRAECUS.

Numeri Romani librum, minores capita indicant, literae: i, m, f, ubi numeris adduntur, significant initium, medium, finem capitis.

A.

B.

Δ.

Λ.

P.

Σ.

INDEX RERUM.

A.

I.

L.

T.

INDEX III.

Capitum Horapollinis, et paginarum adnotationis, in quibus hieroglyphica in tabulis nostris depicta explicantur.


INDEX IV.

Hieroglyphicorum ab aliis scriptoribus explicatorum, quaeque in adnotatione ad Horapollinem citantur.


CORRIGENDA.

Pag. 3. vs. 21. gravisimum, l. gravissimum. — Pag. 13. vs. 6. et 14. *γίγνονται*, l. *γίνονται*. — Pag. 14. vs. 1. *μονοκερὼς*, l. *μονόκερως*. — ibid. vs. 8. *ὀργώσῃ*, l. *ὀργάσῃ*. — Pag. 16. vs. 5. *ἡττεμένοις*. l. *ἡττωμένους*. — Pag. 18. vs. 1. et 11. *διοτι*, l. *διότι*. — Pag. 21. vs. 4. *συμπάθειαν τινὰ*, l. *συμπάθειάν τινα*. — Pag. 22. vs. 9. *γράμαμτα*, l. *γράμματα*. — Pag. 27. vs. 5. *῞Ωρος*, l. *Ὧρος*. — ibid. vs. 19. *γρηγόρητα*, l. *γρηγορότητα*. — Pag. 30. vs. 5. *γενετείραν*, l. *γενέτειραν*. — Pag. 33. vs. 18. *ποτάμῳ*, l. *ποταμῷ*. — Pag. 41. vs. 3. *σχοίνιον*, l. *σχοινίον*. — Pag. 42. 3. *μαθῶν*, l. *μαθὼν*. — Pag. 44. vs. 13. duo, l. duae. — Pag. 46. vs. ult. menbrum, l. membrum. — Pag. 57. vs. 25, 26. in medio volutu, l. in media spira. — Pag. 58. vs. 1. *βασίλεως*, l. *βασιλέως*. — Pag. 59. vs. 8. *παντός*, l. *παντὸς*. — Pag. 60. vs. 13, 14. post *Γναφεὺς*, l. Cod. Paris. C. hic et in ipso cap. *γραφέα*. — Pag. 63. vs. 21. habeant, l. habent. — Pag. 66. vs. 19. ita Cod., l. ita Codd. Paris. tres. — Pag. 67. vs. 22. *ἔχον*, l. *ἔχων*. — Pag. 69. vs. 11. *ἄραν*, l. *ἀρὰν*. — Pag. 70. vs. 5. *ἐπερχεται*, l. *ἐπέρχεται*. — Pag. 71. vs. 9. *σημανεῖ*, l. *σημαίνει*. — Pag. 77. vs. 5. *σπειρά*, l. *σπεῖρα*. — Pag. 87. vs. 18. Paris. l. Paris. — Pag. 98. vs. 10. *ἤδή*, l. *ἤδη*. — ibid. vs. 20. Paris. C., l. Paris. B. — Pag. 99. vs. 13. *οὔσαν*, l. *οὖσαν*. — Pag. 104. vs. 9. *ἔχοντες*, l. *ἔχοντας*. — Pag. 119. vs. 29. VI. 18., l. VI. 38. — Pag. 140. vs. 22. et saepius, valor, l. potestas. — Pag. 153. vs. 5. utrum, l. num. — Pag. 161. vs. 2. Cff., l. cff. — Pag. 206. vs. 18. signicare, l. significare. — Pag. 208. vs. 31. gratulandi, l. salutandi. — Pag. 261. vs. 10. 39. *b.*, *l.* 49. *b.* — Pag. 276. vs. 25. (in quibusdam exemplaribus) *recte*, l. *recta*. — Pag. 413. vs. 24. *ἐπιτίθεσθαι*, l. *ἐπιτιθέναι*.


Reliquis ignoscat benevolus lector.



I Herriberg del. et lith.



I. Hooiberg del et Lith



T H[illegible] del et Lith

f. (2)

DE

LAPIDUM CULTU

APUD PATRIARCHAS QUAESITO.

COMMENTATIO

DE

LOCIS GENESEOS XXVIII, 18. 19. ET XXXV, 14. 15.,

QUAM

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE OBTINENDOS

AMPLISSIMO ORDINI PHILOSOPHORUM

MARBURGENSIUM

OFFERT

JOANNES GRIMMEL,
METROPOLITANUS WOLFHAGAE CATTORUM.

MARBURGI CATTORUM.
TYPIS ELWERTI ACADEMICIS.
MDCCCLIII.

Lapidum cultum apud veteres usitatissimum etiam ad patriarchas quidam censent referendum. Exstant nimirum duo loci Veteris Testamenti sibi invicem respondentes, qui illius opinionis dederunt ansam et ad quos pertractandos doctiore quam probabiliore impellimur explicatione, quae apud multos hujusce ipsius temporis aequales, qui hac de re scripserunt atque eruditionis fama et judicii auctoritate pollent, versatur. Nec levissimi momenti haec quaestio habenda est, quae cum aliis quoque causis cohaeret gravissimis; ideo de ea sumus disserturi, praesertim quum nonnulli, iterum iterumque eadem proferentes, potius aliorum auctoritate, quam re denuo examinata niti videantur; tantumque abest, ut obstet proposito nostro doctissimorum auctoritas, ut haec ipsa magis etiam nos impellat, quum, quod erroris vim auget, doctissimo cuique, etiamsi fallatur, maxima plerumque habeatur fides; etenim quum non ita respicienda sit auctoritas, ut despiciatur veritas: non est, quod mireris, etiam impares vires occasione data ad certamen excitari. Praeter scripta infra citata aliis quoque, imprimis Hoellingii, du Brosses, Biedermanni, Deutschmanni, Pfeifferi et Jenichennii huc pertinentibus, libenter essemus usi, nisi ea acquirendi perdidissemus operam.

Priusquam illorum V. Testamenti locorum nostram afferimus interpretationem, necesse erit, ut adversariorum

sententiae earumque causae ac rationes recenseantur et, quae possint contradici, proferantur.

Qui ad quaestionem nostram spectant loci sunt duo.

Postquam narratum est, quantâ gratiâ deus Jacobo in Mesopotamiam migraturo, quum prope Bethel pernoctaret, somnianti se patefecerit et quantâ reverentiâ id acceperit patriarcha, pergitur Geneseos cap. 28, 18. 19.:

וַיַּשְׁכֵּם יַעֲקֹב בַּבֹּקֶר וַיִּקַּח אֶת־הָאֶבֶן אֲשֶׁר־שָׂם
מְרַאֲשֹׁתָיו וַיָּשֶׂם אֹתָהּ מַצֵּבָה וַיִּצֹק שֶׁמֶן עַל־רֹאשָׁהּ׃
וַיִּקְרָא אֶת־שֵׁם־הַמָּקוֹם הַהוּא בֵּית־אֵל וְאוּלָם לוּז
שֵׁם־הָעִיר לָרִאשֹׁנָה׃

Cui loco conferas alium simillimum Geneseos cap. 35, 14. 15., ubi narratur de Jacobo in patriam reverso[1]):

וַיַּצֵּב יַעֲקֹב מַצֵּבָה בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר־דִּבֶּר אִתּוֹ מַצֶּבֶת אָבֶן
וַיַּסֵּךְ עָלֶיהָ נֶסֶךְ וַיִּצֹק עָלֶיהָ שָׁמֶן׃ וַיִּקְרָא יַעֲקֹב
אֶת־שֵׁם הַמָּקוֹם אֲשֶׁר דִּבֶּר אִתּוֹ שָׁם אֱלֹהִים בֵּית־אֵל׃

---

1) Jam hic annotetur, nos iis assentiri, qui, ut Lutherus, Zwingli, Jansenius, Piscator et recentiorum Tuch, actionem Jacobi Gen. 35, 14. 15. relatam ab illa Gen. 28, 18. 19. enarrata diversam habent — aliter Aben Ezra (v. Cartwrigtum, qui ipse etiam ut Luth. etc. sentit, in crit. sacr.), Calvinus, illam tamen explicationem non plane rejicientes, Vatablus, quamvis hic quoque in notis major. (vid. Crit. sacr.) observet: „*Nunc id factum suum confirmat et iterum quasi facit, quod antea fecerat*“, nec videatur putare, loco Gen. 35, 14. 15. ad Gen. 28, 18. 19. tantummodo recipi; non item Vater, Stähelin, de Wette, Delitzsch, Knobel, quippe qui eandem illam Jacobi actionem a diversis narrari censent auctoribus (Jehovistâ et Elohistâ). Nec minus Genes. 34, 14. וַיַּסֵּךְ עָלֶיהָ נֶסֶךְ׃ et וַיִּצֹק עָלֶיהָ שָׁמֶן׃ discernentes non libamen idem (sc. oleum, ut alterum sit alterius explicatio), sed duo diversa (oleum et vinum) intelligenda esse censemus. Qua utraque sententia nostra partes nostras non faciliores reddi per se constat.

§. 1. Adversariorum sententiae proferuntur.

Quemadmodum — hic est eorum sermo, quorum sententias haud probandas existimamus — a veteribus baetyli sivi lapides animati, divina, ut putabant, vi inhabitati divino quoqne cultu adorabantur: ita et Jacobus lapidem, cui incumbens illa eximia dei revelatione gavisus est, divinum, tanquam numine divino inhabitatum, putavit et coluit, quod nomen quoque Bethel i. e. domus dei significat[2]).

---

2) v. D. Gottl. Phil. Christ. Kaiser, bibl. Theologie oder Judaismus und Christianismus. Erlangen 1818. 1. Thl. S. 59: *Jacobs Stein Bethel, den er errichtet, ist ursprünglich und ohne die bessernde Hand des Historikers ein Steinfetisch* etc.

Von Bohlen: Die Genesis, Königsberg 1835, ad Gen. 28, 18. S. 284, 285: *Ueber die rohe Art der Gottesverehrung durch Steinfetische oder Βαιτύλια, welches Wort aus dem Semitischen* בית־אל *entlehnt ist, s. Bellermann über die alte Sitte, Steine zu salben, Erfurt 1793 und die Erklärer zu dieser Stelle. Man kann den Gebrauch nicht wohl einen patriarchalischen nennen, denn er ist noch gegenwärtig, besonders in Indien, verbreitet; in Kleinasien wurde die Cybele in Gestalt eines schwarzen Steins, ähnlich dem Ueberbleibsel eines solchen Cultus zu Mekka, verehrt (Theophrast Charact. 16. Lucian. Pseudomant §. 30); noch zu Pausanias Zeit waren zu Pherä in Achaia dreissig viereckige Steine mit Götternamen vorhanden, und zu Delphi begoss man täglich einen heil. Stein mit Oel (7, 22. 10, 24), ja noch Arnobius (adv. gent. 1, 11) bekennt, dass er als Heide solche Steine angebetet, und selbst im Deutschen ist noch der Ausdruck Oelgötze aus dieser Sitte übrig.* —

Dr. Daniel Georg Conr. v. Cölln, bibl. Theologie, her. v. Dr. David Schulz 1. Bd. Leipz. 1836, S. 58: *Auch trifft man noch bei Jacob den phönicischen aus Polytheismus stammenden Brauch der Bätylien an. 1. Mos. 28, 18.* —

Dr. Friedr. Tuch, Commentar über die Genesis. Halle 1838, S. LXII: *Noch* (sc. von den Patriarchen) *werden Gott nach unreinem Cultus Bäthylien* (sic? Bätylien!) *geweiht.* Genes. 28, 18. 19 35, 14. 15. Ibid. S. 488. ad versum 18: *Jacob richtet den Stein, auf welchem er geruht hat, auf zu einem Steinmale,*

Ideo non est, quod dubites, quin nomen baetylorum a Bethel ducat originem [3]). Nec minus quemadmodum ab iisdem veteribus lapides diis consecrati oleo ungui et coli sunt soliti, ut quibus vis divina inesset: ita et Jacobus idem in illo fecit lapide, quem in statuam erexit [4]). Neque

---

vgl. c. 31, 44 f. Exod. 24, 4. I Sam. 7, 12. II. 8, 13, die roheste Form einer Statue in einer noch kunstlosen Zeit. Dergleichen wurden, durch Libationen und Salben der Gottheit geweiht, dem heidnischen Alterthum Gegenstände der Verehrung. Von den Phöniziern erzählt diesen Gebrauch Sanchun. etc. Man nannte solche Steinfetische Βαιτύλια *mit semitischen Namen* = בֵּית־אֵל. *Aehnlich verfährt hier Jacob, indem er den Malstein mit Oel salbt und dadurch dem Gotte seines Stammes weiht, ein Beweis, dass dieser weit verbreitete Cultus auch den ältern Hebräern nicht unbekannt war.* —

3) Quae illius nominis orginem deducendi ratio praecipue apud eos repetitur, qui non discernunt inter baetylos et unctos lapides; v. infra.

4) Kopp, Palaeogr. T. III, l. c. 86. p. 44: *Superstitio praeterea semel coepta pedem haud facile refert, sed crescit eundo. Ita lapides oleo ungui, quod Theophrastus ridet, in Genesi* 28, 18. *jam legitur et Appuleji aetate hoc factum in usu fuit.* -

D. Gottl. Ph. Chr. Kaiser l. c.: *Jacobs Stein Bethel — wurde von ihm gesalbt, wie im Morgenlande, Griechenland, Rom u. s. w. das Bestreichen mit Oel gewöhnlich war.* (Genes. 28, 18—21). —

De Wette, Lehrbuch der hebräisch-jüdischen Archäologie, 3. A. S. 245. §. 192: *Ein der Patriarchenzeit vielleicht eigenthümlicher Dienst war die Verehrung Gottes in Steinmälern,* מַצֵּבוֹת (1. *Mos.* 28, 18. 35, 14. *vgl. Jos.* 24, 26 *mit Richt.* 9, 6. (Nihilominus legitur ibi in annotatione ad v. מַצֵּבֹת: *Merkwürdiger Gebrauch der Perser auf Reisen, Merkzeichen ihrer Gelübde für eine glückliche Rückkehr aus Steinen zu bilden,* cit. Morier in Bert. n. Bibl. d. R. XXIII. 92, quod etiam Rosenmüllerus in scholiis in vet. test. ad Genes. 28, 18 affert.). *Solche Salbsteine verehrten auch die Heiden, und die symbolische Verehrung der Götter in Statuen trifft in ihrem Ursprung damit zusammen.* —

Winer, bibl. Realwörterbuch. Leipz. 1848. S. 520. s. v. Steine: *Insbesondere errichtete man in älterer Zeit Denksteine,*

adeo hoc mirandum, quum Patriarcharum de deo notiones pro illius temporis conditione fuerint incultae eorumque deus, quem coluerint, a paganorum idolis non admodum differat [5]).

Adversariorum sententias dijudicaturis jam, quantum ad nostram quaestionem spectat, primum de baetylis, tum de lapidibus unguendis vel alio modo colendis, denique de patriarcharum et praecipue Jacobi, quas de numine divino habuerint, notionibus nobis erit disserendum.

§. 2. De baetylorum usu a Jacobo alieno.

Longe lateque divulgata est opinio, secundum quam vel quantum intersit inter baetylos et lapidem Jacobi unctum non discernitur, vel saltem quaedam hujus cum illis statuitur cohaerentia.

Haec opinio non solum apud adversarios, qui Jacobum

um die Kunde von einer wichtigen Begebenheit auf die Nachwelt fortzupflanzen, an den Stellen, wo sich dergleichen zugetragen hatten, Gen. 28, 18. 35, 14. etc. Dergleichen Steine wurden oft als der Gottheit heilig betrachtet und durch Libationen von Oel und Salbe verehrt (denuo citatis locis Gen. 28, 18. 35, 15. et coll. Arnob. adv. gentes I, 39. Euseb. praep. ev. I, 10. Augustin. de civit Dei XVI, 38, ubi pater ecclesiae Jacobum ab illo idolatriae more, de quo ibi loquitur, purgat.) *Solche Salbsteine* (*Clem. Alex. strom.* 7, 302, ubi de *paganis* sermo est) *kommen auch im Griech. Alterthum vor. Theophrasti char.* 17. *Pausan.* 10, 24. 5. —

5) Cf. loci modo citati, sicut huc referendae sunt omnino eorum opiniones, qui cultum religiosum et civilem non satis discernentes et deum hominibus, qui ipsi generis divini in deo sint et vivant, Gen. 1, 27. 2, 7. Act. 17, 27 29. jam a primordio se manifestum fecisse negantes contendere non dubitant, genus humanum sumsisse fere bestiale initium, cujusmodi multa apud Kaiserum l. c. reperies.

falsorum numinum cultu arguunt, sed etiam apud eos, qui melius de patriarcha sentiunt, saepissime invenitur, quam ob rem etiam supra, ubi adversariorum sententiae allegatae sunt, hanc confusionem et permixtionem ipsis locis citatis cogitate indicavimus. Sed quantumvis quaestiones de lapidibus unctis et de baetylis cohaereant, tamen singulas per se recensere proposito nostro conducet, ut convictis qui de baetylis circumferuntur, erroribus, eo expeditius quaestionem de lapidibus unctis tractare possimus.

Etiamsi illam sententiam, quasi baetyli et lapides uncti unum idemque sint ideoque lapidi, quem Jacobus unxerit, aequiparandi, sicut nomen quoque baetyli a vocabulo בֵּית־אֵל ortum sit, Bochartus non primus [6]) in doctorum mentes induxit: tamen hujus eximia eruditio insignisque auctoritas ad divulgendam illam opinionem sine ulla dubitatione plurimum valuit, ut post Bochartum vix sint, qui de hac re disceptantes eandem non proferant neque eum tanquam auctorem laudent, quamvis tantum absit, ut vir ille praeclarus postque multi, qui eum secuti sint, alii, quod Jacobus lapidem ungens fecerit, culpent, ut laudent.

Praeter eos, quos jam supra nominavimus (Kaiser, Cölln, v. Bohlen, Tuch), hic afferantur (de Vossio et Scaligero v. annotationem ultimam supra): Drusius [7])

---

6) Memoires de litterature. Tome sixième, à Paris 1729. p. 522: *Bochart, après la correction dont je viens de parler, pour establir une parfaite conformité entre les Baetyles et la Pierre de Jacob, n'oublie pas de rappeller l'étymologie du mot Baetyle proposée déja par plusieurs Scavants* (e. g. a Vossio, Scaligero), *qui tirent ce mot de celui de Bethel, nom que Jacob donna à l'endroit* etc.

7) V. Criticos Sacros Amstel. 1698, not. maj. ad Genes. 28, 19: *Ab hoc nomine* (Bethel) *appellati sunt dii, quos specie lapidis adorabant, βαιθύλια* (? βαιτύλια!).

Grotius[8]**), Hadrianus Relandus**[9]**), Augustinus Calmet**[10]**), Daniel Gerdesius**[11]**), Alberti (Hesychii lexicon**[12]**), Scheuchzer (Donat**[13]**), Schulz**[14]**), Bellermann**[15]**), apud quem plurimos, qui ad nostram quaestionem spectant, veterum locos, quos ab Hoellingio**

---

8) Ibid. (*Bethel*) *hinc βαιτυλια* (*baetylia*) *apud Phoenices*; cit. Philone Byblio in Euseb.

9) Palaestina ex monumentis veteribus illustrata. Norimbergae 1716. p. 475 (638): *De nomine urbis hujus* (*Bethel*) *lapides quosdam unctos βαιτυλια dictos fuisse, jam alii observarunt.*

10) Dictionnaire historique etc. de la bible; à Paris 1722. s. v. *Bethel*: *C'est de l'onction que Jacob donna à la pierre de Béthel, qu'est venuë la superstition des Anciens pour les Béthules, qui etoient des pierres que l'on oignoit, et que l'on consacroit à la memoire des grands hommes après leur mort.*

11) Oratio inauguralis de unctione, quae fideles docet omnia §. 4. (in Miscell. Gron. in Miscell. Duisb. Fasc. I. Amstel et Duisb. 1736. p. 166): *A Jacobo autem ad gentes alias hunc morem* [sc. lapides inungendi, Gen. 28, 18] *dimanasse, vel illa Phoenicum veterum Βαιτυλια satis arguunt, quae vel suo nomine inunctorum apud* בית־אל *lapidum Deoque consecratorum originem produnt*; cit Bochart. —

12) Nota 9: *Βαιτυλος*] *a Jacobi Bethel originem duxisse verisimile est. Hill. Vid. Heins. in Hesiod.* p. 124. additis aliis illius verbi significationibus.

13) Physica sacra, Auszug ed. Donat, Leipzig 1777. 1. Bd. cap. 88. §§. 265—267: *Die Phönisier verehrten diesen* (*Stein Jacobs*] *und andere Steine und nannten sie Bäthyli*, laudato Bocharto. Et in annot. Donati: *Die alten Phönisier hatten die Gewohnheit, diejenigen Steine, so zu gottesdienstlicher Verehrung aufgerichtet wurden, Bäthylien zu nennen, welches vermuthlich von Bethel abstammt.*

14) Scholia. Norimbergae 1788; ad Gen. 28, 18: *Lapides ejusmodi erecti aut congesti oleoque perfusi pro altari erant. cf. βαιτυλια.*

15) Ueber die alte Sitte, Steine zu salben und deren Ursprung (v. Acta Academiae electoralis Moguntinae quae Erfurti est, ad annum MDCCLXXXXIII. Erfurti 1794. p. 10): *Im Griechischen heissen nämlich die aufgerichteten Steine, welche die*

mutuatus est, invenies laudatos, Jahn[16]), Rosenmüller[17]), Ersch et Gruber[18]), Haevernick[19]); Bähr[20]); Fried-

---

damalige Religiösität salbte Bätylien, griechisch in der einfachen Zahl Βαιτυλος und Βαιτυλιον. Man dachte sich immer ein höheres Wesen dabei, dem zum Andenken der Stein dastünde. Man begoss diese Steine mit Oel und erwies ihnen auf mancherlei Art seine Achtung. In annotatione probat Vossii, Bocharti etc. opinionem de origine v. *Βαιτυλος* a בֵּית־אֵל magis quam Graecorum grammaticorum a *βαιτη*. Baetÿlos et lapides unctos adeo non discernit, ut locum in Eusebii ev. praep. libr. I. c. 10: „*Ἐπενόησε Θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος*" vertat: *Es ersann der Gott Uranos die Salbsteine, die Bätylien und fabricirte beseelte Steine.* Quamquam Bocharti conjecturam אבנים נשפים pro אבנים נפשים de qua v. infra, bonis rejicit rationibus.

16) Bibl. Archäologie, ed. 1818. Bd. III. S 453 f.: *Bei diesen Altären wurden Bildnisse der Götter aufgestellt, Anfangs bloss unförmige Klötze und Steine, wovon bis in spätere Zeit herab die βαιτυλια, βαιτυλοι übrig waren. Der Name beruht offenbar auf Missverstand des Worts* בית־אל *1. Mos. 28, 19. 22. Sie waren von verschiedener Art, meistens aber klein — die grössern βαιτυλια — meist conisch und theils viereckig etc.*

17) Das alte und neue Morgenland, 1. Bd. Leipz. 1818. S. 125, zu Genes. 28, 18: *Aus dieser Handlung Jacobs leitet der gelehrte Bochart mit Recht die Verehrung der Baetyli ab.*

18) s. v. *Βαιτυλος*: *Glücklicher Weise finden sich Andeutungen, die uns über das Wesen und die Bedeutung der Steine, die man Bätylien nannte, nicht im Dunkeln lassen. Als Jacob im Traume die Himmelsleiter gesehen hatte, richtet er am Morgen den Stein auf, worauf sein Haupt geruht hat, salbt ihn und nennt die Stätte* בית־אל *(Bethél), Wohnung Gottes. —*

19) Handbuch der histor. krit. Einl. ins A. T. Erlangen 1836, c. 18. S. 359: *Jene Sitte [sc. nach welcher Jacob einen Stein errichtet und salbt] selbst erläutert sich übrigens aus dem heidnischen Ritus der Weihung heiliger Steine, welche im Orient verbreitet war, wie denn auch der Name (Βαιτυλια) semit. Ursprungs ist und sich in unserer Erzählung* (Gen. 28.) *gewiss nicht zufällig findet* (בית־אל); *vgl. Sanchon. b. Euseb. p. Ev. I, 10., von da nach Griechenland sich verbreitete. —*

20) Symbolik des Mos. Cultus, Heidelberg 1837. 1. Bd.

Creuzer[21]), quod nomen *βαίτυλος* spectat, tantum refert aliorum sententias. Cautius de hac re disseritur in commentatione: *Des autels consacrez au vrai Dieu etc.* in: Histoire de l'academie royale des Jnscriptions[22]), distinguuntur baetyli a lapidibus unctis; item de Wette[23]) et Winer[24]); denique quodammodo huc referendus est Gesenius[25]).

S. 162: *Ursprünglich stammt diese [viereckte] Form [der ältesten Götterbilder] offenbar aus dem Orient, wo man schon im hohen Alterthum nicht nur überhaupt Steine anbetete und sich ihrer als Amulette bediente (daher Bätylien von* בֵּית־אֵל, *bei den Griechen λίθοι ἔμψυχοι), sondern namentlich viereckte steinerne Götterbilder hatte.* —

21) Symbolik u. Myth. 2. A. 1819. 1. Thl. S. 176: *Den Ursprung des Worts [Bätylien] hat man aus der Syr. und Phöniz. Sprache* בית־אל *abgeleitet. Verschieden ist davon die Erklärung der Griechen (Anm. 304. von βαίτη)* —

22) Tom. V. à Paris 1729. p. 17. 18: *C'est à l'occasion de ce monument et des dispositions que Jacob exigea de ceux qui y travaillèrent* [Gen. 28, 18 sqq.] *que M. l'Abbé de Fontenu remarque . . . que l'onction de la pierre de Bethel donna sans doute lieu aux payens d'oindre les pierres et les statues de leurs Dieux; enfin que la pierre de Bethel fut la source de la consécration de ces pierres, qu'on nommoit Béthyles* etc.

23) Archäologie, 3. Aufl. §. 192: *Eine andre Art heiliger Steine, deren Namen βαιτύλια allerdings auf 1. Mos. XXVIII, 18; XXXV, 14 zurückzuweisen scheint, sind nicht sowohl symbolischer Art, als zu den natürlichen Fetischen zu zählen.* Sic et Donatus in annot. ad Scheuchzerum permistis quidem baetyliis et lapidibus unctis tamen originem v. *βαίτυλος* a Bethel tantummodo opinabilem aestimat; v. supra. Cf. et Delitzsch, Die Genesis, pag. 324.: *Der phönizische Name solcher Steine βαιτύλια (Sanchuniathon bei Euseb. praep I, 10.) scheint sogar unserer Erzählung entlehnt zu sein.*

24) qui eodem discrimine agnito vocabulum quoque *βαιτύλιον* a בֵּית־אֵל Gen. 28, 19 originem ducere in libri citati (Bibl. Realwörterbuch) tertia editione non eadem qua in priore affirmare-

Nihilominus quum recentiorum quoque non desint, qui in pristinam recurrant opinionem, eorum vero nullus mihi quidem sit notus, qui non solum, quantum differant baetyli a lapidibus unctis, sed etiam, quod item haud levissimi judicandum momenti, quantum obstet, quo minus vocabuli *βαίτυλος* a בֵּית־אֵל, sive Jacobi lapidem unctum seu solam spectes hujus verbi hebraici significationem originem repetas, satis planum fecerit scriptisque probaverit: non possumus non hanc rem recognoscere atque in novam vocare disceptationem. Videamus ergo quantum distent baetyli a lapidibus unctis paganorum nedum a lapide Jacobi.

Hoc discrimen haud difficile erit agnitu, simulac primum, quid sint baetyli, disquirendo cognoverimus, et ut caveamus, ne aliorum opiniones nostrum praeoccupent judicium, afferamus prius locos veterum primarios, qui de

---

conatur securitate, supposito, ut rei dubiae, signo interrogationis.

25) Qui tantummodo, quatenus vocabuli *βαίτυλος* originem a בֵּית־אֵל, quoad idem significet, non vero quoad Jacobi lapidem unctum spectet, repetendam putat, huc referendus est. Cf. Genesii monumenta phoenicia. Lips. 1837. lib. IV. c. III. B. p. 387: *Jam diu est, quod viderunt viri docti (Scal. ad Euseb. p. 198) Βαίτυλος esse* בֵּית־אֵל, *sed nugatorium est, quod huc referunt lapidem, qui Jacobi cervical erat in loco Bethel dicto, Genes. 28, 18. Imo* בֵּית־אֵל, *domus dei appellabatur hujusmodi lapis, quia deus in eo inesse credebatur, quam ipsam ob causam etiam Abaddir dictus est.* — Cf. et Knobel, die Genesis, pag. 215: *Die βαιτύλοι oder βαιτύλια — treffen zwar dem Namen nach mit* בֵּית־אֵל *zusammen etc.* Similiter Friedr. Münter in: Annalen der Physik v. Gilbert, 21. Bd. Halle 1805, S. 54: *Von diesen Vorstellungen geleitet [sc. Steine als Orakel] legte man allen diesen Steinen auch den Namen* בֵּית־אֵל, *Gotteshaus oder Gottes Wohnung bei, woraus die Griechen nachgehends das Wort βαιθυλια [? βαιτυλια!] bildeten.*

baetylis agant. Liceat hic prae aliis duos locos saepe laudatos citare integros ex Photii bibliothecae scripto: Δαμασκίου βίος Ἰσιδώρου; alterum (ibi ed. Rothom. p. 1048, ed. Bekkeri, I. p. 342. l. 26 sqq.): ὅτι κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν τῆς Συρίας εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ἀσκληπιάδην ἀνελθεῖν Φησί, καὶ ἰδεῖν πολλὰ τῶν λεγομένων βαιτυλίων ἢ βαιτύλων, περὶ ὧν μυρία τερατολογεῖ ἄξια γλώσσης ἀσεβούσης. λέγει δὲ καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν Ἰσίδωρον ταῦτα χρόνῳ ὕστερον θεάσασθαι — alterum (ibid. ed. Rothom. 1653. p. 1062 sq., ed. Bekk. P. I. p. 348. l. 28 sqq.): εἶδον, Φησί, τὸν βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον, ποτὲ δ' ἐν τοῖς ἱματίοις κρυπτόμενον, ἤδη δέ ποτε καὶ ἐν χερσὶ βασταζόμενον τοῦ θεραπεύοντος. ὄνομα δ' ἦν τῷ θεραπεύοντι τὸν βαίτυλον Εὐσέβιος, ὃς καὶ ἔλεγεν ἐπελθεῖν αὐτῷ ποτὲ ἀδόκητον ἐξαίΦνης προθυμίαν ἀποπλανηθῆναι τοῦ ἄστεος Ἐμέσης ἐν νυκτὶ μεσούσῃ σχεδὸν ὡς ποῤῥωτάτω πρὸς τὸ ὄρος αὐτό, ἐν ᾧ τῆς Ἀθηνᾶς ἵδρυται νεὼς ἀρχαιοπρεπής· ἀΦικέσθαι δὲ τὴν ταχίστην εἰς τὴν ὑπώρειαν τοῦ ὄρους, καὶ αὐτόθι καθίσαντα ἀναπαύεσθαι ὥςπερ ἐξ ὅδου· σΦαῖραν δὲ πυρὸς ὑψόθεν καταθοροῦσαν ἐξαίΦνης ἰδεῖν, καὶ λέοντα μέγαν τῇ σΦαίρᾳ παριστάμενον· τὸν μὲν δὴ παραχρῆμα ἀΦανῆ γενέσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ τὴν σΦαῖραν δραμεῖν ἤδη τοῦ πυρὸς ἀποσβεννυμένου, καὶ καταλαβεῖν αὐτὴν οὖσαν τὸν βαίτυλον, καὶ ἀναλαβεῖν αὐτόν, καὶ διερωτῆσαι ὅτου θεῶν ἂν εἴη, Φάναι δ' ἐκεῖνον εἶναι τοῦ γενναίου (τὸν δὲ γενναῖον Ἡλιουπολῖται τιμῶσιν ἐν Διὸς ἱδρυσάμενοι μορΦήν τινα λέοντος), ἀπαγαγεῖν τε οἴκαδε τῆς αὐτῆς νυκτὸς οὐκ ἐλάττω σταδίων δέκα καὶ διακοσίων, ὡς ἔΦη,

διηνυκώς. οὐκ ἦν δὲ κύριος ὁ Εὐσέβιος τῆς τοῦ βαιτύλου κινήσεως, ὥσπερ ἄλλοι ἄλλων· ἀλλ' ὁ μὲν ἐδεῖτο καὶ ηὔχετο, ὁ δὲ ὑπήκουε πρὸς τὰς χρησμῳδίας. ταῦτα ληρήσας καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὁ τῶν βαιτυλίων ὡς ἀληθῶς ἄξιος, τὸν λίθον διαγράφει καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ. σφαῖρα μὲν γάρ φησιν ἀκριβὴς ἐτύγχανεν ὤν, ὑπόλευκος δὲ τὸ χρῶμα, σπιθαμιαία δὲ τὴν διάμετρον κατὰ μέγεθος· ἀλλ' ἐνίοτε μείζων ἐγίνετο καὶ ἐλάττων, καὶ πορφυροειδὴς ἄλλοτε. καὶ γράμματα ἀνέδειξεν ἡμῖν ἐν τῷ λίθῳ γεγραμμένα, χρώματι τῷ καλουμένῳ τιγγαβαρίνῳ κατακεχρωσμένα, καὶ ἐν τοίχῳ δὲ ἐγκρούσας. δι' ὧν ἀπεδίδου τὸν ζητούμενον τῷ πυνθανομένῳ χρησμόν, καὶ φωνὴν ἠφίει λεπτοῦ συρίσματος, ἣν ἡρμήνευεν ὁ Εὐσέβιος. τερατολογήσας οὖν τὰ εἰρημένα ὁ κενόφρων οὗτος καὶ μυρία. ἄλλα παραλογώτερα περὶ τοῦ βαιτύλου, ἐπάγει „ἐγὼ μὲν ᾤμην θειότερον εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ βαιτύλου, ὁ δὲ Ἰσίδωρος δαιμόνιον μᾶλλον ἔλεγεν· εἶναι γάρ τινα δαίμονα τὸν κινοῦντα αὐτόν, οὔτε τῶν βλαβερῶν οὔτε τῶν ἄγαν προσύλων, οὐ μέντοι τῶν ἀνηγμένων εἰς τὸ ἄϋλον εἶδος οὐδὲ τῶν καθαρῶν παντάπασι". τῶν δὲ βαιτύλων ἄλλον ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνος δυσφημῶν λέγει, θεῷ, Κρόνῳ, Διί, Ἡλίῳ, τοῖς ἄλλοις.

Quid de his dicamus locis? Magnus **Bochartus**, qui eosdem ubi de quaestione nostra agit[26]), commemorare non omittit, quidquid de baetylis proferunt tamquam anilem rejicit superstitionem, quae ad ipsius opinionem refellendam nihil efficiat. Neque est, quin illum, qui tales fabulas

26) Geographia sacra, ed. quarta, procur. Petr. de Villemandy. Lugd. Batav. — Trajecti ad Rhenum 1707. pag. 707. linea 51 sqq.

narraverit, virum habeas superstitiosum; at hoc cogitandum, annon baetylorum cultus ipse sit superstitionis genus, ut omnino nihil de baetylis sciremus, nisi homines fuissent superstitiosi; atque qui scripta in vulgus edidit, eum vulgo etiam praestantiorem aestimare merito solemus. Hoc idem prius perscrutandum, quid fuerint baetyli secundum superstitionem tum temporis hominum, num eos a lapidibus unctis distinxerint, nec ne; posterius et, quid re vera sint, opinari, innuere, significare licebit. Quamquam nos ipsi non omnia, quae Damascius, scriptor ille ethnicus valde superstitiosus, ab ipso editore „ὁ κειόφρων“ cognominatus, de baetylis μυρία τερατολογεῖ, in rem nostram versuri, sed τὰ παραλογώτερα illius scriptoris ab iis, quae alii quoque scriptores referunt, quantum fieri potest, distincturi sumus. Itaque iisdem, quae in locis supra citatis maxime videntur nugatoria, omissis haec tantum baetylorum propria, e quibus, quantopere ab unctis lapidibus sint discernendi, jam satis elucet, volumus constituere. Primum discrimen est in loco, quo reperiebantur, nempe non in viis nec terminis, quum imprimis Terminis libaretur[27]), neque in templis aliisve locis sacris tanquam diis jam prius per homines dedicati, sed in montibus, regionibus incultis erant; quamvis enim in Syria et Phoenicia non deessent templa, in quibus ejusmodi lapides colerentur[28]), tamen loci supra citati illa omnino non innuunt, et cur certa regio κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν τῆς Συρίας et quidem ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου[29]) nominaretur, ubi multos baetylos viderit

27) Bellermann l. c.

28) v. Winer l. c.

29) In Stephani thes. Paris. 1832. s. v. *Βαίτυλος*, ubi omnia de h. v. alibi dicta optime conjuncta invenies, legitur etiam e Photii bibl. ed. Bekk. 348: *Margo codicis Veneti Bessarionei: περὶ τοιούτου δαιμονίου ἤκουσα κἀγὼ ἐν Ἑλλάδι παρὰ τῶν*

Asclepiades, si nihil interesset inter hos et unctos lapides, quorum infinita multitudo in omnibus fere orbis Romani terris extabat? Deinde baetylorum forma sphaerae similis (σφαῖρα), at lapides uncti multiformes; illi, si spectas magnitudinem, palmam longi (σπιθαμιαία τὴν διάμετρον), hi contra multo majores; si colorem, illi igneo, subcandido, purpureo vel saltem insolito (σφαῖρα πυρός, ὑπόλευκος etc.), hi aliis similes lapidibus. Praeterea, quantum equidem scio, non legimus, baetylos fuisse unctos[30]), quemadmodum etiam ii, quos attulimus, loci, illos lapides in monte inventos nominant baetylos nullius hominum operae ratione habita.

Quod ex illis locis e Photii bibliotheca relatis cognovimus inter baetylos et lapides unctos discrimen, duobus aliis jam recensendis confirmatur. In Plinii Secundi naturalis historiae lib. XXXVII. cap. 9[31]) legimus: „*Est inter candidas et quae ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens. Ipsa crystallina, splendoris caerulei, in Carmania nascens. Albam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concursantem.*

ἐγχωρίων ἐν τοῖς τοῦ Παρνασσοῦ μέρεσιν ἐμφαινομένου, περὶ οὗ καὶ ἕτερά τινα παραδοξότερα ἔλεγον σιωπῆς ἄξια μᾶλλον ἢ ἀφηγήσεως. Itaque hoc quoque loco *certa regio* et quidem *montana* nominatur, ut quae dixerimus etiam magis firmentur.

30) De baetylo lapide, quem Saturnus devorasse dicitur v. infra. — Si Bellermann l. c. p. 12. verba τῶν δὲ Βαιτύλων ἄλλον ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι θεῷ vertit: *dass jeder von diesen Batylien immer einer besondern Gottheit gesalbt werde*, hoc eàdem causâ factum est, qua verbum βαίτυλος directo „*Salbsteine*" interpretatur, nullo inter utrosque lapides posito discrimine. Bochartus (Geographia sacra, ed. Petro de Villemondy. Lugd. Bat. — Traj. ad Rhen. 1707. pag. 707 sq.), quamvis illi opinioni faveat, tamen, emendata versione alia inepta, ἀνακεῖσθαι rectius per „consecratum esse" reddit.

31) Ed. Sillig. Lips. 1836. Vol. V. p. 298 sq. 51.

Fieri et ceraunias, quas nitro et aceto per aliquot dies maceratas concipere stellam eam, quae post totidem menses relanguescat. Sotacus et alia duo genera fecit ceraunias, nigrae rubentisque, ac similes eas esse securibus; iis quae nigrae sunt et rotundae urbes expugnari et classes, easque betylos vocari; quae vero longae sunt ceraunias. Faciunt et aliam raram admodum et Parthorum Magis quaesitam, quoniam non aliubi inveniatur, quam in loco fulmine icto". Illic betylos a lapidibus unctis discerni per se constat et ab scriptore jam eo indicatur, quod ea libri pars, quae de baetylis agit, „*de gemmis*" inscribitur.

Sequatur jam locus, qui nobis reservatus est in Eusebii praep. ev. I, 10: Ἔτι δὲ φησὶν, ἐπενόησε Θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος.

Nonne, quod hic baetyli nominantur λίθοι ἔμψυχοι, optime convenit illi, quam supra in Damascii vita Isidori apud Photium reperimus, baetylorum descriptioni? Quod non fugit Bochartum, qui ad hujus loci vim repellendam, cum variantes non extent lectiones, hanc proponere conatur conjecturam. Loco illo verbis: „*Excogitavit Deus Uranus (i. e. coelum) Baetylia, cum fabricasset lapides animatos*" translato pergit: „*Itane vero? lapides animatos? O rem ridiculam, Cato, et jocosam! Scripserat credo, Sanchoniaton* אבנים נשפים *lapides unctos, a radice* שוף *in unguendi notione apud Syros usitata. Sed* ס *et* שׂ *transpositis pro* נשׂפים *scriptum* נפשׂים. *Unde factum, ut lapides uncti mutarentur in animatos. Quod tamen deinceps creditum diabolo forte illos movente et plebis credulitati suis praestigiis illudente*". Quam vero conjecturam a nonnullis[32]) probatam jam ipse, qui baetylos

32) Gerdesius in Miscell. Gron., ubi illam Bocharti

et lapides unctos permiscet, Bellermannus[33]) his rejicit rationibus[34]): 1) Bocharti unicam rationem verbis: „*O rem ridiculam et jocosam*" expressam apud criticos nihil valere, 2) lectionem difficiliorem faciliori (nedum conjecturae) praeferendam, 3) apud alios quoque scriptores de lapidibus tanquam vitae participibus legi, qua occasione Bellermannus locos de baetylis et unctis lapidibus promiscue recipit, et denique 4) ejusmodi notiones superstitiosas gentibus convenire incultis. Quibus rationibus has addimus nostras, quod verba ipsa ἐπενόησε et μηχανησάμενος multo magis ad lapides animatos quam unctos aptata esse videantur, etiam orationis nexus, quae tum eo loco eximium opus divinum innuat, tum de στηλαις, quales lapides uncti erant, multo prius

---

conjecturam nominat pereruditam observationem, ac si Byblius illum Sanchuniathonis, scriptoris Phoenicii, locum legens כמשים male transtulerit.

33) Cui assentit de Wette l. c. in annot. d. §. 192; etiam Faber, Archäol. S. 16. ibidem laudatus.

34) Bellermanni verba l. c. p. 11. haec sunt: 1) *Bocharts einsiger angeführter Grund, da er sagt: O rem ridiculam et jocosam! beweist in der Kritik nichts, weil man sonst noch viele, ebenso seltsame Vorstellungen, die sich in den Köpfen der Menschen befinden, wegkritisiren müsste. Der Philosoph unterscheidet absolute und hypothetische Wahrheit.* 1) *Bei den Interpolationeu bemerken die Kritiker, dass man wohl leichtere Lesenarten aus härteren entstehen sehe, nicht aber umgekehrt. Beseelter Stein ist ungleich härter als gesalbter Stein.* 3) *Viele andere Stellen der Alten aus dem Damascius, Theophrast, Lucian, Chrysostomus, Arnobius etc., die ich nachher anführe, schreiben dieser sonderbaren Vorstellung zu Folge, den Steinen Leben und Sinn zu, wo man es doch meines Wissens nie versucht hat, die Aechtheit der vorhandenen Worte aus dem Grunde der absoluten Abgeschmacktheit wegzuexegesiren.* 4) *Endlich passt diese ganze, obgleich falsche Vorstellung, sehr gut in den Ideengang roher Menschen. Davon nachher Findet man doch selbst in der heiligen Schrift die Ausdrücke* λιθος ζων *etc. obgleich in einem andern Sinn.* 1. *Petr.* 2. 5.

plane alio agat loco, minime faveat illi conjecturae, praeterea lapides unguere non tam deorum quam hominum fuerit et verbum ἔμψυχος, quod quidem Bellermannus ad unctos quoque lapides nec penitus immerito aptatum judicat, tamen quam maxime baetylorum, ut supra descripti sint, congruat proprietati ac naturae, unde et Bochartus magnum illud discrimen et verbi ἔμψυχος vim acutius intelligens hoc removere et, non respectis quas allegavimus difficultatibus multo majoribus inde oriundis, animatos in unctos vertere illâ conatur conjecturâ, quam nonnisi ea mente, quo melius baetylorum originem a Bethele Jacobi possit deducere, protulit et cui redarguendae jam haec sufficere videtur animadversio, quantopere sit improbandum, quod omnes illas de baetylis fabellas nedum alias eorum proprietatum descriptiones e solo fere verbo ἔμψυχος et quidem falsa interpretis versione ortas existimes. Quam dissimiles sint baetyli et lapis Jacobi unctus, etiam diu bene expositum est a Falconneto in Memoires de litterature, Tome sixième, à Paris 1729. p. 522. His praemissis et quodammodo concessis: „*J'avouë, que ce mot* (Bethel), *qui signifie Maison de Dieu, convient parfaitement à l'idée, qu'on avoit des Baetyles: mais cette dénomination même nous fournit un nouveau titre contre la correction de Bochart, que j'ay combattuë puisque rien n'est plus conséquent, que de donner l'épithète d'animée à une Pierre, qui sert de domicile à une Divinité*", aliisque, quae ad nominis Baetyle originem spectant interjectis, ita pergitur: „*mais quand la correction de Bochart ne seroit pas vicieuse et que j'admettrais l'étymologie, quelle conformité d'ailleurs pourrait on trouver entre les Baetyles et la Pierre du Patriarche? elle me parait à peu près la même que celle que certains Auteurs ont ima-*

ginée entre la chaîne d'or décrite par Homère et l'échelle que Jacob vit en songe. La Pierre de Jacob devoit estre d'une grosseur assez considérable et d'une figure à peu près quarrée; puisqu'il la dressa en forme de colonne: elle estait par conséquent immobile, et ne pouvoit avoir d'autre usage que celui d'un autel. Les Baetyles au contraire estaient d'une grosseur très médiocre; leur figure estoit ronde, et ils estaient portatifs; de plus ils avaient des canelures gravées sur leur surface, et selon l'opinion commune ils descendoient du ciel: circonstances qu'il ne faut point perdre de vûë et par où les Baetyles sont caractérisez de manière à n'avoir rien de commun, non seulement avec la Pierre de Jacob, mais encore avec toutes les autres Pierres, qui servoient au culte de Payens". Quae si quis reputaverit, mirabitur, quod tam diu tamque saepe usque ad tempora recentissima mixtae sint res diversissimae. Attamen recentiorum quoque de Wette, Winer, Gesenius certissimam expromunt sententiam adversariam discrimen illud agnoscentes.

Neque obstat huic discrimini baetylus ille, quem pro Jove devoravit et evomuit Saturnus, de quo lapide legimus in Pausaniae descriptione Graeciae libro X. cap. XXIV., ubi de templo, quod Delphis erat, sermo est: „ἐπαναβάντι δὲ ἀπὸ τοῦ μνήματος (sc. τάφου Neoptolemi, Achillis filii) λίθος ἐστὶν οὐ μέγας· τούτου καὶ ἔλαιον ὁσημέραι καταχέουσι καὶ κατὰ ἑορτὴν ἑκάστην ἔρια ἐπιτιθέασι τὰ ἀργά· ἔστι δὲ καὶ δόξα ἐς αὐτὸν δοθῆναι Κρόνῳ τὸν λίθον ἀντὶ [τοῦ] παιδὸς, καὶ ὡς αὖθις ἤμεσεν αὐτὸν ὁ Κρόνος". Nam ut pertineat, quod

non omni dubitatione caret[35]), ad baetylorum genus, de quibus quaestio nostra agit, tamen idem ipse, quamvis ungueretur, ab aliis lapidibus unctis nedum a lapide Jacobi multum differt, tum magnitudine (λίθος οὐ μέγας; cum respexeris, hunc lapidem pelle (βαίτῃ)[36]) obvolutum infantis a partu recentis habuisse pondus, baetyli alius, cujus diametrus palmam aequabat, magnitudinem non superasse videtur), tum, quantum jam ex re ipsa conjectare licet, formâ sc. globosa[37]). Si quid licet opinari, quemadmodum in universa rerum natura reperimus media quaedam, quibus quae per se sunt opposita inter se conciliantur: ita et in superstitionis regione lapis ille a Saturno devoratus et evomitus sive κατ' ἐξοχήν sive proprio nomine βαίτυλος dictus medium quid inter baetylos et unctos lapides fuisse videtur, ut qui magnitudine et forma baetylis, unctione unctis lapidibus aliis similis fuerit, quam ob causam utrique eo facilius potuerunt permutari.

Quae cum ita sint, non possum non iis assentiri, qui

---

35) de Wette l. c. post illum locum Plin. 37, 9. (v. supra p. 14) citatum pergit: *Sonderbare Vermischung mit einem Mythus. Hesych. v. βαίτυλος: οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ ἀντὶ Διός. Priscian. lib. V: Abadir Deus est — quem Graeci βαίτυλον vocant.*

36) Quod certe non idem est, quam quod de baetylo in Photii bibl. l. c. narratur: *εἶδον τον βαίτυλον — ποτὲ δ'ἐν τοῖς ἱματίοις κρυπτόμενον.* —

37) Bochartus, qui, licet baetylos a lapidibus unctis diversos esse neget, tamen baetylorum propria e veterum scriptis bene allegat, vocabulum Abdir, Abadir, Abaddir (אב אדיר) s. pater magnificus, quo ille lapis etiam cognominabatur, cujus nomimis Punicos deos memoret Augustinus epist. 44, cum pro lapide sumatur, corruptum ex Phoenicia אבןדיר eben dir vel abandir, lapis sphaericus, qualis baetyli forma fuerit, ingeniose putat; quamquam hac nobis non opus est conjectura.

ut de Wette[38]), Winer[39]) aliique baetylos ad genus earum pertinere sentiunt rerum, quae nominantur „Fetische" qualiumque natura magnum praebuit numerum, et si, quid re vera fuerint, interrogaveris, haud mihi displicet eorum sententia, qui baetylos lapidibus, qui coelo deciderunt (Meteorsteine s. aërolithis) adnumerant[40]), modo caveas,

---

38) l. c. §. 192. „*Die — βαιτύλια — nicht sowohl symbolischer Art, als zu den natürlichen Fetischen zu rechnen*"; *ad d. annotat.*: „*Salagrama-Steine der Hindus, Sinnbilder Wischnus*".

39) l. c. s. v. *Steine: Verschieden [von den Salbsteinen, λίθοις λιπαροῖς] sind die βαιτύλια* (*von* בֵּית־אֵל *Gen. 28, 18?*), *eine Art Fetische, die man für Bilder der Gottheit selbst hielt* etc. Cf. et Kaiser, v. Bohlen, Ersch und Gruber ll. cc.

40) Cf. supra p. 11 sqq. baetyli descriptionem in Photii bibl. et quod in Plinii Sec. loco l., ubi de gemmis cerauniis, quarum genus quoddam sunt baetyli, sermo est, adjungitur: *Faciunt et aliam raram admodum et Parthorum Magis quaesitam, quoniam non alibi inveniatur, quam in loco fulmine icto.* — V. Augustinum Calmet, l. c., ubi multa ac memorabilia de lapidibus, qui de coelo deciderunt, invenies. — Fried. Münter in: Annalen der Physik von Gilbert, 21. Bd. Halle 1805, Abschnitt IV. *Vergleichung der Bätylien der Alten mit den Steinen, welche in neuern Zeiten vom Himmel gefallen sind.* — Creuzers Symb. 1. Thl. 2. A. p. 176: *Weit verbreitet war der Glaube, dass die Gottheit selbst ihr Bild vom Himmel auf die Erde herabgesendet habe* (*διιπετὲς ἄγαλμα*). *Hierher gehören die Bätylien* etc. De imagine Dianae de coelo delapsa v. Actor. 19, 35. et Plin. hist. nat. 16, 40. Huc etiam referas locum in Eusebii ev. praep. 1, 10. ed. Gaisdorf T. 1. Oxon. 1818. p. 85: *Ἡ δὲ Ἀστάρτη — περινοστοῦσα — τὴν οἰκουμένην εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε.* Num forsitan hoc iis respondet, quae in Plin. Sec. l. l. de cerauniis legimus his verbis: „*fulgorem siderum rapiens, habere intus stellam concursantem*" etc.? — Gesenius in monum. Phoen. p. 387., ubi de baetylis agit: *Quod ad rem ipsam attinet nihil dubito, quin aerolithi intelligendi sint iique tales, qui integri, non disrupti, in terram descenderant, quibusque numen quoddam inesse credebant,*

ne omnes hujus generis lapides, quorum nonnulli eximia sunt magnitudine et gravitate[41]), in baetylorum habeas numero, ita ut ille quidem lapis, qui Cybeles, deorum matris, simulacrum putabatur, itemque lapis niger, a Gabriele angelo, ut dicitur, de coelo ad Kaabam aedificandam deportatus ibique adhuc sacer[42]) cum baetylis conferri possit, contra, quod Creuzerus[43]) innuit, fa-

---

ut in lapide illo Pessinuntio, in quo matrem deorum latere arbitrabantur.

41) V. Herodiani histor. lib. 5. cap. 6: *ἄγαλμα μὲν οὖν, ὥσπερ παρ' Ἕλλησιν ἢ Ῥωμαίοις οὐδὲν ἕστηκε χειροποίητον θεοῦ φέρον εἰκόνα· λίθος δέ τίς ἐστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερής, λήγων εἰς ὀξύτητα· κωνοειδὲς αὐτῷ σχῆμα μέλαινά τε ἡ χροιά· διοπετῆ τε αὐτὸν εἶναι σεμνολογοῦσιν, ἐξοχάς τέ τινας βραχείας καὶ τύπους δεικνύουσιν, εἰκόνα τε Ἡλίου ἀνέργαστον εἶναι θέλουσιν, οὕτω βλέποντες.*

42) Hic lapis (v. Burkhard, Reise in Arabien S. 200) tum magnitudine, tum forma, tum colore (prius candido, posterius nigro), tum origine (de coelo), tum venerationis modo (de eo unguendo nihil legisse memini) baetylis maxime convenit. Praeterea, ac si anima et mente praeditus sit vel fuerit, ut ille, de quo in Photii bibl. l. c. refertur, *βαίτυλος*, de illo quoque lapide mirabilia narrantur (v. Niebuhr, Beschreibung von Arabien, Kopenh. 1772. S. [*Der schwarze Stein] soll so sehr über die Sünden der Menschen geweint haben, dass er sein Licht nach und nach verloren hat und endlich ganz schwarz geworden ist*). Num fortasse et hoc quod ejus superficies non omnino laevis sed undulata est, respondet illi quam in Photii bibl. l. c. reperimus descriptioni: *γράμματα ἀνέδειξεν ἡμῖν ἐν τῷ λίθῳ* (sc. *βαιτύλῳ*) *γεγραμμένα*, qua re similitudo etiam major fieret?

43) l. c. 1. Thl. Leipz. 1837. S. 272. Neque iis assentire possum, qui locum Jesaj 57, 6. בְּחַלְּקֵי־נַחַל חֶלְקֵךְ ad quaestionem nostram de baetylis referunt; quamvis enim, si חַלְּקֵי־נַחַל lapides vallis intelligendos esse putas, hi baetylorum magnitudinem non superent, tamen nec locus, quum baetyli non in vallibus, sed in montibus reperirentur, huic opinioni favet, nec laevitas ipsa proprium quid baetylorum erat. De variis illius loci explicationibus v. Gesenii thesaurum s. v. חָלָק et Umbreit, practischer Commentar über den

bella de Mithrae filio Diorpho ex petra procreato, et de Agdo, lapide in Phrygia ingenti, ex quo Jupiter Agdestim progenuerit, ad baetylos minime referenda videatur.

Quae omnia de baetylis e veterum scriptis ipsis exposita si cogitaveris, quantopere baetyli cum lapidibus unctis nedum cum lapide Jacobi non sint permutandi, haud aegre concedes. Attamen, quum illa permutatio tam divulgata e vocabulorum *βαίτυλος* et בֵּית־אֵל similitudine tanquam causâ primariâ saltem inde a Bocharti temporibus sit deducenda, ut cessante causa cesset effectus et ne quid dubium relinquatur, jam hoc quoque, ne nomina quidem illa inter se cohaerere, probare conamur. Progrediamur igitur ad quaestionem

§. 3. De *βαίτυλος* nominis origine.

Quantos successus illa conjectura, secundum quam vocabulum *βαίτυλος* originem a בֵּית־אֵל trahat, apud viros doctos habuerit, jam supra multis notavimus, neque est, quod nimium mireris, quum non solum verbi בֵּית־אֵל et similitudine et significatione (domus dei), sed etiam frequenti qua cum Hebraeis Phoenicii conjuncti erant societate confirmari videatur; et quidem, ut vidimus, doctorum, quorum retulimus sententias, plurimi ad בֵּית־אֵל Jacobi patriarchae, perpauci tantummodo ad hujus vocis ipsius solam vim sonumque recurrunt. Nihilominus rem diligentius perscrutans illam opinionem magis magisque improbandam existimes. Ut omittam, quam non sit verisimile, baetylorum nomen a Bethele Jacobi (etiamsi lapis ab eo

---

Jesaja ad h. l. Anm. גָּבִישׁ (Hiob 28, 18) gemmis a Plinio Sec. l. c. descriptis haud parum convenit; attamen baetylorum color niger nominatur; contra אֶלְגָּבִישׁ (Ez. 13, 11. 13. 38, 22.) secundum orationis nexum nihil nisi grandinem significat.

unctus sic dictus esset, de quo v. infra), quippe, ut causis puto idoneis supra probatum est, re dissimillima, deducendum esse, jam ipsum vocabulum בית illi conjecturae repugnat vel saltem non favet, sive בות sit vocis בֹית vocabulum primitivum, ut **Gesenius**, quemadmodum communi in usu est, in **thesauro** existimat, sive בָּנָה, quod idem in opere: „Hebr. u. Chald. Handw. Leipz. 1834“ probabilius habet, quamvis **Gesenius** ipse, quem et laudavimus supra (p. 12 animadv. [25]), et laudabimus mox infra, hujusmodi lapidem, quia deus in eo inesse crederetur, בֵּית־אֵל. (unde *βαίτυλος*) i. e. domum dei, appellatum esse contendat. Nam v. chald. בּוּת, si aestimas primitivum, et quae ei in sermone syr., sam., arab., aethiopico respondent vocabula, significant *pernoctavit, commoratus est, permansit, habitavit, incoluit, nidificavit,* ita ut בית **locus** sit, quo quis pernoctet etc., sive ille locus sit aedificium sive non sit — cf. Gesen. thesaur. s. h. v. בֵּית nr. 1–6 — adeoque ubi בַּ֫יְתָה, מִבַּיִת, מִבַּ֫יְתָה etc. inveniuntur, in omnibus locis nr. 7. laudatis locum s. spatium internum significatum intelliges. Lapis vero nullum continet spatium internum, quo quis commoretur ideoque, quod ipse gerat nomen בית alius rei, videtur alienissimum. Sic e. g. בֵּית אֲבָנִים.. nominatur **locus, ubi sunt lapides.** Hinc tanta locorum multitudo, quorum nomina vocabulo בית sunt composita (v. Gesen. ibid.). Neque animadversione [44]), in v. בֵּית־אֵל nomen loci cum nomine dei

---

44) v. **Ersch** und **Gruber**, l. c. 5. v. *Βαίτυλος*: *Man nannte sie (jene ältesten rohen Fetische) Bethels, weil man die Gottheit entweder als ihnen inwohnend oder doch als unsichtbar gegenwärtig an dem Orte dachte, wo das ursprünglich örtliche Bethel mit der Benennung des Gottes selbst zusammen fiel, wie Beth Dagon, Beth Gader und andere Namen beweisen.*

conjunctum reperiri, ut Beth Dagon aliaque nomina probent, difficultates explicantur, quum et eadem nomina modo allegata nostram sententiam confirment. Nam verbis בֵּית דָּגוֹן, ut hoc uno exemplo errores convincamus, tum quidem templum Dagonis, tum duae urbes (Jos. 15, 41. 19, 29.) appellantur; at Dagon ipse et ejus simulacrum solo verbo דָּגוֹן significantur, 1. Sam. 5, 2. 3. 4 7, ita quidem, ut v. s. דָּגוֹן semel ne verba בֵּית־דָּגוֹן modo dicta iterentur et sine ulla ambiguitate pro ejus templo (quamvis ne hic quidem tropus sit necessarius, cum possis explicare: „Dagonsschwelle“ i. e. limen ad Dagonem deum quodammodo pertinens), nullibi vero, quod nostrae rei summa est, בֵּית־דָּגוֹן pro דָּגוֹן positum invenias[45]), quemadmodum et huic soli verbo דָּגוֹן v. 7. אֱלֹהֵינוּ adjungitur. Neque, ut v. בית a בָּנָה trahat originem, res aliter se habet; nam ipsa hujus vocabuli primitivi notio *„aedificare“* illi, quae nobis improbatur, opinioni minime favet.

Non igitur concedemus, lapides quosdam *βαιτύλους* nominatos esse בֵּית־אֵל, dum uno quidem exemplo demonstratum sit, numinis divini simulacrum ipsum qualecumque, sive lapideum s. ligneum, sive unctum sive non unctum, esse templum s. domum s. aedificium s. habitaculum dei cognominatum, quippe quod, quum *superstitiosa* de intima deorum cum eorum simulacris conjunctione non solum quod ad baetylos, verum etiam quod ad lapides unctos spectat, tam divulgata esset sententia, merito exspectare liceret.

---

45) Ut alio utamur exemplo, dicere potes: St Martinus pro ejus templo, sed nunquam Sti Martini templum pro viro hujus nominis vel ejus statua (wohl: Ich habe St. Martin = den Martinsdom gesehen; nicht aber: Ich habe den Martinsdom gesehen = die Person oder Statue des Martin).

Huc accedit aliud atque etiam majoris momenti argumentum, quod nos movet, ut v. *βαίτυλος* a v. בֵּית־אֵל bene sejungamus. Etenim prius verbum apud antiquos scriptores ubique litterâ *τ* scriptum inveniens, at litterae hebraicae ת in voce בית graece non *τ*, sed *ϑ* respondet; idque annotatu eo dignius est, quum littera ת in בֵּית־אֵל adspirationem semper servet et in prolatione eo minus cum littera ט, quam Graeci per litteram *τ* reddunt, permutari potuerit, quam ob causam, quod saepenumero ab nonnullis viris doctis nostrae aetatis: bethyles, Bethels, Bäthylien pro betyles etc. et nonnunquam v. v. Bätel pro Bethel (בֵּית־אֵל) scribatur, non est approbandum, cum nulla alia ita scribendi causa cogitari possit, nisi ipsa illa opinio, ac si *βαίτυλος* a בֵּית־אֵל trahat originem[46]).

Sed fortasse quispiam dixerit, qui fiat, ut nomen litterae ipsius Graecae *βῆτα*, cujus originem nomen litterae Hebraicae בית, quod idem vocabulum in בֵּית־אֵל reperiatur, esse nullus neget, cum *τ* neque cum *ϑ* scribatur? Quod si opposueris, respondeat tibi Dietricus[47]), cui

46) In illo quoque loco Drusii (in Criticis sacris, not. maj. ad Gen. 28. citato), qui ipse hanc opinionem probat: „*Invenio et Bethulla pro Bethel. Ubi? inquies. In Josepho*" etc. non t, sed th scriptum invenimus.

47) Quae mihi dilectissimus (professor Marpurgensis) de hac re per litteras tradidit haec sunt: *Als die Griechen die semitische Schrift für ihre Laute und für ihre Zahlen aufnahmen, mussten sie theis zu viel, theils zu wenig für ihre eignen Lautverhältnisse finden. Zu viel, weil sie nicht alle Gutturalen brauchten, zu wenig, weil sie keine Zeichen fur ihre Aspiraten vorfanden. Wenn nun auch sogleich im Anfang die Gutturalen zur Bezeichnung der Vocale verwendet wurden, so ist es doch nach allgemeiner Annahme (Hupfeld, Gramm. Heft 1. S. 88.) eine spätere Zeit gewesen, in der man besondere Buchstaben für die Aspiraten festsetzte. Dabei brauchten nur zwei Φ und X neu erfunden zu werden, für th war es unverfänglich, ein schon vorhandenes und*

illius argumenti expositionem debeo, antiquissimam, minus accuratam designationem in litterarum nominibus

---

als Zahl in seiner Reihe belassenes Zeichen, eben das hebr. ט, zu gebrauchen, welches man bei der ersten Annahme des Alphabets für die Laute ganz übergangen hatte, da es keinen härtesten T laut gab. In der ersten Zeit muss also Tav sowohl τ als θ (θητα) bezeichnet haben, als noch Πι sowohl π als φ bezeichnete. Aus dieser ersten Zeit stammen die Schreibungen βητα, δελτα, ζητα, ητα, ταυ statt βηθα, δελθα, ζηθα, ηθα, θαυ wie der hebräische Laut gefordert hätte.

Diese alte unvollkommene und ungenaue Bezeichnung im Alphabet selbst, ist aber ohne Einfluss gewesen für die Auffassung semitischer Worte mit dem feinen griechischen Ohr und ihren Ausdruck durch griechische Schrift in der historischen Zeit.

Nicht nur im N. T. finden wir stets Βηθ, und nie Βητ in Βηθαβαρα, Βηθανια, Βηθεσδα, Βηθλεεμ, Βαθσαιδα, Βηθφαγη vgl. Ταλιθα κουμι, auch bei den LXX, welche herrschend mit Diphthong Βαιθ, selten Βηθ aussprachen, doch kein τ; es heisst Βαιθηλ Gen. 35, 2. Jos. 7, 2. 15, 30. 18, 13 etc. Βαιθαβαρα Jos. 18, 25; Βαιθαραβα Jos. 18, 18; Βαιθαραν בֵּית הָרָם *Num. 32, 36; Βαιθλεεμ Jos. 15, 60; Βαιθηρα Jud. 7, 24; Βαιθσαμυς Jos. 21, 16; Βηθσεεδ Jud. 7. 22; Βηθσουρ* בית צור *Jos. 15, 58; Βαιθχορ 1. Sam. 7, 11; Βαιθφογωρ Jos. 13, 20; Βαιθων* בֵּית אָוֶן *Jos. 18, 12; Βαιθωρων Jos. 18, 13. — In Βαιτθασεινωθ, wo ν ungenau statt μ ist, für* בֵּית הַיְשִׁימוֹת *Jos. 13, 20 ist das auf* ת *folgende* ה *ihm assimilirt und griechisch τθ statt θθ geschrieben worden nach Analogie von κχ und πφ. Wie ungenau auch sonst der zweite Theil solcher Namen ausfällt z. B. Βαιθαχου Jos. 15, 34. für* בֵּית תַּפּוּחַ*, dennoch hält sich regelmässig das θ für* ת *in* בֵּית*.*

Dass nun aber die geborenen Griechen selbst nicht etwa anders gehört und das Gehörte bezeichnet haben, dafür sprechen die aus den semitischen Sprachen ins Griechische aufgenommenen Worte, so wie die Schreibung semitischer Eigennamen bei griechischen Classikern. Hier ist durchaus das Herrschende, was durch einzelne Ausnahmen seine Kraft nicht verlieren kann, dass hebr. ח *durch griech. θ, u. hebr.* ט *durch griech. τ wiedergegeben wird, was auch Gesen. mon. phoen. p. 433 ausspricht, als die Regel; die von ihm gesammelten Glossen gewähren nur weniges Abweichende, was nachlässig geschrieben ist. Auch Ewald spricht in s. Ausführlichen Lehr-*

a ratione, qua tempore posteriore verba semitica a Graecis auditu et oratione subtilissimis percepta et litteris consignata sint, bene esse discernendam, ut illa ad hanc tantopere nihil valuerit, ut quoties בית alio componatur verbo, toties non Βητ sed Βηϑ non solum in N. T., verum etiam apud LXX (de v. Βαιτϑασεινωϑ v. annot. hic infra) scriptum etiamque in aliis nominibus propriis

---

buch d. hebr. Spr. 5te. Ausgabe Leipzig 1844. S. 54. *die Regel aus, wie sie vorliegt in* אֶחְבַּעַל חֻפַּסַח חֻבָּה, *dem ein* Θιβη, Θαψακος, Ἰθοβαλος *entspricht, sowie in* שָׂטָן = σατανᾶς *u. s. w.* *Ewald hat in der genannten Stelle* S. 54. *not.* 4. *ein paar Worte angeführt, aus denen hervorgehen soll, dass die älteste im Alphabet der Griechen herrschende unvollkommene Bezeichnung auch des* ח *durch* τ *einst auch bei der Aufnahme semitischer Wörter angewendet worden sei. Allein einige jener Wörter sind nicht entlehnte, wie* ταῦρος *Stier* = *chald.* תור (*hebr.* שׁור); *sollte hier Urverwandtschaft statt finden, so kann man auch einige Lautverschiedenheit in der sonstigen Aehnlichkeit annehmen; das semitische Wort* חור *hörte sich den Griechen wie* θωρ *an, Plutarch sagt (Sylla c. 17.)* Θὼρ οἱ Φοίνικες τὴν βοῦν καλοῦσι. *Ferner führt Ewald* νίτρον = *hebr.* נֶתֶר *an, das Natrum ist aber ein Handelsartikel; wie die Laute in solchen durch die immer wechselnden Kaufleute entstellt wurden, zeigt* לט = λάδανον, λῆδον *und* קִדָּה = κασία. *Seine dritte Ausnahme* σάββατον = שַׁבָּת *zeigt nur, so wie auch noch einige andere sehr gangbare Wörter* Βααλτίς, Ἀσταρτη *die er nicht angeführt hat, dass die Griechen in den Endungen nicht nur mit den Vocalen, sondern auch mit den Consonanten der letzten Sylbe sich Gräcisirung erlaubten;* σαββατον *hat sich gebildet nach dem Klange von* κράββ—ατος, πρόβ—ατον, δον—ατόν, ἐπιβα—τόν *und ähnl. Dass in nicht gräcisirten semitischen Worten auch die Feminalendung* ת ַ, *durch* — αθ *ausgedrückt wurde, zeigt z. B.* Θαμκαθ *und andre der von Gesenius gesammelten phönizischen Glossen. Diese mit völliger Klarheit und Gewissheit als Regel aufzufassende Erscheinung darf man sich daher am wenigsten innerhalb der Wurzel wieder trüb und schwankend werden lassen, wenn man auch auf einzelne wirkliche Ausnahmen stösst, in denen leicht erklärliche Lautverderbnisse auftauchen.*

linguae Semiticae scribendis nec non in verbis a Graecis e Semitica in suam receptis linguam littera ת per ϑ et ט per τ reddita reperiatur et quae in paucissimis aliis verbis alia occurrant, cum causae ejusmodi exceptionum idoneae succurrant, hanc regulam a doctissimis agnitam tollere et ad sententiam nostram retractandam nos commovere omnino non possint.

Quod si rationibus atque argumentis puto haud contemnendis, v. βαίτυλος cum v. בֵּית־אֵל non cohaerere, probatum est, omnia quoque, quae illa opinione improbanda nitantur, evertantur necesse est, ut jam eam ob causam e locis Gen. 28, 18 sq. 35, 14 sq., baetylorum cultum ad Jacobum patriarcham referendum esse, concludere minime liceat.

Etiamsi nos hac utriusque argumenti expositione officio nostro, quantum ad illam quaestionem spectat, satis fecisse aestimaveris, tamen non ab re esse concedes, postquam nobis persuasum est, v. βαίτυλος a בֵּית־אֵל originem **non** trahere, jam quaerere, **unde** trahat, quum hoc cognito etiam melius, tum, quam sententia nostra omnes habeat numeros veritatis, tum, quid fuerint baetyli, simus intellecturi. Itaque interrogamus

unde βαίτυλος nomen gerat?

Quantas difficultates haec quaestio viris doctis paraverit, jam satis ex eo elucet, quod infelix illa conjectura tantopere accepta ad hanc usque diem habeatur [48]). Adeo qui etymologica magna ediderunt hac in causa inopes esse consilii videntur [49]). Sic **Gaisfordus**, etym. magn.

---

48) **Ersch** und **Gruber**, allg. Encyclop. l. c.: *Glücklicher Weise finden sich Andeutungen, die uns über das Wesen und die Bedeutung der Steine, die man Bätylien nannte, nicht im Dunkeln lassen. Als Jacob* etc.

49) **Sturzii Orionis Thebani** etymologicon, Lips.

Oxon. 1848, 192 et 193: Βαίτυλος: λίθος γινόμενος κατὰ τὸν Λίβανον τὸ ὄρος τῆς Ἡλιουπώλεως. Βαίτυλος δὲ ἐκλήθη καὶ ὁ λίθος, ὃν ἀντὶ Διὸς ὁ Κρόνος κατέπιεν. Εἴρηται δέ, ὅτι ἡ Ῥέα βαίτῃ αἰγὸς σπαργανώσασα τῷ Κρόνῳ δέδωκε· βαίτη δὲ σημαίνει τὴν διφθέραν. Καὶ παρὰ τὸ βαίτη βαίτηλος. Annotationes quoque subjectae nihil continent novi, sed tantum de lectione Ἡλιουπόλεως pro Ἰλίου πόλεως loquuntur citantque locos nobis jam notos. In Stephani thesauro Graecae linguae, Londini 1816—1818, vocabula βαίτη, βαιτύλια et βαίτυλος in lexicon vocum peregrinarum recepta sunt, et in editione ab Hasio et Dindorfio curata, Parisiis 1833, s. v. Βαίτυλος praeter alia nobis nota et Bocharti locum, qui in ejus Chanaan etc. invenitur, illum notissimum saepissimeque laudatum, integrum excerpere optimum judicatum est. Itaque quaeritur, num vocabuli βαίτυλος, ut Graecorum Grammatici putant, voc. primitivum sit βαίτη, ita ut ille lapis a Saturno devoratus a βαίτῃ, quum fuerit pelle obvolutus, primum sit βαίτηλος (quod voc. vero tantum conjectatum nullibi inter vocabula reperitur) sive βαίτυλος dictus, abs quo postea alii ejusmodi lapides idem nomen acceperint. Sed quamvis

---

1820. 5. lit. B. nihil nobis de hac re praebet; etiam in Sylburgii etym. magno Lips. 1816 ne vocabulum quidem βαίτυλος nec simile quid sub βετ vel βεθ reperitur; v. βήθυλος ibi vocabulo hebraico בֵּית־אֵל prolatione quidem, cum et θ respondeat lit. ח, simillimum, se significatione (εἶδος ὀρνέου δήθυλος ἦν· τρέπει γὰρ τὸ δ εἰς β) dissimillimum, et vocabulum βαίτυλος altera mutatione litterae θ cum τ — quae mutatio aspiratae cum tenui in vocabulis graecae originis per se non esset difficilis — e. v. βηθύλος oriundum et ex similitudine quadam baetyli (διὰ τοῦ ἀέρος κινουμένου, v. supra p. 11. locum e Damascii vita Isidori in Photii bibl.) et avis sic nominatum esse ne conjectare quidem audeas.

βαίτυλος a βαίτη facilius quam a בֵּית־אֵל ducat originem, ut cum Bocharti verbis: „*Ad has ineptias coguntur descendere Graecorum Grammatici, quum meliora non succurrant*“, quum quae ex ejus sententia succurrant (βαίτυλος a בֵּית־אֵל), ut supra vidimus, non sint meliora, consentire nequeamus: nihilominus illam originem, quum non solum ipsa alienum quid prae se ferat, verum etiam non satis probabile sit, illum Jovis baetylum omnibus aliis, quos neque unguere nec pellibus obvolvere solitum fuerit, nomen dedisse, veram existimare non possumus.

Nec, si lapis ille aliique ejusmodi a Baetylo[50]), Coeli et Terrae filio, essent denominati, omnino ad id quod volumus perveniremus. Nam quantumvis baetylorum naturae, ut quos per aërem inter coelum et terram volitantes utriusque affines, coelesti et terrestri elemento compositos, de coelo decidisse et animatos esse putaret tum temporis superstitio, responderet, si a filio Coeli et Terrae nomen traherent ipsique quodammodo filii utriusque nominarentur, tamen nominis ipsius vis nobis maneret incognita; etenim quod Memoires de litt.[51]) contendunt,

50) qui frater Ili = Saturni fuit, cf. Euseb. praep. ev. I, 10. p. 80: *Παραλαβὼν δὲ ὁ Οὐρανὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν, ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν Γῆν καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς παῖδας τέσσαρας, Ἦλον, τὸν καὶ Κρόνον, καὶ Βαίτυλον καὶ Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων, καὶ Ἄτλαντα.* (*Qui ab Eusebio, praep. ev.* I. *p.* 36. *C. ed Colon memoratur filius Urani Βετύλος per αι scribendum esse non potest dubitari. L. Dindorf* in *Stephani* thes. Par. 1833 *s. v. βαίτυλος*).

51) Tome sixième, à Paris 1729: *Ceux qui sont assez difficiles pour contester que le Béthel de Jacob ait pu estre connu à Sanchoniathon — auront recours au Prince Bétul, nom de même signification que Bethel, et diront que Coelus son père, ainsi que j'ay déja observé, a nommé ces Pierres Baetyles en l'honneur de son Fils.*

illius filii nomen Betylum idem quod בֵּית־אֵל significare, equidem quomodo probetur nescio atque id probatum esse valde dubito, quum, si hoc esset praestitum, jam diu omnes de v. βαίτυλος origine dubitationes sublatae atque controversiae compositae essent. Quam dubitationem nostram conjectura ibidem paululum post proposita, an non Baetylus et Abbadir, *d* in *t* et *r* in *l* mutatis, idem sit nomen, summopere confirmat. Neque haec placet conjectura, quum, ut alia omnia admittantur, syllaba tamen prima in vocabulo Abbadir non tam levi aestimanda sit momento, quae nihil respecta abjiciatur.

Denique ut nihil inexpertum omittamus, v. βέτης (v. Steph. thes.), quod Hesychio est τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ, *Adyta*, similes, ut βαίτη gignit difficultates; et vox βαΐ *anima* (v. Steph. thes. Par. 1833. Vol. II. p. 39.) optime quidem baetylorum naturae ut lapidum anima praeditorum congruit, sed (sub τυ) nihil reperies, unde altera v. βαίτυλος pars possit deduci.

Eo magis acceptam habeo Dietrici sententiam, qui, quod rem difficilem reddit facillimam, vocis βαίτυλος originem בְּטֵל esse judicat. Verba ejus haec sunt: *Nur durch grossen Irrthum hat man βαιτύλια von* בֵּית־אֵל = *βαιθηλ abgeleitet. Jenes βαιτύλιον kann nur von* בטל *stammen, welches in der Grundform cessare bedeutet, im Paël chald. verhindern (z. B. den Feind, Targ. Psalm. 8, 3), unwirksam machen (Gelübde, Targ. Num. 5, 31), ganz was Amulete zu bedeuten haben; die Form* בֵּיטַל *gleicht völlig der Form* הֵיכָל *syr. haicalo, oder wegen βαίτυλοι* בֵּיטֵל *nach* הֵילֵל[52]). Quod non solum etymologiâ rectissimâ et verissimâ (quum, ut regula

52) De mutatione vocalis e in υ cf. supra p. 28. annot. Βαιθσαμυς = בֵּית שֶׁמֶשׁ (Μιλιττα etc.).

postulat, etiam litt. τ in *βαίτυλος* respondeat litterae ט in בטל) et significatione vocis בטל aptissima, verum etiam ejus origine semitica sc. chaldaica, quum in istis regionibus ad Libanon montem illi lapides praecipue invenirentur, optime commendatur.

Si vero, quod multis et idoneis puto causis commotus jam ratum habueris, lapis ab Jacobo unctus ne minima quidem societate contingitur a baetylis, horum quoque usus superstitiosus ad patriarcham, quantum ex illa ejus actione religiosa colligere licet, minime est referendus.

At nonne hoc ipsum, quod lapidem unxerit, genus fuit superstitionis, quum idem etiam apud paganos fuerit solitum? Hac interrogatione jubemur ad alteram progredi quaestionem scilicet

§. 4. De lapidibus unctis Graecorum et an patriarcha lapidem erectum ungens fecerit aliquid superstitiosi.

Historia gentium docet, non solum deorum simulacra arte efficta [53]), verum etiam, quod jam de baetylis supra dicta demonstrant, rudes lapides aliaque qualia progenuerit natura, divino esse habita cultu, nec solum ab hominibus rudibus ipsis sed etiam cultis ac doctis, quod utrumque multis constat locis. Ut de illis simulacris prius loquamur, jam hoc est memoratu dignum, olim statuarum artifices *θεοποιούς* nominatos esse, quemadmodum etiam ejusmodi statuae cum nomina deorum ferebant, tum tanquam dii ipsi et habebantur et colebantur, quum dedicationibus et

53) Kaiser l. c.: *Die Einbildungskraft vergegenwärtigte das lebende Wesen im vollendeten Bildniss. So fallen die Ceylanesen nicht eher vor ihren Statuen nieder, als bis sie vollständig ausgearbeitet und besonders die Augen eingesetzt sind.*

consecrationibus institutis numina divina incantando [54]), ut putabant, in eorum simulacra deducere atque inducere, haec ut viventium praedita virtutibus in convivia adhibere, sacrificiis et precationibus colere, abluere, unguere unguentis [55]), vestire et coronare, in angustiis, ne evaderent, vinculis adstringere, in expugnandis urbibus numina eorum evocare [56]), si precibus suis surdos sensissent deos vel insigni calamitate essent afflicti, lapidare, abjicere vel flagellare omnive contumelia contaminare, omnino, ac si viverent, tractare solerent, qualia etiam nunc apud nostri temporis paganos inveniuntur et similia apud Hispanos et Italos in Sanctorum imaginibus tractandis facta sunt. Ut imagines artificiosas, ita et res minus excultas vel quales natura rudes praebet simili veneratione sunt prosecuti. Sic Albius Tibullus, Eleg. I. v. 11 sqq.:

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris
Seu vetus in trivio florea serta lapis;
Et quodcunque mihi pomum novus educat annus
Libatum agricolae ponitur ante deum [57]).

Apulejus initio Florid. I, 1: *Neque enim justius religiosam moram viatori objecerit aut ara floribus redimita — — vel cespes libamine humigatus vel lapis unguine delibutus.* Ejusdem alium locum: „*Negant vidisse se,*

54) Inde *Τελχῖνες* (s. *Θελγῖνες* a *θέλγειν incantare*), qui primi deorum simulacra invenisse dicuntur; v. Creuzer, l. c.

55) Rosenmüller, A. u. N. Morgenland, I. Bd. Leipzig 1818. S. 125, Jacobi actione Gen. 28. 18, ut videbimus, cum illorum sacerdotum ritibus male comparata.

56) Huc spectat evocationis carmen apud Livium, libr. V. c. 21. et Macrobium III. Saturn. in Jo. Alb. Fabricii bibl. ant. citatum. — Cf. de hac re in univ. et Kaiser, Creuzer, Jahn ll. cc.

57) cf. Comment. Dissenii, Gott. 1835. p. 12 sq. cit. Ovid. Fast. II, 641 et alios locos.

qui ibi fuere, unum saltem in finibus ejus aut lapidem unctum aut ramum coronatum", adjungit Bellermannus et e Siculo Flacco: *Cum enim Terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram rectos collocabant proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos coronabant.* De Terminis cf. et Ovidii Fast. II, 641 sqq.: *Termine, sive lapis, sive es defossus in agro stipes, ab antiquis, sic quoque numen habes. Te duo diversa domini pro parte coronant; binaque serta tibi, binaque liba ferunt.* Cf. omniho v. 639—681, imprimis et v. 653: *Vina tenent alii: libantur singula flammis.*

Lucian. Alexandr. c. 30: Ῥουτιλλιανός — εἰ μόνον ἀληλιμμένον που λίθον ἢ ἐστεφανομένον θεάσαιτο, προσπίπτων ἀεὶ καὶ προσκυνῶν (v. Huschk. in Dissenii comment. ad Tibullum et Astium ad Theophrasti characteres).

Similia tibi proferunt Theophrasti char. Κεφ. ιη: Καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς περιόδοις παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν, καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας ἀπαλλάττεσθαι.

Adeo Arnobius[58]) de vita, quam prius gesserit, profitetur: *Si quando conspexeram lubricatum lapidem et ex olivi unguine sordidatum, tanquam inesset vis praesens, adulabar, affabar et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco*[59]).

---

58) adv. gentes, ed. Hildebrand, Halis Sax. 1844, p. 62.

59) Bellermann l. c.: *Wenn dieser sonst gute Kopf dergleichen Steinen schmeichelte und sie im Ernst anredete, so muss diese Sitte wohl ziemlich allgemein gewesen sein.* De loci hujus saepissime laudati verbis, quae in codice leguntur: „*unguines ordinatum*" v. Hildebrand ad h. l. Saepissime praepos. de

Sic et **Clemens Alex.**[60]) in admonitione ad gentes has *λίθων προσκυνητάς* appellat et in Stromat.[61]) l. VII. scribit: *οἱ αὐτοὶ δὲ οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον τὸν δὴ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες.*

Jam ex **Sanchuniathone Eusebius** in ev. praep. I. 10.[62]) de lapidum etc. cultu narrat: *Ἀλλ' οὗτοί γε πρῶτοι ἀφιέρωσαν τὰ τῆς γῆς βλαστήματα καὶ Θεοὺς ἐνόμισαν*, et[63]): *ἀνιερῶσαι δὲ δύο στήλας πυρὶ καὶ πνεύματι καὶ προσκυνῆσαι αἷμά τε σπένδειν αὐταῖς ἐξ ὧν ἤγρευε θηρίων. Τούτων δὲ τελευτησάντων, τοὺς ἀπολειφθέντας φησὶ ῥάβδους αὐτοῖς ἀφιερῶσαι καὶ τὰς στήλας προσκυνεῖν καὶ τούτοις ἑορτὰς ἄγειν κατ' ἔτος.*

Item et simulacrum deae (Veneris Paph.), cujus templum Titus Vespasianus venerans adit „*non effigie humana continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exsurgens*" describitur[64]).

Quod autem ad rem nostram fere plurimum valet, exstant exempla imprimis lapidum **quadrangulâ figurâ** (cujusmodi quodammodo et Jacobi lapis, ut quem in **statuam** erexit, cogitandus est, quamquam et illi cippi et *στῆλαι*, de quibus supra locuti sumus, haud minorem praebent similitudinem), qui et dii nominati et culti sunt; de quibus scribit **Pausanias**[65]): *Ἑστήκασι δὲ ἐγγύτατα*

---

ante v. **trunco** male omittitur, quum ea servata sensus fiat etiam gravior.

60) ed. **Heinsius**, Lugd. Batav. 1616. p. 25 D.

61) p. 512 E.

62) ed. Gaisdorf. T. I. Oxon. 1843. p. 75.

63) ibid. p. 77.

64) **Taciti** hist. l. II. Trajecti Bat. 1721. p. 180., v. et adnotationem ibi.

65) Descriptio Graeciae, ed. Schubart et Walz. Lips. 1838. Vol. II. *Ἀχαικά* seu liber VII. cap. 22.

τοῦ ἀγάλματος *τετράγωνοι*[66]) λίθοι τριάκοντα μάλιστα ἀριθμόν· τούτους σέβουσιν οἱ Φαρεῖς ἑκάστῳ θεοῦ τινος ὄνομα ἐπιλέγοντες. *τὰ δὲ ἔτι παλαιότερα καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι τιμὰς θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι.*

Neque est infitiandum, eundem, quem Jacobus unxit, lapidem, temporibus posterioribus fuisse cultum, ut quidem, quod Bochartus l. c. affert, Scaliger in Euseb. annotat: *Phoenices igitur hoc* [quod fecit Jacobus] *imitati prava quadam* κακοζηλίᾳ *primo illum ipsum lapidem coluerunt, quem unxerat patriarcha. Judaei saltem ita referunt*[67]): אף עלפי שהיתה מצבה אהובה לפני המקום בימי האבות אחריכן שנאה מפני שעשוה כנענין לחוק לעבודה זרה: *Quin et alios lapides eodem*

66) Jahn, l. c.: *Ein viereckiger* βαιτυλος (?) *war bei den Arabern, Dusaris, besonders bei den Nabatäern, es war ein schwarzer, viereckiger, sechs Fuss hoher und zwei Fuss breiter Stein, der auf einem goldnen Grunde ruhte, und die Araber opferten ihm auch Menschen.* — Bähr, Symbol II. Bd. S. 162 f. *In dieser symbolischen Vorstellung von der Vier und dem Viereck als dem Typus aller Form und Regelmässigkeit* (apud Graecos erat 4 numerus τοῦ κόσμου) *hat es denn auch seinen Grund, dass nicht allein das Bild des Hermes, sondern überhaupt die ältesten Götterbilder in Griechenland viereckte Steine waren. So stand z. B. zu Pharä in Achaja ein viereckles Hermesbild und um es her 30 viereckte Steine, deren jedes den Namen eines Gottes führte* etc. *Ursprünglich stammt diese Form aus dem Orient* etc. Ibid. Nota 3: *Clem. Alex. Protrept. 4, Max. Tyr. diss. 38:* Ἀράβιοι ὃν σέβουσιν οὐκ οἶδα· τὸ ἄγαλμα εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος. — Quae symbolica formae quadratae significatio effecit, ut tales lapides posterioribus quoque temporibus colerentur, quum jam deorum simulacra arte effica extarent. Cf. Creuzer, l. c.: *Auch blieben selbst bei weit vorgeschrittener Kunst jene natürlichen Götterbilder, sogar die unförmlichsten Steine, fortdauernd Gegenstände der Verehrung, wovon in den Tempeln Vorderasiens, Griechenlands und Italiens sich noch viele Spuren erhalten haben.*

67) Quanti illum lapidem Judaei et Mohamedani quoque

ritu unxerunt et consecrarunt **), *quos Baetylia et Baetylos nominarunt in memoriam lapidis Bethele erecti.* Jam interrogatur

num ipse Jacobus lapidem Bethele erectum unguens et libationibus infundens fecerit alipuid superstitiosi? Illi loci, quos de veterum cultu superstitioso protulimus

---

aestimaverint, v. in Hadriani Relandi Palaestina ex monum. vet. illustrata. Norimbergae 1716. p. 475. 59. (p. 638 ad marginem): *Illum lapidem in templo secundo locatum et arcam ei impositam fuisse diuque post excidium urbis Judaeos ad illum lapidem flere consuevisse et nunc quoque illum a Mahommedanis Aede superstructa honorari, alibi notavimus. Ad hunc lapidem respexit R. Josua, de quo legitur in Midrasch Schir Haaschirim fol. 7, 1: Schola R. Eliezeris erat facta instar stadii et lapis illic erat, cui docens insidere solebat. R. Josua aliquando osculatus lapidem dixisse fertur: Lapis hic similis est monti Sinai et insidens ei similis est Areae foederis. Ita fere, quum R. Juda Sanctus diem obiisset, tabulas arcae foederis abreptas ab Angelis dicebant.*

68) Similiter Grotius in Crit. sacris ad Gen. 28, 18 *fundens oleum desuper. Mos illorum locorum, qui et ad Graecos devenit.* — Cf. Histoire de l'acad. royale des inscript. T. V. à Paris 1729. p. 17 sq.: *M. l'Abbé de Fontenu remarque, qu'il y a bien de l'apparence que l'usage des consecrations, si connu chez les payens, tire de-là son origine; du moins, dit-il, on ne connoît aucun autel plus ancien qui ait esté consacré par des libations et des onctions: que ce monument est le premier exemple des autels votifs, dont il eut dans la suite un si grand nombre chez les Grecs et chez les Romains* etc. — Jam patres ecclesiae mores paganorum superstitiosos ex abusu rituum apud Israelitas sacrorum deducere non dubitaverunt; cf. Bellermann l. c. p. 10 annot.*: *Ob ich gleich nicht geneigt bin, die Griechen und deren Philosophen mit dem Clemens Alex. (Strom. I. und V.) geradezu Diebe zu nennen, and zwar solche, die alle ihre Opfer und Religionsgebräuche von den Juden gestohlen hätten* etc. Haud vero sine causa jam Falconnet l. c. judicat, mores variarum gentium superstitiosos ex eodem mentis superstitiosae fonte oriri potuisse; v. Memoires de litt. Tome six. à Paris 1729 p. 522 sq.: *Avant Jacob il y avoit eu des Ido-*

quibusque nisi eundem Jacobo ascribunt adversarii, tantopere non congruunt locis Geneseos c. 28 et 35 ad hanc causam allatis, ut plurimum differant, quum eadem, quae hic maximi sunt momenti similia in iis non reperiantur et quae reperiantur similia per se nihil superstitiosi contineant, ut nil nisi cujusdam similitudinis restet species externa valeatque quod vulgo dicitur: *Duo cum faciunt idem, non est idem.* Quid est quod Jacobum habeas lapidis cultorem? Ubi sunt incantamenta et carmina, ubi allocutiones et precationes, ubi flectuntur genua? Lapis ipse non terminalis, non insolitus, nulla alia re alios praecellens lapides, nisi quod incumbendo esset aptior, nec ante locus insignis. Nec superstitionis genus per se appellandum, quod Jacobus eum erexerit ut cippum, quum aliis quoque occasionibus aliisque causis lapides et altaria erigerentur, ubi ne species quidem adest superstitionis, e. g. Gen. 12, 8. Jos. 22, 28. 24, 26. 27. 1. Sam. 7, 12. Nec dicas, verba וַיָּשֶׂם אֹתָהּ מַצֵּבָה Gen. 28, 19. ipsa superstitionem innuere, quia מַצֵּבָה sit v. verbum principale (et ne hoc quidem statuit Gesenius, v. Hebr. u. Chald. Woert.) ad significanda deorum idola; quamvis enim hic verbi usus non sit infitiandus, aliis tamen tum prioris tum posterioris temporis locis ea significatione plane caret, cf. Exod. 24, 4. Jesaj. 19, 19. Praeterea Genes. 35, 14, loco

---

latres et des Pierres, aussi bien que d'autres corps, qui faisoient l'object du culte des Chaldéens etc. — Vatke l. c. p. 661. tales, quales supra Bochartus profert sententias, aliam ob causam respuens dicit: *Man muss vielmehr umgekehrt annehmen, dass diejenigen Elemente in der hebräischen Religion, welche ihre Verwandtschaft mit den asiatischen Mythen und Gebräuchen nicht verhehlen können, von jenem untergeordneten Standpunkt aufgenommen seien.* — Similiter Tuch ad Genes. 28, 18; non eodem modo Haevernick, Handb. der hist. crit. Einl. 1. Thl. p. 859. Erlangen 1836.

parallelo, מַצֵּבָה et מַצֶּבֶת variant et quidem prius posteriore explicatum, quod v. posterius nullibi usurpatur de idolis, sed de truncis arborum, Jes. 6, 13, et de monumentis cum in honorem vivorum positis, 2. Sam. 18, 18, tum de cippis sepulcralibus, ut persaepe in cippis Phoeniciis, cf. Gesen. thes. s. h. v.; quam ob causam idem vir doctus, Woert. p. 877, nec sub v. Bild nec s. v. Bildsäule ad v. מַצֵּבָה respicit. Quod vero est jussum, paganorum statuas everti, cf. Exod. 34, 13. Deut. 16, 22, utique, ut jam alii [69]) animadverterunt, illius de Jacobo narrationis prodit antiquitatem, licet non tam erectio per se, quae Mosi quoque ipsi ascribitur (Ex. 24, 4), quam erectionis finis et consilium ad falsum cultum spectans vituperatur, quod Lev. 26, 1 expressis verbis indicatur [70]) et Deut. 16, 22 innuitur [71]), unde et Jesajas 19, 19 futura salutis et veri dei adorationis tempora Aegypto praenuntians eodem verbo מַצֵּבָה pro statua לַיהוָה dedicanda utitur, ut igitur statuam erigere veri quoque dei cultoris cultusque laudandi esse possit. — Quod

---

69) Cf. Haevernick l. c. p. 859; Caesar von Lengerke, Kenaan, 1. Thl. p. 231; Ersch und Gruber l. c. s. v. *Bethel*, cit. de Wette, Kritik der Israel. Gesch. qui bene animadvertunt, etiam loci Bethelis ut sacri denominatione probari narrationis nostrae antiquitatem, quum statim post Salomonem ibi vitulorum cultus sit institutus. 1. Reg. 12. — Item Delitzsch l. c. p. 325.

70) לְהִשְׁתַּחֲוֹת עָלֶיהָ

71) verbis לְךָ (cf. לָכֶם Lev. 26, 1, verbis seqq. עָלֶיהָ. לְהִשְׁתַּחֲוֹת explicatum) et: אֲשֶׁר שָׂנֵא יְהוָה אֱלֹהֶיךָ i. e. Jehovah, qui, quum ipse sit deus tuus verus, alius dei et quidem imaginarii cultum non tolerat (non sit tibi cippus sc. deus, cum sim tibi ego Jehova deus, v. Lev. 26, 1 versus finem כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם), quibus cf. primi in decalogo praecepti initium et finem.

si nec lapis neque ejus erectio per se aliquid superstitiosi continet, superstitio Patriarchae ascripta in illius lapidis unctione consistat necesse est. Sed, quod bene notandum, jam ipse delectus verborum, quibus describitur unctio vel libatio Jacobi, meliora docet. Longe alia hujus rei esset ratio, si in describenda actione illa ad unguendi notionem exprimendam v. סוּךְ esset adhibitum; quum enim סוּךְ sine ulla exceptione (v. Gesen.) de corporis unctione post lavationem usitata dicatur, Jacobus iis videretur simillimus, qui, ut supra exposuimus, deorum simulacra instar animantium tractare consueverunt; immo si vel in uno locorum, qui huc spectant, inveniretur v. סוּךְ, hoc solo Jacobus in superstitionis caderet suspicionem, quae ad alios quoque pertineret locos, et nescio quomodo possit dilui, praesertim quum ejusmodi unctiones apud recentiores quoque paganos inveniantur[72]). Jam vero legimus, ut primum de unctione quaestionem persequamur, Gen. 31, 13, qui locus ad Gen. 28, 18. 19. respicit, מָשַׁחְתָּ, quod voc. מָשַׁח a סוּךְ plane diversum cum *oblinere*, praecipue et oleo, sed alio sensu, quam סוּךְ significat, tum v. principale est (v. Gesen. W. S. 903. s. v. *salben*), quo consecrationem unguendo efficiendam exprimit scriptura sacra, ita ut מָשַׁח sit *unguendo sacrare s. consecrare, ab usu profano sejungere et deo dedicare* (quemadmodum Ex. 40, 13. conjunguntur מָשַׁחְתָּ אתו וְקִדַּשְׁתָּ אתו) e. g. sacerdotem, prophetam, regem, nec non res vita carentes, ut vasa sacra, ut igitur haec unctionis ratio ipsa per se nihil sit superstitiosi, nisi omnem cultum Mosaicum supersti-

---

72) v. Bähr l. c. p. 176. Anm. l. Rosenmüller, Morgenland, I. S. 125. et Müller, Glaube u. s. w. der alten Hindu S. 185.

tionis culpare coneris. Haec demum est rei summa, quo consilio aliquid ungatur et cui unguendo consacretur, neque est dubium, quin Jacobus illum lapidem non quasi hic ipse sit deus s. numen divinum unxerit, sed deo, qui sibi Bethele de coelo se fecerit manifestum, unguendo sacraverit, quum Jacobus Gen. 31, 13 alleget verba angeli dei (v. 11) sive Jehovae (cf. v. 3.), qui ut Bethele ita in Mesopotamia cum somniante locutus sit, ac versus ipsius argumento, praecipue ejus initio et fine (nota imprimis v. לִי) sententia nostra satis probetur. — Sed loci quoque Gen. 28, 18 sq. et 35, 14 sq., jam per se spectandi, nihil, quod de Jacobo sentiunt adversarii, continent. Quum de erigendo cippo jam supra, quae necessaria videbantur, dicta sint, haec adhuc consideranda relinquuntur verba Gen. 28, 18: וַיִּצֹק שֶׁמֶן עַל־רֹאשָׁהּ et Gen. 35, 14: וַיַּסֵּךְ עָלֶיהָ נֶסֶךְ וַיִּצֹק עָלֶיהָ שָׁמֶן׃ Verum enim vero יָצַק est v. principale ad nostrum sermonis germanici v. „*ausgiessen*“ exprimendum (v. Gesen. Wört. p. 873. s. v. ausgiessen), tum omnino de rebus liquidis ut aqua, oleo, sanguine, tum de fundendis vasibus aliisque ejusmodi artificiosis operibus, quorum multa e. g. Moses et Salomo fundi jusserunt [73]): שֶׁמֶן quoque sensum habet ampliorem et v. עַל־רֹאשָׁהּ significationem illam notissimam = עָלֶיהָ

73) Quod v. יצק, ut notat Bähr l. c. II. Bd. p. 167, secundum traditionem Judaeorum, ut ipse cum Relando (Antiq. II, 17. cf. Carpzov. Appar. crit. Ant. p. 67) judicat, non rejiciendam, praecipue de unguendo summo sacerdote usurpatum, (משׁה de ejus aeliorumque sacerdotum unctione per digitum in frontem facta in usu fuit) typicae quidem interpretationi de qua v. infra optime convenit; atttamen quis est, qui inde deducat cultum lapidis illius a Jacobo uncti, quum v. יצק hoc sensu tantummodo illam largiorem summi sacerdotis unctionem non linendo sed fundendo efficiendam procul dubio significaverit.

Gen. 35, 14; denique v. נָסַךְ et נֶסֶךְ, ut σπένδειν, σπονδή, sunt usitatissima, quibus libationes numini divino solvendae consignabantur, sive Jovae, sive idolis (v. Gesen. thes. et Wört.): contra longe aliter res se haberet, si mut. mut. pro נָסַךְ posita esset vox cognata סָכַךְ, quae, cum de abluendo corpore (Hiob. 9, 30 cum syn. רָחַץ conjuncta) et carne (nunquam de vestimendis lavandis) dicatur, justam nobis injiceret suspicionem, ac si Jacobus more paganorum lapidem tanquam dei simulacrum s. deum lavisset et lautum (si סוּךְ, de quo supra p. 42, sequeretur) unxisset. Ergo verba illorum locorum singula per se ipsa nihil, quod innuat actionem superstitiosam, indicant; neque conjuncta; nam sola olei aliusve liquoris super lapidem infusio, etiamsi actio sit ad religionem et cultum spectans nec profana, non superstitio nominanda, nisi accesserit consilium superstitiosum. Nonne Samuel quoque (1. Sam. 7, 6.) effudit aquam, quum verum Jehouae cultum restitueret, ut non solum contextus (v. 3—5.) sed etiam expressa verba „coram Jehova" declarant? Nonne idem de Davide legimus 2. Sam. 23, 16. Nonne sacerdotis quoque erat verum colentis deum, sanguinem et vinum effundere ad altare? Et si spectas cum quae antecedant tum quae sequantur, nonne deus est, nec lapis, quo cum Jacobus versatur et cui libamina offert? Quod cuique omnia bene consideranti tantopere elucebit, ut, quidquid inter Jacobi et alias illas libationes modo allegatas reperiatur discriminis, rem ipsam non posse mutare intelligat. Nihil enim refert ad causam nostram, utrum in terram, an super vel ad circumve[74]) altare, utrum aqua an vinum

---

74) de Wette l. c. §. 204. annot. e: Joseph. Antt. III. 9, 4: Σπένδουσι περὶ τὸν βωμὸν τὸν οἶνον Jes. Sir. L, 15: Ἐξέτεινεν ἐπὶ σπονδείου χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἔσπεισεν ἐξ αἵματος σταφυλῆς

oleumve effundatur, cum haec sit rei nostrae summa, cuinam effundatur, utrum deo vero, an lapidi instar dei, sicut etiam Jes. 57, 6[75]) tantummodo hoc vituperatur, quod non Jovae, sed diis falsis libentur libamina. Davidi tum temporis non fuit altare; utrum fuerit Samueli, nec ne, incertum (versu demum nono de oblatione agni lactei sermo est); Jacobus lapide tanquam altari uti potuit. Quod vero libationes ritus Mosaici cum holocaustis et victimis s. sacrificiis eucharisticis semper conjunctae reperiuntur, quippe quae his tantummodo accedunt, nostris autem locis ipsaemet solae nullis additis sacrificiis aliis, non minus quam lapidis in monumentum erectio tempus antiquum cultui Mosaico antecedens indicat; nec lapis ille victimis immolandis satis idoneus cogitandus; denique, quod ad locum Gen. 28, 18. pertinet, unde victimae Jacobo, quum unde habuerit oleum, interrogent nonnulli non cogitantes illius aetatis et regionis usum olei frequentissimum? si vero respicis locum Gen. 35, 14, quum illi loco conveniat priusque illic factum iteretur, non mirum est, simile quid Jacobum fecisse neque holocaustum vel victimam, sed, ut facti ratio et conditio eadem maneret nempe libatio, si quid aliud, nil nisi vinum oleo adjunxisse.

ἐξέχεεν εἰς θεμέλια θυσιαστηρίου. Vgl. Il. 1, 462; XI, 778 sq. Feith. p. 77. Ovid. Metam. VII, 593 sq. Potter gr. Arch. I, 539. (cf. et Winer, l. c. s. v. *Trankopfer* et Lücke ad Joh. 7, 37). Nonne e l. Exod. 30, 9, ubi de altari thymiamatis agitur לא־תעלו עליו קטרת ועלה· ומנחה ונסך׃ לא תסכו עליו colligere licet, libamina, quod Judaeorum traditione responderet, super altare effusa esse, ita ut Jacobi libatio Mosaicis etiam similior fieret? Omnino non est quod miremur, Jacobum oleum et vinum super lapidem effudisse, quum libatio ejus ipsa per se sola fuerit sacrificium nullo alius generis addito.

75) Hinc duplex הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ׃ (i. e. non Jehovah) et גַּם־לָהֶם שָׁפַכְתְּ נֶסֶךְ׃ (לָהֶם cum emphasi antepositum).

At nonne omniem refellendi operam perdidimus, quum hoc unum, quod Jacobus lapidem illum בֵּית־אֵל vocaverit, omnem rationum atque argumentorum virtutem bonique successus spem videatur evertere? Hac quaestionis nostrae parte ad errorem mire magnum et, ut priora satis docent, maxime divulgatum convellendum accedimus. Non quidem desunt, qui agnoscant, non lapidem, sed locum Gen. 28 et 35. בֵּית־אֵל vocari; sed, ut non solum fama, verum etiam error crescit eundo: ita cum primum infelix illa conjectura, secundum quam baetyli cum lapide Jacobi uncto comparantur eorumque nominis origo a בֵּית־אֵל deducitur, magis magisque, viris doctissimis, Scaligero Vossio, Bocharto, aliisque auctoribus alios cepit, tot exstiterunt, qui aut illum lapidem ipsum statim בֵּית־אֵל appellatum esse aut hoc nomen ab loco sic dicto accepisse censerent. At quoniam jure? Legas ac perscruteris quaeso locos nostros, nec solum ipsos, sed etiam quae antecedant et sequantur: nonne tibi concedendum erit, ubique non lapidi, sed loco tribui nomen בֵּית־אֵל? Jam a versu 11. usque ad v. 15[76]), dum locus (הַמָּקוֹם) iterum

76) Quaestio de Elohista et Jehovista huc non pertinet, ut qui optime consentiant. Tuch l. c. Gen. 28, 13—16 et v. 21. verba וְהָיָה יְהוָה לִי לֵאלֹהִים Jehovistae, cetera usque ad capitis finem Elohistae attribuit eidemque totum locum Genes. 35, 1—15. Cf. Vater, Comm. über d. Pentent. Halle 1805. 3. Thl. S. 761:

Gen. 28, 14—22:	Genes. 35, 1—15:
Astruc et Eichhorn v. 11-22. Jehovistae ascribunt,	Astruc et Eichhorn Elohistae.
Ilgen: v. 11 p. Eloh. p. Joho. - 12. Eloh. v. 13-16 -- -17 22. —	Ilgen v. 1—8. II. Eloh., v. 9—15. I. Eloh.
de Wette: v. 10-12. 17. 20-22. Eloh. v. 13-16. 18. 19. Joho. v. 21. *interpolirt.*	[de Wette cap. 35. Elohistae. *Der Jehovist hat V. 5. 1. 7. und wohl noch sonst (-V. 5. 8.-) Eingriffe gethan.*
Stähelin, Delizsch, Knobel: v. 10-22 Jehovistae]	Delitzsch, Knobel Elohistae.

iterumque nominatur, lapis ille tantopere non excellit, ut ne hoc quidem eluceat, utrum unicus fuerit lapis, an multi. Expende porro v. 16. אָכֵן יֵשׁ יְהוָֹה בַּמָּקוֹם מַה־נּוֹרָא הַמָּקוֹם הַזֶּה (בָּאֶבֶן הַזֶּה), v. 17. הַזֶּה non non הָאֶבֶן הַזֶּה, ita ut etiam v. זֶה utrumque ejusdem versus post non ad lapidem, sed ad locum sit referendum), et, quod maximi est momenti, post jam erectum lapidem v. 18. pergitur v. 19: וַיִּקְרָא אֶת־שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא בֵּית־אֵל et v. 22: הָאֶבֶן בֵּית אֱלֹהִים יִהְיֶה, ut hic quoque locus nominetur בֵּית־אֵל, at lapis, quod jam tempus futurum (יִהְיֶה v. 22., cf. praeter. v. 20. 21.) et verba priora וְהָיָה יְהוָֹה לִי לֵאלֹהִים (v. 21.) docent, destinetur, ut ibi domus dei i. e. locus sit futurus, quo, ut Jacobus vovet, deus verus, si eum benigne conservatum prospere in domum patris reduxisset, colatur[77]). Ita v. 22. non solum versui 17., ubi locus בֵּית אֱלֹהִים nominatur, sed etiam iis, quae supra (p. 20.) de vi v. בית diximus, optime convenit. — Quod alter quoque locus Gen. 35. probat, quippe quo lapidi ne ullum quidem ejusmodi nomen tribuitur. Nam ibi v. 1. 3. 6. 8. בֵּית־אֵל regionem sic denominatam indicat, v. 7. locus altaris accipit nomen, non altare ipsum, v. 13. tantummodo de loco sermo est et v. 14. hic idem locus, ut quo deus Jacobo se

---

77) Luther ad 1. Mos. 28: *Der Herr soll mein Gott sein, den ich bekennen will in dem Haus, das ich ihm baue etc. Ich will einen äusserlichen Dienst anrichten* (inde decimae pro sacerdotibus) — *Gott wohnt da, wo sein Wort ist etc.* — Bibl. sacra, a Strabo Fuld. Tomis VI. compressa. Antw. 1634: *Vovit specialem cultum et colendi modum* (ann. nicol. de Lira). — Drusius (in Crit. sacr. not. maj.): *Domus dei*) *vel aedes Dei i. e. locus orationis meae.* — Delitzsch l. c. p. 324. — Knobel l. c. p. 215.

fecerit manifestum, excellit, et cippum erectum nulla alia virtute praeditum videmus, nisi qua locum illum insignem designet et libamentis solvendis aptus sit, ne in terram ipsam effundantur; denique v. 15., ut nihil dubium restet, neque altare neque cippus, sed locus, quo deus cum Jacobo locutus sit, בֵּית־אֵל vocatur. — Nec solum lapis et locus clarissime discernuntur, ita ut sine ulla exceptione non ille, sed hic (הַמָּקוֹם) appelletur בֵּית־אֵל בֵּית אֱלֹהִים, sed, si fieri potest, magis etiam atque clarius distinguuntur lapis et deus, ut adversariorum opinio, ac si Jacobus illum lapidem ut numine divino inhabitatum vel tanquam ipsum deum vel etiam deum in lapide coluerit, non textus verbis, nec singulis neque conjunctis, sed comparationi cum paganorum superstitione male adhibitae[78]) debeat originem. Nam ne somnianti quidem Jacobo, nedum e somno expergefacto in mentem venit, deum lapidi inesse adeove lapidem esse deum, quum extra[79]) lapidem de coelo angeli dei per scalam constitutam in terram (אַרְצָה v. 12., ergo e coelo demissam) et ad coelum pertingentem ascendentes (ad coelum ut dei sedem) et descendentes Jacobo

---

78) Ejusmodi comparationes invenies plurimas apud Kaiserum l. c. omnem modum excedentem, qui ad locum nostrum annotat p. 145: *Bei den Hebräern bestand im mythischen Zeitalter die Heilsordnung und das verdienstliche Werk in Erwählung des mächtigeren schützenden Gottes, und wie Jacob nach dem Traum, so erwählen sich die Amerikanischen Wilden denjenigen Gegenstand, der ihnen am häufigsten im Traum erschienen ist, z. B. einen Stein, zu ihrem Manitu.* Cur tale exemplum? Num Jacobo lapis vel quid simile apparuit, quod sibi elegerit colendum?

79) sive עָלָיו v. 13. vertas cum Tuch: *neben ihm* (Jacob), s. *juxta eam* (scalam) ut Santes, s. ut *super eam*, Vulg., Luther, Bess, alii, recentiorum de Wette, Delitzsch, Knobel.

appareant vel **deus ipse** cum eo loquatur, et ille hujus promissiones accipiat eique vota voveat, quemadmodum totus locus Gen. 28, 10—22. etiam levius, nedum diligentius consideratus deum et lapidem et locum sine ulla permutatione discernit (Item Gen. 31, 13.). Haud minus Gen. 35, 1—15. praecipue v. 1. 7. 13. 14. (*quo loco deus cum Jacobo erat locutus et ab eo ascenderat, eo Jacobus cippum erigit lapidem eumque locum* בֵּית־אֵל *vocat*). Quomodo dilucidius diversa discerni possint, equidem nescio. — Huc accedit, ut, quum baetylos eorumque nomen (v. supra) jam rem alienam et ad Jacobi lapidem non pertinentem agnoveris, nullo ne paganorum quidem constet exemplo, lapidi ullo nomen בֵּית־אֵל *domus dei* esse impositum, ut jam per se omnino non sit probabile, Jacobi lapidem sic esse nuncupatum. — Quod praecavent etiam loci, qui de **altaribus** a Jacobo erectis narrant. Nam Gen. 35, 7. nomen אֵל בֵּית־אֵל [80]) non altari, sed loco datur, unde cuivis elucet, Jacobum non locum in deorum numero retulisse, sed eum sic vocasse, ad dei memoriam, qui Bethele se patefecerit, conservandam, ut verba sequentia כִּי שָׁם נִגְלוּ אֵלָיו הָאֱלֹהִים demonstrant et Gen. 31, 13., ad quem locum, ubi deus de

---

80) v. Bohlen, die Genesis, ad Gen. 35, 7: *Die alten Uebersetzer LXX, Syr. und Vulgata* [*und ein hebr. Manuscr.*, addit Vater l. c. ut animadversionem G(eddes)] *haben den Sinn nicht gefasst und das erste* אֵל *weggelassen, unerachtet der Gott von Bethel schon oben genannt wurde* (31, 13) *und hier abermals einfach Altar oder Ort zu ergänzen ist* [Sic etiam Cartwrigtus in Crit. sacr. ad Gen. 35, 7.] (*vgl.* 32, 20). *Uebrigens fällt die Rücksicht auf Jacobs früheres Steinmal* (28, 18) — *weg; denn die ältere Erzählung weiss wohl, dass früher dem Patr. die Götter erschienen sind, kennt aber nicht die damals errichtete Säule.* Aliter hoc posterius Tuch ad Gen. 35: *Auf das Unverkennbarste bezieht sich die Erzählung c.* 35, *v.* 1. 3. 7. *zurück auf c.* 28.

se testatur: אָנֹכִי הָאֵל בֵּית־אֵל, sine dubio respicitur, nec minus Gen. 32, 31. comprobat, ubi etiam alius locus (הַמָּקוֹם) altus visionis dei פְּנִיאֵל denominatur, idque, ut quisque intelligit, non ideo, quia Jacobus illum locum habuerit dei vultum, sed, ut verba: כִּי רָאִיתִי אֱלֹהִים פָּנִים אֶל־פָּנִים docent, quia dei vultum ibi viderit. Maxime vero hic eminet Gen. 33, 19., ubi non locus, sed ipsum altare nomen אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל capit; atqui etiam eminet demonstrationis vi ac virtute, quum luculentissime appareat, illud altare nihil nisi monumentum animi erga deum beneficentissimum gratissimi et devotissimi (Gen. 32, 9—11.) fuisse Patriarchae, qui in patriam reversus post illam, quam modo laudavimus, dei visionem memoratu dignissimam, Gen. 32, 25—33., certamine praeclaro decertato et nomine יַעֲקֹב cum יִשְׂרָאֵל mutato, dei favore animaeque salute (v. 27 et 31.) gavisus et e manu Hesaui fratris (32, 12) multo benignius, quam petierat et cogitaverat, ereptus (c. 32, c. 33.) novi vitae cursus initia designare, dei fortissimi gratiam celebrare, denique fidem in eum profiteri nullo potuit modo meliore, quam in prima, quam acquisiverat, possessione apud Sichem (33, 19) altare in honorem hujus dei aedificando et denominando, ut ipsa altaris appellatio אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל, *deus est deus Israelis* (neque alius), omnibus, qui juxta habitarent, esset praedicatio; et alibi lapides, arbores, loca ex variis occasionibus varia nomina traxisse notissimum est (v. ex vita Jacobi Gen. 31, 47. 48. 49. 32, 2. 33, 17. 35, 8.).

Quem latuerit, hac sola demonstratione, lapidem a Jacobo unctum non esse בֵּית־אֵל appellatum[81]), nos

---

81) Etiam Tuch l. c., ut quisque textum respiciens non aliter potest, loci Gen. 28, 17. sqq. argumentum sic reddit: *Jacob erkennt beim Erwachen die Heiligkeit des Orts, weihet*

multâ supersedere potuisse operâ, quam praeter alia in quaestionem de baetylis impendimus; attamen hanc quoque operam non habemus perditam, quum consilium fuerit comprobandi, eam rei nostrae esse rationem, ut diligentissime inquisita maxime defendatur et nullae disquisitiones sint verendae. Quod, etiamsi adversarii non imponerent nobis hoc faciendi necessitatem, ad causam nostram altius repetendam longiusque persequendam nos commoveret. Etenim quemadmodum falsa explicatio locorum nostrorum ad falsas, quales ultra in disceptationem vocatae, ut non dubitamus, magis magisque cognoscentur, illas opiniones, ex mala Jacobi actionis religiosae cum paganorum ritibus superstitiosis comparatione oriundas, tantum contulisse videtur commendandas, quantum his ipsis opinionibus illa explicatio debeat originem, atque item omnino quemadmodum, si quem falsorum deorum cultorem superstitiosumque existimaveris, actiones quoque ejus ad cultum spectantes judicaveris haud expertes superstitionis: ita, quanto luculentius a suspicione superstitionis liberaverimus Jacobi personam ingeniumque, tanto clarius cum actionum tum libationum quoque ejus elucebit vera religiositas et nostrae explicationis veritas. Ad quod demonstrandum jam prior quaestionis nostrae pars multas dedit occasiones, quas praetermittere noluimus. Attamen eorum, quae hic nobis opponuntur, haec est natura ac ratio, ut parte quaestionis propria supra dictis quae adhuc dicenda restent addere conducat. Itaque

---

den Stein, auf dem er geruht, zu einem Heiligthum und benennt den Ort Bethel, et ad vv. 20, 22: *Jacob verspricht — diesen Malstein selbst zu einem* בֵּית אֱלֹהִים *d. i. zu einem Ort, wo man Gott anbetet, zu einem Heiligthum, Jud. 17, 5 — und diess war Bethel S.* 295 [? 296! ubi per Bethel non lapidem sed: *das daselbst befindliche Heiligthum* intelligit] — *zu weihen.*

§ 5. De patriarcharum et praecipue Jacobi quas de numine divino ejusque cultu habuerint, notionibus.

Hujus quaestionis minor esset difficultas, si adversarii vitam Jacobi aliorumque patriarcharum in scriptura sacra secundum veritatem descriptam esse concederent; hoc negare nequeunt[82]), libros V. Testamenti, quemadmodum paganorum historiam notionesque religiosas imprimis ex ipsorum scriptis cognoscere studeamus, esse fontem primarium, ex quo gentis Israeliticae ejusque atavorum historiae ingeniique vera cognitio hauriatur, ut, quantopere historiae profanae scientiâ ad sacram perfectius intelligendam utaris tantopere ad hanc destruendam non abutaris, cum potius sacrae scripturae cum paganorum scriptis comparatio doceat illam multo plus ad paganorum, quam horum scripta ad Israelitarum casus et mores vere cognoscendos praestare. Et quo magis non solum illa scripturâ, sed etiam omnium aetatum experientiâ edocti persuasum habemus, Veteris Test. populum ab aliis populis esse diversissimum eamque diversitatem praesertim in ejus diversa numinis divini cognitione et adoratione sitam non a Mosis demum institutis, sed jam a patriarchis deducere originem: eo magis nobis cavendum, ne aliorum populorum de numine divino ejusque cultu notiones, re non satis explorata, Hebraeis eorumque majoribus ascribamus neque eos, a quibus in alias gentes emanavit dei veri cognitio et cultus, habeamus ipsos falsorum deorum cultores. Contra talem Vatkii opinationem adeo de Wettius et Cöllnius pugnandum censuerunt. Nonne ipse Cöllnius ingenue profitetur, nihil per se obstare, quo minus adeo Abraham,

82) Quanti aestimet ipse Tuch Geneseos scriptorem v. l. c. p LXII.

Jacobo aetate tanto major, unum deum nullis usus simulacris sola animi devotione adoraverit? Quid tandem obstat? Obstant, inquiunt, multa in libro Geneseos ipso. Audiamus, proferantur! Adsunt primum loci a Cöllnio citati, qui hujus menti dubitationes iajiciunt. Laudatur Jos. 24, 2, ubi Josua dicit: בְּעֵבֶר הַנָּהָר יָשְׁבוּ אֲבוֹתֵיכֶם מֵעוֹלָם תֶּרַח אֲבִי אַבְרָהָם וַאֲבִי נָחוֹר וַיַּעַבְדוּ אֱלֹהִים אֲחֵרִים. Quamvis hic locus non de Jacobo loquatur, tamen, quum de ejus majoribus agat, non levi momento aestimandus est; quem si diligenter, ut fas est, expendimus, hoc est ejus argumentum: Majores Hebraeorum habitabant ultra flumen (Euphratem) colebantque deos alienos. Horum majorum nominatur Therach exempli gratia, nec solum ut populo prioribus notior, verum etiam ut proximus ab Abrahamo, gentis Hebraeorum auctore notissimo, ad cujus cum Therach arctissimam propinquitatem exprimendam nomini תֶּרַח additur אֲבִי אַבְרָהָם, et adjungitur וַאֲבִי נָחוֹר, quia Nachor quoque per Rebeccam, Isaaci et per Leam et Rachelem, Jacobi uxores arctis propinquitatis et affinitatis vinculis cum Hebraeorum majoribus conjunctus erat. Si alienorum deorum cultum ad Abrahamum quoque et Nachorem relatum voluisset scriptor, non תֶּרַח אֲבִי אַבְרָהָם וַאֲבִי נָחוֹר, sed תֶּרַח וּבָנָיו וגו׳ vel וּבְנֵי pro אֲבִי iteratum scribendum fuisset. Nostram explicationem veram esse probant versus 14. verba הָסִירוּ אֶת־אֱלֹהִים אֲשֶׁר עָבְדוּ אֲבוֹתֵיכֶם בְּעֵבֶר הַנָּהָר וּבְמִצְרַיִם; non commemoratur terra Chanaan, ubi Abraham, Isaac et Jacob plus ducentos degerant annos, quos scriptor, qui quadraginta annos in deserto peractos longum tempus censet (v. 7), si illi majores in Chanaan degentes (Abr., Is. et Jac.), aeque ac priores in Chaldaea et posteriores in Egypto, deos alienos

coluissent, nullo modo potuisset praetermittere. Sic versu 15. quoque terra Chanaan, ubi patriarchae degerant, non horum, sed Amoritarum dii nominantur. Neque apud Nachoris proximos posteros cultum deorum alienorum praevaluisse vel adeo veri dei cultum omnino evertisse cogitandum, ut Genes. c. 24, 3. 4. 21. 50. 51; 28, 2. adeoque postea 31, 24. innuunt ac testantur. Cum vero Therach et Laban (v. infra) illius falsi cultus haud insontes fuerint, ex eo, quod Abrahamus in hoc temporis discrimine patria excedere jussus sit, dei sapientissimi providentia, ne veri dei cognitio ipsa cultusque in discrimen daretur, clarissime elucet.

At nonne hac ipsa animadversione, qua apud patriarcharum cognatos tam arcta propinquitate cum iis conjunctos falsus reperitur cultus, patriarcharum quoque verus cultus in dubium vocatur? Quod praecipue in Jacobum valeret, cujus socerum Laban et uxorem Rachelem alienorum deorum cultores fuisse constet. Huc spectant loci Gen. 31, 19: וַתִּגְנֹב רָחֵל אֶת־הַתְּרָפִים[83] אֲשֶׁר לְאָבִיהָ et v. 30, ubi Laban Jacobum culpat interrogando לָמָּה גָנַבְתָּ אֶת־אֱלֹהָי. Quam insons vero hujus criminis fuerit Jacobus, ipse et respondendo v. 32: עִם אֲשֶׁר תִּמְצָא אֶת־אֱלֹהֶיךָ לֹא יִחְיֶה et irascendo v. 36 tanquam luculentissimis testimoniis comprobaret, etiamsi scriptor non addidisset v. 32: וְלֹא יָדַע יַעֲקֹב כִּי רָחֵל גְּנָבָתַם׃ Quod si nihilo secius Kaiserus[84]) contendere audet,

83) Quamvis quod Stuhr (die Religionssysteme der heidnischen Völker des Orients, Berlin 1836.) de תרפים ipsis ut diis penatibus dicit, majorem partem non rejiciamus, tamen, quantumvis illius viri philosophicis ideis respondeat, historiae nimio plus repugnantem improbamus opinionem, Jacobi lapidem unctum nihil aliud nisi תרפים fuisse et cum cognationibus de majorum manibus ideam de Jehova coaluisse. Cf. Tuch l. c. p. 457 sq.

84) l. c.: *Jacob lässt es gern geschehen, dass seine Frau die*

illud furtum Jacobo gratum et acceptum fuisse, interrogare liceat, ecquis unquam perversius aliquid interpretatus sit? Hoc vero, quantumvis reluctetur Aben Ezra [85]), concedimus, patriarcham nostrum nimis aequo animo falsum familiae cultum tulisse neque ea, qua fas fuisset, vi atque auctoritate prohibuisse. Sed idem locus et accusat et excusat purgatque Jacobum; nam Gen. 35. v. 1—4. non solum patriarcham ipsum ab illo falso cultu purum, verum etiam omnia ejus signa [86]), quae apud suos reperirentur,

---

Hausgötter ihres Vaters stiehlt. Si adeo, prout propriis cogitationibus libet, libri cujusdam verba in quamcunque, immo contrariam partem detorquere licet, omnis iterpretandi veritas fidesque tollitur et evertitur; et si illi תרפים rapti offensionem afferebant, potius omittere, quam mentiri licuit.

85) v. in Crit. Sacris ad Gen. 35. Cartwrigtum ad ad verba *deos alienos: Aben Ezra ait* חלילה חלילה, *Absit, absit, ut propheta cubaret cum deorum alienorum cultricibus: ut pollicetur, se hunc locum alibi expositurum; sed ubinam id praestet, nescio.* Ut Calvinus ad Gen. 35, 2. memorat, Rachelis furtum ita excusare conati sunt, ac si patrem a superstitione retrahere voluerit. Aeque alienos deos tantummodo pro ornamentis (v. infra) habuisse dixeris et Jacobum eos s. ea tantummodo hac sententia consilioque delevisse, ne cultus eorum sensim sensimque irreperet. Cf. Zwingli ad Gen. 35. initium. V. contra, quae Calvinus l. l. dicit: *Nec vero prorsus inscius fuit Jacob; sed credibile est, nimis fuisse uxorium, ut sua indulgentiâ pestem domi tacitus aleret;* et postea: *Etsi superstitiones non probabat Jacob, per ipsum tamen non stetit, quominus sensim obruerent purum Dei cultum . . . . Nam ab una Rachele profecta corruptela jam longe vagari coeperat. Atque idem docent omnium aetatum exempla . . . Quare principiis acriter obstandum est.*

86) אלהי הנכר v. 2. R. Salom. exponit de idolis, quae ex spoliis urbis Sichem (cap. 33.) apud eos remanserint. Atque ita etiam Targum Jonathan. Cf. I. G. Körner, d. h. Schrift. Lpz. 1770: *Die Teraphim der Rahel, wozu vielleicht die gekommen, die man aus der Plünderung der Stadt Sichem behalten.*

injussum exposcentem et delentem describit[87]), neque ullo modo potest cogitari, Jacobum statim post tantum dei cultus purissimi restituendi studium ipsum (v. 14.) in crassissimam superstitionem et falsissimum cultum relapsum esse. Atque caveas, ne ex eo, quod antea illorum cultum plus toleraverit quam castigaverit, ipsum huic deditum fuisse **concludas**; ut enim taceam, illa signa non solum ad superstitionem, sed etiam, quod excusationis vim auget, ad **ornatum**[88]) esse adhibita, talem conclusionem fallacem esse omnium aetatum experientia docet, quum iis quoque, qui meliora et cognoverunt et delegerunt, haec soleat inhaerere humanae naturae imbecillitas et lentitudo, quod non semper et ubique tam acri quam decet studio causam divinam contra omnes eorum, qui irreligiose vel superstitiose sentiunt atque agunt, tentationes et impugnationes defendant et haud raro pro ratione temporum Jacobum non aequent nedum superent[89]). Non desunt vel e primis rei christianae seculis exempla christianorum[90]), qui familiae

---

87) Cf. de hoc facto annotationes **Calvini** et **Zwinglii** ad Gen. 35, 2. egregias.

88) Cf. **Jahn**, bibl. Archäologie, cit. Schaw, Reise S. 212. **Niebuhr**, Beschreibung v. Arabien S. 65.

89) In ipsa **Davidis** domo apud Michal, uxorem, invenimus הַתְּרָפִים 1. Sam. 19, 13. 16. post pugnam singularem cum Goliath, Philistaeo, claram in Jehovae, dei viventis nomine ejusque honorem (1. Sam. 17, 26. 45) pugnatam. Facilius enim est, adversus alienos, quam familiares, atque adversus hostes externos, quam internos, sive amici videantur homines sive sint peccati illecebrae, pugnare. Quin Sacharjae temporibus usum תרפים invenimus, 10, 2.

90) v. **Bellermann**, l. c. p. 15: *Auch Minucius Felix (III, 1) legt dem Octavius, dem Vertheidiger des Christenthums in den Mund: Non boni viri est, Marce Frater, hominem domi forisque lateri tuo inhaerentem sic in hac imperitiae vulgaris caecitate deserere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris im-*

et familiarium mores ethnicos non aegrius tulerint, quam de Jacobo legimus, quae si reputaveris, aliud atque adversarii de eo facies judicium.

At si ante oculos sunt documenta, Jacobum multorum deorum cultorem fuisse? Quaenam? Ne mireris, quod Gen. 35, 7. dicatur de visione, qua deus Jacobum Bethele dignatus est: שָׁם נִגְלוּ אֵלָיו הָאֱלֹהִים. Sive enim cum Tuchio[91]) numerum pluralem v. נִגְלוּ ad ἀγγελοφάνειαν (Gen. 28, 12) referas, quod improbat Gesenius[92]), quum הָאֱלֹהִים non, ut veteres versiones interdum (Psalm. 8, 6. 97, 7.) interpretentur, angelos significet et praecipue הָאֱלֹהִים deum unicum verum; sive ad visionem referas dei ipsius: ille locus nullam suspicionis occasionem continet nam non solum **adjectivi** (Jos. 24, 19: אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא; 1. Sam. 17, 26: אֱלֹהִים חַיִּים; Psalm. 58, 12: יֵשׁ־אֱלֹהִים שֹׁפְטִים), verum etiam **verbi** numerus pluralis adjuncto nominis personalis singulari adhibetur (2. Sam. 7, 23: אֲשֶׁר הָלְכוּ־אֱלֹהִים לִפְדּוֹת־לוֹ לְעָם), quibus locis sine ulla dubitatione de uno vero deo Josua et David loquuntur, ut contextus quoque totus comprobat; et tantum abest, ut pluralis v. נִגְלוּ causae nostrae obsit, ut ei prosit,

---

pingere effigiatos sane et unctos et coronatos: quum scias, hujus non minorem ad te, quam ad ipsum, infamiam redundare.

91) l. c. ad cap. 35, 1—7: *Unverkennbar weist* האל הנראה אליך *zurück auf die Angelophanie c. 28, 12 ff., daher auch v. 7:* האלהים *nicht ohne Grund mit dem pl.* נגלו *verbunden wird*, et p. 375, ubi de constructione v. אלהים cum numero plurali agitur: *Stellen, wie Gen. 35, 7. 31, 53 gehören nicht hierher, insofern in ersterer der Plural auf die Angelophanie c. 28. zurückweist. etc.* De interprett. v. **Grotium** in Crit. sacris ad Gen. 35, 7. qui ipse de h. locum de Angelo principe, quocum Angelorum aliorum comitatus apparere soleat, interpretatur.

92) Woert. s. v. אֱלוֹהַּ, cit. Thes. I. S. 95.

cum illa v. אֱלֹהִים cum numero plurali conjunctio **nunquam apud posterioris aetatis scriptores reperiatur**[93]) itaque nostra narrationis **antiquitatem** jam aliis testimoniis supra allatis constitutam optime comprobat. — Neque offendas in verbis Gen. 28, 21: וְהָיָה יְהוָֹה לִי לֵאלֹהִים, ac si Jacobus prius alium habuerit deum aliosve deos. Quem tandem coluit deum nisi eundem **omnipotentem** (אֵל שַׁדַּי v. 3.), quem coluerant majores (Gen. 18, 19.) et in cujus nomine Isaac pater prospera ei precatus erat, quum eum in Padan Aram dimitteret? (v. 3—5). Et quid vidit Jacobus somnians? **Hujus dei** angelos (מַלְאֲכֵי אֱלֹהִים v. 12.) et **Jehovam** scalae innixum, qui se ipse nominat deum Abrahami et Jsaaci (v. 13.). Sic et v. 16—22. יְהוָֹה et אֱלֹהִים adeo non diversa numina significant, ut Jacobus locum illius visionis non בֵּית־יְהוָֹה, sed בֵּית־אֵל s. בֵּית אֱלֹהִים vocaverit. Itaque haec est verborum וְהָיָה יְהוָֹה לִי לֵאלֹהִים sententia: si deus (mecum fuerit et) omnia, quae mihi opus sunt, praebuerit i. e. deum se mihi praestiterit, ego Jehovam deum meum habebo eique servum me praestabo atque cultorem; quod quilibet unicum deum cognoscens dicere posset. Et ne quis suspicetur de Jacobo priorem alius dei cultum, non dicit patriarcha v. 20: אִם יִהְיֶה יְהוָֹה, sed אִם יִהְיֶה אֱלֹהִים (עִמָּדִי), ut is qui v. 21. יְהוָֹה vocatur, nullus sit alius deus, nisi idem, qui modo אֱלֹהִים vocatus est. Sic Jacobus jam illa usu recepta interpretatione[94]) omni alius dei cultus, cui prius

93) v. **Gesen.** et **Tuch** ll. cc.

94) LXX. Syr. **Vulg.**, **Lutherus**: *so soll der Herr mein Gott sein;* **Calvinus**, **Cartwrightus** in Crit. sacris ad Gen. 28, 22: *Rectius videtur votum inchoare ab iis verbis: et (vel tunc) Dominus erit mihi deus. Quod non ita intelligi debet, ac*

deditus fuerit, suspicione liberatur; idque magis etiam intelligitur, si, quod cum aliis **Tuchius** praefert[95]) et idoneis causis praeferendum potest demonstrari, apodosin versu demum 22. incipere censes; tunc enim verba v. 21. ultima וְהָיָה יְהוָֹה לִי לֵאלֹהִים nihil nisi brevis aestimanda sunt complexio verborum priorum, quibus beneficia a deo exspectanda enumerat Jacobus, adeoque nihil de falsorum deorum cultu continent, ut hac dicendi ratione וַאֲנִי יְהוָֹה אֶהְיֶה לָהֶם לֵאלֹהִים (Ez. 34, 24. 36, 28.) Dominus ipse saepius utatur et quidem non tantum eo sensu, ac si se ipsum alii opponat deo, sed **laxiori** cum populo V. Testamenti conjunctioni **arctiorem** opponens, ut l. c. Ez. 34, 24. versus **sequentis** initium וְכָרַתִּי לָהֶם בְּרִית et verba saepius addita וְהָיוּ לִי לְעָם (Ez. 11, 20. cf. 34, 30. 31. 37, 25—28. Hos. 1, 9. 10. 2, 19. 20. 23.) evidentissime demonstrant. Quibus conferatur locus Jerem 31, 31—34. clarissimus, qui de **novo foedere**, quale sit et quomodo componatur, agit et rei summam his breviter complectitur verbis „ero iis sicut deus, et illi mihi erunt ut populus“, quae promissio temporibus novi foederis impleta est (Hebr. 8, 8—12. 1. Petr. 2, 9. 10). Itaque

---

si nollet Dominum sibi deum habere, nisi conditiones istas praestaret, sed cum non dubitaret, quin Dominus juxta promissiones suas ista faceret, se voto suo ad gratitudinem exhibendam obstringere voluit (Cf. **Zwingli** ad h. l.); recentiorum **Vater** ad h. l., **de Wette**, Uebersetzungen, 2. A., **Delitzsch** l. c. p. 325. **Knobel** l. c. p. 215.

95) l. c. ad Gen. 28, 20—22: *Rücksichtlich der Construction enthält erst V. 22. den Nachsatz und dies um so mehr, da die im Zusammenhange entbehrlichen Worte* והיה יהוה לי לאלהים *sich schon durch das kritisch nicht mit Ilgen Urk. 475 zu verdächtigende* יהוה *als Einschiebsel documentiren, mit welchem der Ergänzer die Summe des Vorhergehenden zusammenfasst* etc. cit. **Hengstenberg**, Authentie, S. 370. 1. Bd. ubi hic illam sententiam bene probat et defendit.

Psalm. 33, 12. parti priori „beatus populus, cujus deus Jehova est“ respondet posterior „populus, quem sibi elegit in peculium“, et Hebr. 11, 16. de primis majoribus legimus: Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ θεός, θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν, quibus verbis singularem dei cum iis exprimi conjunctionem quisque intelligit. Tale quid etiam verba Gen. 28, 20: אִם־יְהוָֹה אֱלֹהִים עִמָּדִי, ut sequentia explicant, innuunt, nempe providentiam, tutelam specialissimam, auxilium singulare, ut quilibet summa de deo optimo maximo sentiens eadem precetur et idem deus polliceatur, cf. v. 15: וְהִנֵּה אָנֹכִי עִמָּךְ, quod non ita intelligendum: *ego neque alius deus;* sed: *ego, deus coeli et terrae*, cujus omnipotentia, omni praesentia, providentia, sicut illa scala, coelum et terram attigit, *ut quae tibi desint et prosint omnia ut polliceor ita praestare possim, tecum ero, ut nihil tibi sit metuendum* (cf. 35, 3)[96]). Sic Jesaj. 41, 10: אַל־תִּירָא כִּי־עִמְּךָ אָנִי אַל־תִּשְׁתָּע כִּי אֲנִי אֱלֹהֶיךָ et Jes. 43, 1—3, cum in Jehovae quippe creatoris (v. 1.) potestate sint omnes naturae vires (v. 2.), ei ut servatori spe firmissima in omnibus periculis confidendum. Sic et Christus, postquam dixit: Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra, discipulos in mundum universum missos maxime hoc consolatur solatio: Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad finem mundi.

At hoc quaeritur, num Jacobus, quem non alienos deos coluisse jam persuasum habuerimus, summa de

---

96) Vatablus in Crit. sacris ad h. l.: Et ecce ego tecum = favebo tibi et adero in omnibus; cf. Cartwrigtus ad Gen. 35, 11.: *ego sum deus omni potens* B. Salom.: *Ego is sum, qui valeam benedicere;* v. et die heil. Schrift, Berleburg 1726. ad Gen. 28, 21 et Olshausen ad Matth. 24, 32.

summo deo senserit? Quod idem locus, quem tractamus, tam evidentur, ut convelli non possit, negare videtur quum Jacobus expergefactus e somno dixisse feratur Gen. 28, 16: אָכֵן יֵשׁ יְהוָֹה בַּמָּקוֹם הַזֶּה וְאָנֹכִי לֹא יָדָעְתִּי׃ locumque illum vocasse בֵּית־אֵל, quasi deus non omnibus locis sit praesens. An forsitan Kaiserus[97]), ejusque similes vera contenderunt dicentes, quem Abrahamus et, quod facile collectu est, Jacobus coluerint deum nil nisi idolum, qualia coluerint et pagani, nec deum verum vivum fuisse? At nonne ipsum tale somnium de angelis dei ascendentibus et descendentibus per scalam constitutam de coelo in terram et, si adjungis v. 13—16., de Jehovae promissionibus ad omnes terrae regiones et nationes pertinentibus meliores Jacobi de deo produnt notiones, cum non sit infitiandum, somnia cum vitae ingeniique statu et conditione intime cohaerere, ut non quisque quaeque possit somniare et adeo deus, qui est deus ordinis et sapientiae, sua consilia ad illam conditionem accommodans somniantibus quoque non eodem se patefecerit modo? Quantopere differunt Americae Indianorum vaticinatores, quibus animae lapidum arcanorum apparent et res reconditas produnt! Et nonne illis

97) l. c. 1. Thl. p. 59: *Vom Dienst der Hausgötter (Theraphim) macht zwar der Historiker den Abraham frei und schreibt ihn nur der Familie desselben zu (1. Mos. 31, 34); doch wird die Kritik immer mehr anerkennen; dass Abrahams Gott ein Product war, wie das der Kananiter, ein Idol, wie die Idole der übrigen Hordenführer.* Cujus opinionis radices non tam in historia vitaeve Abrahami descriptione (cf. Gen. 12, 1—3. 13, 14—16. 14, 22. 15, 1—7. 17, 1. 18, 25. 24, 3.), quam in alia opinione, quasi genus humanum non solum respectu cultus civilis, sed etiam adeo vitae religiosae infimum, ne dicam bestiale, initium habuerit, quum tamen nostrae quoque aetatis paganos e statu et conditione meliore depravatos esse et a majorum virtute degenerasse videri omnibus expensis aestimaveris.

visionibus et promissionibus respondent Jacobi talia vota cultus in dei honorem et celebrationem publici instituendi (v. 22.)? Quibus expensis etiam rem nondum diligentius perscrutatus confisus eris, quantopere non possit cogitari, Jacobum illico post tale somnium et ante tale votum coluisse lapidem, quod fuisset summum peccati Gal. 3, 3. vituperati. Illa admirationis verba v. 16. supra citata patriarcham non tanquam idoli cultorem, qualem ne Cyrillus[98]) quidem eum designat, arguere, etiam Bellermannus[99]) bene ratiocinatur. Ut recte intelligamus illud dictum Jacobi, reputemus necesse est, quomodo patriarchae ad dei cognitionem pervenerint, nempe non libris perlegendis nec sententiis religiosis ediscendis nec de natura dei ejusque attributis philosophando, sed deum ipsum vivum experiendo; a deo cogniti deum cognoverunt per fidem et caritatem; quae cognitio dei viva hoc nomine sola vere digna et salutaris est, dum alia cognitio inflet (cf. Hos. 2, 21. 1. Cor. 8, 1 — 3.), et qui adhuc per doctores et libros, sive sacris seu aliis utatur litteris, ad illam cognitionem

---

98) Cyrillus Alex., opera. Lutetiae 1638. T. I. in Genes. lib. IV. p. 114 sq: μικρὰς κομιδῆ τὰς δόξας περὶ θεοῦ ἐν τοῖς ἀρχαιοτέροις [sc. patriarchis] εὑρήσομεν: haec et quae sequuntur verba nonnisi imperfectam veri dei cognitionem patriarchis fuisse edicunt. Similiter Zwingli ad h. l. et seq. v. actionem Jacobi jejunius dijudicans et illius statuae erectionem fervore ejus juvenili excusans nec satis considerans, Jacobum tunc virum septuaginta annorum fuisse. Quibus cum conferas Calvini egregias ad Genes. 28, 16. annotationes: *Quia nos eo usque progressa erat ejus fides, ut persuasus esset, Deum sibi esse tam propinquum, merito gratiam hanc amplificat. Sic quoties nos antevertit Dominus et plus praestat quam conceperint mentes nostrae, exemplo patris nostri miremur Deum nobis adfuisse* etc.

99) l. c. p. 6. sq").

dei vivam non pervenit, non cognovit deum sicut cognoscendus est et cognosci vult. Quae quum ita sint, facile est intellectu, patriarcharum de deo cognitionem veram quidem ut veri dei, sed non omnibus numeris absolutam perfectamque fuisse, quum quoties deus iis apparuerit, toties ipsâ rei naturâ cognitio eorum, cujus luce tota eorum vita ejusque omnes illustrabantur conditiones, redderetur plenior[100]. Itaque — posita, ut per se intelligitur, religione deique notione nobis insita atque innata (Gen. 1, 27. 2, 7. Act. 17, 28. Rom. 1, 19. 20. 2, 14. 15.) et traditione antiquissima — etiam quod a patribus didicerunt et liberos docuerunt patriarchae et ipsum spectabat dei cognitionem per dei visiones acquisitam, unde non solum de Abrahamo et Isaaco legimus Gen. 12, 8. 26, 25: וַיִּקְרָא בְּשֵׁם יְהוָה i. e. deum, qualem se ipsis manifestum fecerit (cf. Gen. 12, 7: וַיִּבֶן שָׁם מִזְבֵּחַ לַיהוָה הַנִּרְאֶה אֵלָיו), sed etiam de Jacobo, eum loca (praeter nostra 28, 18. 35, 7. 15. vid. 32, 2. 3. 30) et altaria (33, 20. cf. 32, 28, v. supra p. 36) ex dei visionibus, ut ipsa deum his nominibus praedicent, appellavisse. Accedit, quod sacra scriptura verborum virtute utitur plenissimâ, ut idem v. יָדַע, quod in loco supra laudato Gen. 28, 16. invenimus, scientiam non tam doctrinae quam experientiae, quemadmodum et alibi, significet. Sic Jehova Exod. 6, 2. 3. patriarchis dicit se apparuisse בְּאֵל שַׁדָּי tanquam deum

---

100) Ne vero de initiis talis cognitionis nimis tenuem habeamus opinionem, consideremus, quot et quanta contineant, cum postulent tum promittant, jam illa vocationis verba Abrahamo primum dicta Gen. 12, 1—3; quot et quanta, quae Jacobus quoque somnians vidit et audivit! consideremus, quoties deus apprehendatur, fidem adesse, quae non solum montes transferat et mundum vincat, sed etiam germina optimae dei cognitionis plenissima, quippe deo ipso plena, contineat.

omnipotentem, in talis visione et effectu, sed in Jehovae nomine, vi ac virtute se iis ignotum fuisse וּשְׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם, quamvis nominis ipsius יְהוָֹה usus jam apud patriarchas inveniatur[101]). Hinc etiam 1. Sam. 3, 7: שְׁמוּאֵל טֶרֶם יָדַע אֶת־יְהוָֹה. Quid? Samuel nondum novit Jehovam? Nonne, quum in domo Eli, sacerdotis, educaretur, millies Jehovae nomen audierat? Nonne paulum ante de eo scriptum est: וּשְׁמוּאֵל מְשָׁרֵת אֶת־פְּנֵי יְהוָֹה (1. Sam. 2, 18. cf. v. 26.). Vide, illud טֶרֶם יָדַע non dici de cognitione dei, quae verbis litterisve et humana educatione atque institutione acquiratur, sed de ea, qua deus fidentibus et confidentibus, qui eum diligunt ejusque verbum servant, se experiendum praebeat. Quod illius ejusdem versus (1. Sam. 3, 7.) pars altera clarissime demonstrat his verbis priorem explicantibus: וְטֶרֶם יִגָּלֶה אֵלָיו דְּבַר־יְהוָֹה. Hanc dei optimi maximi benignitatem et clementiam, qua tam familiarem cum hominibus ineat societatem, ut cum iis loquatur sicut amicus cum amico, usque ad illud tempus Samuel nondum expertus erat (cf. Jes. 57, 15. Exod. 33, 11). Inde et nostri loci Gen. 28, 16. 17. verba Jacobi, imprimis וְאָנֹכִי לֹא יָדָעְתִּי׃ plenam lucem accipiunt. Talem visionem dei clementissimam in terra incognita et aliena nondum cognoverat neque exspectaverat[102]). Hinc tanta admiratio, reverentia, devotio.

---

101) cf. Tuch l. c. XLV sq. Exod. 6, 2. 3

102) Cf. Calvinus in Gen. 35. initio: *visam illic* [Bethelo] *sibi* [Jacobo] *fuisse dei gloriam.* — Cornelius Jansenius ad Gen. 28, 16: *Vere dominus est in loco isto) non sicut est ubique, sed tanquam ubi peculiarem operationem et favorem praestet. — Hinc ergo* v. 17: — *quanta reverentia vel reverentiali timore prae ceteris tractandus est locus iste* etc. — Joh. Piscator, Biblia, ad Gen. 28, 16: *ist von diesem Ort,*

Plura hic dicenda et in promptu essent, si relictis finibus hac dissertatione philosophica nobis constitutis in theologiae regionem emigrare liceret. Omissis igitur omnibus ejusmodi quaestionibus aliisque judiciis de Jacobo ejusque majoribus, quae apud Novi Testamenti scriptores (Matth. 9, 11. 22, 31. 32. Joh. 8, 56. Rom. 11, 16. 28. all.), patres ecclesiae et reformatores reperiuntur, hoc tantum afferatur, etiam recentiorum adeoque eorum, qui illam conjecturam de baetylis eorumque permixtionem cum lapidibus unctis admittant, fere omnes supra p. 8. nominatos Jacobo aeque meliora tribuere.

His omnibus, quae ad sententias adversariorum spectabant, expeditis tandem ad nostram illorum locorum explicationem pervenimus, ut agamus

§. 6. De vera actionis Jacobi causa.

Quantopere fallantur, qui Jacobum aut illum lapidem instar dei aut deum in illo lapide opinentur coluisse, prio-

verstehe auf besondere Weise und mit besonderen Gnaden. — **Andreas Osiander, Biblia sacra, ad Genes. 28, 16. 17:** *et ego nesciebam) i. e. non exspectabam hoc loco apparitionem et consolationem tam clementem. Immo videbar mihi in hoc meo exilio a Deo desertus, quam imbecillitatem fidei meae nunc agnosco, detestor.* — **Biblia h. cum Glossa ordinaria a Strabo Fuldensi, Antw. 1634. fol. ad h. l.:** *subaudiendum est praesentia gratiae: nam et in isto et in omni loco est magnitudine praesentiae* etc. — **Berlenburger Bibel ad h. l.:** *auf besondere Art gegenwärtig.* — **Schulzii scholia ad h. l.:** *profecto Jova est in hoc loco sc. modo singulari ut nimirum in locis sanctis, aris, templis esse solet.* — **Delitzsch l. c. p. 324:** *Er hat wider Erwarten erfahren, dass auch hier fern von den geweihten Stätten seiner Familie eine Stätte der liebevoll sich herablassenden Gnadengegenwart Jehova's sei, dass Jehova, der Gott der positiven Offenbarung, ihn auch vom väterlichen Hause hinweg, ihn auch in die Fremde begleite, dass er nicht, wie Ismael, ein losgerissener Sprosse sei".*

ribus expositum est; jam porro interrogatur, quid sibi velit illa lapidis erectio et unctio, cui etiam postea libatio vini aliusve libaminis accesserit?[103]), Ad patriarchae actionem recte dijudicandam ejus conditionem recte cognoscamus oportet. Jacobus integri quietive ingenii et domesticae vitae addictus[104]), matrisque deliciae[105]), consilii peritior, quam animo et manu fortior[106]), Esavum, virum peritum venationis et agrestem[107]), fratrem iratum[108]), metuens finibus patriis excedere coactus est. Cujus decessus dolorem cum exspectatio, apud propinquos domicilium reperiendi novum, tum spes, fore ut post breve tempus (יָמִים אֲחָדִים Gen. 27, 44.), in dulcem patriam rediret, mitigabat. Nec defuerunt alia, quae ejus animum possent commovere et in multas curas distrahere. Sine dubio Rebecca, mater, filio dilectissimo non reticuerat dei promissionem nondum nato datam: *Major serviet minori*" (Gen. 25, 33.), unde Jacobi aemulae cogitationes et actiones juris primogenitorum acquirendi (Gen. 25, 29—34. c. 27.), facillime intelligendae. Quod jus, quamquam jure divino et humano ei debebatur, tamen ratione nec divinis neque humanis conveniente legibus assecutus erat, ut eum non solum fratris iracundia, verum etiam conscientiae quodam angore agitatum recte putaveris. Quibus sollicitudinibus vexatum facile dubitationes poterant obruere, an non omnia, quae deus lacta promiserit et pater fausta sit precatus, sua culpa fecerit irrita, ut in illo itinere fere ab omni tum di-

103) V. pag. 4. annot. 1) et pag. 46. not. 76 nec non pag. 71. not. 119.

104) Genes. 25, 27.

105) Genes. 25, 28.

106) Genes. 25, 29—34. c. 27. c. 30, 37 sqq. c. 32 et 33.

107) Genes. 25, 27.

108) Gen. 27, 48.

